Nūc enim uioléter spirantē zephyrum dicit:quiq; Leuconotos congregat dissipare consueuit:quum illa debilia existant:ubi adiectiui loco austri Cauri dixit.hæc quū ab Eratosthene ī primo de Geographia ī initio dicātur:talē quandā habent emendationē.Porro Homeri dictis falso deprehensis insistens: & hæc ait.Nili ostia plura existētia ignorasse: eiusq; nomina. At ea nouit Hesiodus:quippe & qui mentionem facit . Verūenimuero eius nomen illius ætate:necdum nuncupatum fuisse credibile sit.Ostia uero tum obscura:tū modicis cognita.Quod uero non unū sed plura fuissent facile psuaderi potest.Sin autē inter res ægyptias celeberrimū:& q̄admirabile & sup omia memoria simul & cognitiōe dignissimū flumē & fuit & ē:pariterq; & īcremēta:& eius ora:qs sibi nūciātes nequaq sciuisse suspicet? q flumē simul & agrū ægyptiū & Thebas ægyptias:& Pharū cognitū fecerit.Cognoscētes uero ipsū nequaq dixisse:nisi rer celebritate ac nobilitate subticuissent? Adhuc īcredibilius uidetur:si de æthiopia: de Sidōiis de Erembis:de exteriori mari:de bipartitis æthiopū populis uerba faciebat:de propinquis autem & perspectis tacitus erat. Qui si horum memoriam nullā egit: id haud ignorantiæ propterea signum est. Et enim nec ppriæ mentionē patriæ: nec alior complurium reliquit . Quin ea q admodū nota patēt: memoratu

digna non uideri ad ſcientes potiſſimū diceret aliquis. Nec bene illud obiiciunt Homero:perinde ac per ignorantiā diſſerēti:q̄ inſulam Phariam ambitam pelago dixerit.Contra enim nihil eorum:quæ nuper de Aegypto diximus:ignotum fuiſſe poetæ teſtimonio uti poſſumus. Dignoſceres autem inde:quod arrogans eſt:quiſquis potius eius errorem aſſerit.Menelaus ad Aethiopas uſq; conſcēdens incremēta Nili diſcere potuiſſet.Et limum quem agris infert: & eū qui eſt ante oſtia tranſitū:quantū ſane ad cōtinētē accumulans adiecit.Itaq; Aegyptus uniuerſa ſub Herodoto fluuii munus appellari iure potuit. Et ſi nō uniuerſa: ea ſaltē quæ ſub agro eſt inferiore:qui Delta nuncupatur. Phaȝ etiam priſcis annis ambitam pelago tradidit.Ita pelago ambitā eſſe mentitus non eſt:licet pelago nūc amplius ambita nō ſit.hæc qui ſic inſtruxit poeta fuit:quibus ex rebus & ipſum incremēta noſſe ſimul : & Nili oſtia coniecturis putare licet.Idem etiā delictum eſſet: & agrū inter ægyptū pelagus & arabicum ſinum interiacentē ignoraſſe. Et extremos hominū æthiopes:bipartitos falſo dici. Nam cū is hoc bene dixerit:poſteriori ætate ueniētes reprehendere nō recte auſi ſūt. Improbe ſane Homerum enim hos ignoraſſe agros tantum a ueritate longius abeſt ;quantū non modo nō ignoraſſe:ſed aperte patefeciſſe dixerim.Ipſi quoq; Grāmatici:ab Ariſtarcho & Crate: eius artis principibus:quis eo tacente ſane ſentiūt.Quoniam cum uates ipſe dicat.Extremi hominum æthiopes bipartiti ſūt:de ſequēti uerſu diſcrepāt.Nā ſcribit Ariſtarchus qdē ita.
Solis ad occaſum quidam:quidam ſed ad ortum. Crates uero ita.
Hæc ſane occaſum ſolis:hæc illius ortum.
Cum nihil īterſit ad utriuſq; materiam:ſiue hoc:ſiue illo modo ſcribatur.Ille enim Mathematicoȝ dicta ſequutus:torridam ab Oceano detineri Zonā inquit:ad ambas aūt partes huius temperatā eſſe:& ad nos & ad latus alteȝ.Sicut igit æthiopes ad nos uerſi illi dicunt:qui ad orbem uniuerſum in meridiem inclinati:aliorum poſtremi oceanū iuxta incolunt:etiam nōnullos item trans oceanū æthiopes intelligi oportere exiſtimant:aliorum ultimos in altera temperata:qui iuxta eundem hūc Oceanum inhabitāt.Geminos aūt eſſe:& ab oceāo bipartito diuidi. Adiectum autem illud.
Solis ad occaſum quidam:quidam ſed.ad ortum.
Hæc ſane occaſum ſolis:illius ortum.
Cum Zodaicus ſemper ſupra uerticem ſit:ad terræſtrē Zodaicū. Hic cum ſemper extra ābos obliquitate nō excedat. Aethiopes omnis ſolis meatus intra latitudiem iſtam neceſſario intelligitur:& alios aliis ortus: & occaſus ſecundum alia:& alia ſigna contingere. Sic autem magis per aſtronomorū ſententiā loquutū putāt.Dicere aūt ſimplicius erat illud: ſaluātē biptitos ſic æthiopes eſſe:ſicut dictū ē:qd ab oriēte ſole uſq; ad occaſum Aethiopes oceanum utrobiq; inhabitāt.Quid autē ad hūc differt intellectū:uel ſic dicere ut ſcribit ille:aut ut Ariſtarchus:
Solis ad occaſum quidam:quidam ſed ad ortum.
Etenim hoc eſt & ad occaſum & ad ortum:ad oceani latus utrūq; īhabitare. At Ariſtarchus cauſam hanc abiicit.Dupliciter autē diuiſos æthiopes exiſtimat dici oportere:ſecundū nos uidelicet: & eos q ad meridiem poſitis Græcis ultimi ſunt.Quos qdem nō ita diuidi putat: ut duæ ſint æthiopiæ.Vna qdē ad orientē:altera uero ad occidētē. Veȝ unā tm̄ ad meridiē iacentem Græcis. Sitam uero ad ægyptum. Hoc autē poetam ignoraſſe.Sicut & pleraq; alia ab Apollodoro dicta:de nauiū dinumeratiōe in ſecūdo uolumīe de locis:quæ non erant ementitum. Aduerſus Cratem uero longiore opus eſt oratiōe quæ forſan impræſentiaȝ nihil attinet.ariſtarchū in hoc approbamus:q; omiſſa Cratis materia:quæ cōplures accipit iſtātias:de noſtra æthiopia ſermonē factū eſſe ſuſpicatur. Cætera conſyderemus. ante oia qd de ipſa icaſſum deſcriptiōe exiliter ratōcinat.Etenim ſi aliter deſcribat:ſuis aptari cogitatiōibus pōt.Quid enī differt dicere uel ſic duo quo ad nos æthiopes ſunt.hi qdē ad ortū: Illi aūt ad occaſum:uel ſic. Etenim ad ortus & ad occaſum. Deīde quia fallaci inſtat opiniōi:eia poetam ignoraſſe iteriacentē agrū.æthiopiā uero ægypto uicinā meminiſſe:quū dicit biptitos æthiopes.Quonā modo nō ſic biptitos:ſed ignaȝ ſic dixiſſe poetam. Vtrum neq; ægyptus:nec ægyptii ab initio Deltæ uſq; ad Syenē: a Nilo biptiti ſunt: aliq ad occidentē ſolē:aliq ad ſurgētem.Quid aūt aliud ægyptus eſt:q̄ inſula fluuiatilis:quā inundat aqua:Hæc aūt ad utrāq; fluminis ptē ad ortū:& occaſum iacet.Et utiq; æthiopia recte opponit ægypto: & ad Nilū: & ad locoȝ ingeniū:pari modo eſſe habēs.Etenim ipſa & anguſta: & oblōga ē: & irrigat.Quæ uero extra inūdationem ſunt deſerta:& aquaȝ exptia:& raro habitabilia.Plæraq; ad auroram.Nonnulla ad occaſum uergentia. Quonā igit modo nō bifariā diuiſa ē:ut qui Aſiā ab Africa ſepant.Nilus iis idoneus uiſus ē termius.Cuius lōgitudo ad meridiē:pluſq̄ decē milia ſtadioȝ ptendit.Latitudo uero tanta:ut inſulas admittat:quas decē hominū milia īcolāt.Quaȝ maxima eſt Meroe:Regia:& Metropolis æthiopū.Hanc ipſam uero æthiopiā bifariā diuidere non fuit idoneus. Attamē q eos redarguūt: q adiūctas flūini terras diuidūt: uehemētiſſimū illis peccatum obiectant:qd Aegyptū:& æthiopiā diſtrahūt.Et unā qdē utriuſq; eaȝ ptē aſiaticā:alterā uero africanam faciunt. Vel ſi hoc qdē nolūt:aut terras nō diuidunt:aut nō cū flumīe.Præterea alio pacto

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuidi põt æthiopia. Omẽs enim qui ꝑ Oceanum ĩ Africã adnauigarũt & qui a mari rubro: & qui a colũnis Herculeis uſq; ad magnũ ꝓgreſſi ſpacium: inde cum multarũ impedimẽto moleſtiarꝝ reuerſi ſunt. Vnde uulgo credulitatẽ reliquerũt: qđ quæ intermedia tellure diſiungit: atq; mare atlanticũ: præſertim ad meridiem ſpectãs totũ alluens ii omẽs extrema loca: ad quæ nauigãtes aduẽtarũt: æthiopica uocauerũt: & hũc in modũ renunciauere. Quidnã igit abſurdũ eſt: ſi talibus auditis ſermõibus adductus Homerus quoq; bifariã ptitus eſt: & quoſdã ad orientẽ: quoſdã ad occidẽtẽ aſſeruit. Cũ alii q ĩ medio poſiti ſunt prorſus ignoti fuerint: ſiue ſint: ſiue non ſint. Ephorus tamẽ aliã qdẽ puetuſtã narrat hiſtoriã: quã & Homerum legiſſe nõ rõne caret. Rumor eſt inqt apud Tarteſſios q æthiopes Africã uſq; ad occaſum ĩgreſſi ſint. Partiq; ibidẽ mãſiſſe. Partim uero ẽt maritimã magno ſpacio occupaſſe: facit autẽ cõiecturã: eo q Homerus dixerit extrẽos hoĩum æthiopas biptitos fuiſſe. Nec in Ariſtarchũ eiuſq; ſectatores dicat aliqs. Aliaq; hiſce modeſtiora: qbus a poeta multã auferet inſcitiã. Dico enĩ pro priſcoꝝ opinione Græcoꝝ: ſicuti nobiliores ad aqlonẽ ptes: uno uocabulo ſcythas: uel Nomadas appellabãt: ut inqt Homerus. Poſterioribus aũt ãnis notiores ad occaſum Celtæ & Hiberi: uel mixto noĩe Celtiberi: & Celtoſchyte: uocabant: cum gentes omẽs ſub uno uocabulo ꝑ ignorãtiam inſtituerẽt: ſic & expoſita ĩ meridiẽ oĩa æthiopiã ad oceanũ uocari. Teſtimonio aũt & huiuſmodi ſunt. Nã & Aeſchylus ĩ ꝓmytheo ſoluto ſic inquit. Phœnicũ ſolũ: ſacer rubri maris fluxus. Eurũq; flumẽ: uicinũ oceano ſtagnũ: qđ omnino æthiopas alit: ubi ſpectãs oĩa ſol ĩmortale corpus & equorũ laborẽ ꝑ feruidas aquæ mollis effuſiões quieti reddit. Ad totũ enĩ meridianũ clima hũc ad ſolẽ uſum: & ad æthiopas: eoꝝq; ſitũ oceãus habere uideꝫ. Et Euripides ĩ Phætõte. Traditã eſſe clymenẽ Meropi: & terræ eius ĩpium habere dicit. Quã primã tellurẽ: Sol quadrigis exoriens aurea flãma ꝑcutit. Eã uero finitimi facie nigri hoĩes: ideſt melãbroti lucentẽ aurorã: & ſolariũ equoꝝ ſtatiões uocitãt. Nũc qdã coẽs & auroræ & ſolis ipſas equoꝝ ſtatiões facit. Deiceps ĩ ſequẽtibus uicias Meropis habitaculo dicit eſſe. Et ĩ toto ipſius Tragœdiæ ope hoc ipũm applicat. Quippe cũ nõ adiacẽtis ægypto æthiopiæ ꝓpriũ ſit: ſed maritiæ magis: quæ meridianũ clima totũ attigit. Ephorus etiã ãtiquã de æthiopia manifeſtat opinionẽ: ſicut ait ĩ libro de Europa Et cæleſtiũ ac terreſtriũ locoꝝ: qui quattuor ĩ ptes diuiſi ſunt. Eã quæ ſubſolanũ ſpectat Indos habitare. Ad auſtrũ uero æthiopas. Ad occidentẽ Gallos: Ad aqlonẽ Scythas. Addit ẽt q Aethiopia q̃ Scyrhia maior eſt. Ait enĩ æthiopũ natiõnẽ ab ortu brumali uſq; ad occaſus extẽdi. Scythia uero huic e regione opponitur. Poetã aũt hiſce concordare: ut hinc cõſtat: q Ithaca ad tenebram ideſt ad arcton iacet.

Haeq; ſub aurore lucẽ: ſoleue ſeorſum.

Sic uniuerſum auſtrale latus appellans. Item cum dicit.

Dextera ſiue adeant auroram: & lumina ſolis.

Siue petant leuã: tenebraſq; ſub aeris illi. Et rurſus.

Me latet o ſocii tenebræ locus: aut ubi eons:

Aut ubi ſol terras ſubeat mortalia luſtrans.

Aut ubi conſcendat.

De quibus in ſermõe de Ithaca manifeſtius diſſerit: cũ itẽ inqnit.

Iuppiter oceanũ atq; epulas pietate proborũ Aethiopũ heſternus petiit.

Communius dicendum eſt: oceanum & ad uniuerſum meridianum clima & ad æthiopas inſtitui.

Cuicũq; n. huius cliatis loco mtẽ appõas: ad oceanũ exiſtes: & æthiopiã. Sic & illud inquit.

Aethiopum ex oris rediit neptunus & illum

Montibus e ſolymis lõge proſpexit.

Tantũdẽ dicẽs a meridiãis locis. Vt ſi ſolymos dicat: nõ quidẽ Piſidiã habitãtes: ſed (ut ãte dixi) finxiſſe quoſdã noĩs eiuſdẽ: q cõſimili rõne ſe ad eũ ĩ rate nauigantẽ haberent. Et meridianos illos: ſicut Aethiopas: quẽadmodũ Piſidici: & ſupra Põtum: & ſupra eos ethiopas qui ægypto adiacent. Sic & gruum mentionem communem faciens ait.

Poſtq̃ hyemem fugitant: nimii quoq; frigoris hymbrem:

Oceani aduolitant refluos clangoribus æſtus.

Cædem pygmæis populis clademq; ferentes.

Non enĩ ꝑ Græciæ qdẽ loca grus ad meridiẽ delata ſpectaꝫ. In Italia uero: & Hiſpania nullo modo uel Caſpia: uel Bactriana. Ad meridianam igit orã maritimã cũctã extẽdẽte ſe oceano: ab uniuerſa fugitantes hymẽ: & traditos ĩ fabulis pymæos admittere oportet. Quod ſi poſterioris ætatis hoĩes æthiopas ad eos: qui iuſta ægyptum habitãt ſolos traduxerũt. Sic ẽt Pygmæoꝝ ſermones nihil ad antiqua ptinẽt. Eteni argiuos: & achæos nõ cũctos dicius: qui aduerſus Ilĩũ expeditionẽ ſuſcepe. Homerus autem omẽs appellat. Simile & qđ loquor ẽ de biptitis æthiopibus. Omnes accipiẽdi ſunt: q ad oceani oras extenti incolunt: ab oriente uſq; ad occidẽtẽ ſolẽ. Nã q ſic appellãt æthiopes biptiti naturaliter ſunt ſinu arabico: ſicut inſtar fluminis: meridiani circuli ptitiõe nõ cõtẽnẽda: lõgitudine ferme ſtadiorum ſupra quindecim milia. Latitudie non multo maiore q̃ mille: ubi maxĩa eſt. Inſuper & lõgitudini illud adeſt: iſtius ſinus ſeceſſũ a Peluſiaco mari tribus uel quattuor diebus diſtare: q terra

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſa interiacẽs ideſt Iſthmos continet. Sicut igitur qui eruditiores Aſiã ab africa diuidunt: hunc eſſe natura cõmodiorem arbitrant̃ terminum: utriuſq; terræ ſinum ſiue Nilum. Illum nãq; omniformiter fere a mari ad mare peruenire. Nilũ autẽ multipliciter ab oceano diſtare: ita ut mi/nime aſiam omnem ab africa diuidat. Hunc in modum & ego poetam ipſum puto omiſs meridianas partes hocipſo ſinu per totũ terrarũ orbẽ biptire iure cogitaſſe. Quonã enim modo terrã ipſam intermediã: ideſt Iſthmon ignoraret: quam ad ægyptiũ pelagus ipſe facit. Et enĩ penitus abſurdũ eſt: ſi ægyptias Thebas plane nouit: quæ a noſtro mari paulo/minus ſtadiis quinq; milibus diſtant: receſſum autem ſinus arabici mi/nime nouerit: nec mediã ipſius latitudinis tellurẽ: quæ non pluſq̃ mille ſtadiorum latitudinem habet. Multo autẽ abſurdius uidetur: ſi ab eodẽ cognito Nilo: qui tantæ regiõis idẽ aſſecutus eſt nomẽ: eius quidẽ cauſã nõ inſpiciebat. Præcipue uero illud ab Herodoto dictũ incidit. Cur re/gio donũ erat fluminis: & ob eã cauſam merito idẽ aſſequebat̃ nomen. Alioquin ex iis: quæ apud omnes gentes propria habentur: ea notiſſima ſunt: quæ admirationẽ quãdam habent: & in apto cũctis extant. Tale & Nili incrementũ eſt: & exaggeratio pelagi. Sicut & ad ægyptum delati: nihil prius de regiõe ipſa ꝓſcrutantur: q̃ Nili naturã. Cũ indigenæ nihil hiſce maioris nouitatis ad hoſpites narrandũ habeant. Nec ullas rerum ſuarꝝ illuſtriores. Nam ſcrutãti de flumine mãifeſta fit regio qualis tota ſit. Ita & qui longe audiũt nihil antiquius habẽt: q̃ ut hoc ipſum inq̃rãt: ad hoc & illud adiiciẽt: quanto & ipſe poeta diſcẽdi ſtudio: & peregrinã/di cupiditate teneret̃. Quarꝝ rerum teſtimonio ſunt: tũ uitæ ſuæ ſcripto/res: tum exẽpla plurima ſuis de poematibus deſumpta. Hic igit̃ ex mꝰ/tis potiſſimũ arguit̃: & cõprobat̃: cũ dicẽda æloquẽter expõat. Et admo/dum uulgata ſilentio prætereat: ut ꝑ Epitheta: ideſt adiectura dicat. Ae/gyptios aũt & ſyros ad quos noſter nunc ſermo eſt mirari oportet: ꝙ eo diſſerente: ne ſuæ quidem gẽtis: & agri res intelligãt Sed & inſcitiã hoĩs incuſent: cui obnoxios illos eſſe ratio ipſa demõſtrat. Simpliciter aũt nõ iccirco ignorantiæ ſignũ eſt: qua non æloquat̃ aliquis. Nec enim Euripi mutatiões: nec Termopylas: nec alia cõplura inter Græcos celeberrima cõmemorat: haud tamen ignoraſſe dixeris. Quod iis minime uideꝫ: qui ſponte ſua ſurdas occludant aures. Qui q̃dẽ uehementer accuſandi ue/niunt. Poeta ſane perrapida & incita flumĩa nũcupat: non torrẽtes ſolũ: uerum omĩa cõmuniter. quoniã hymbribus aquæ pluuiæ oĩa cõplent̃: at (quod cõmune eſt) excellentioribus peculiare fit. Aliter enim torrẽtẽ: aliter perpetuũ fluẽtum a Ioue incitatũ audires: hic nanq; aliquo modo cõduplicat̃ exceſſus. Et ſicut nõnulli ſuper exceſſibus exceſſus ſunt: ut illud. Leuiorem ſubire umbram. Et illud: formidoloſiorẽ lepore: Phry/gẽ. Et illud. Agerminorẽ telluré habet: q̃ epiſtola laconica. Sic exceſſus ſuper exceſſum cõcurrit. cur ĩcitus a Ioue Nilus dicit̃. nã rapiditas tor/rentis cætera ſupat flumina: uſq; adeo incitus præcipitat̃. At Nilus ipſe etiã torrentes excellit in tantã uim magnitudinis: tẽporibuſq; repletus. Itaq; quando ipſi poetæ cognitus illius erat euentus: ut fabulati ſumus: etiã de illo tale uſurpauit adiectiuũ. Quod nec alio q̃ dixĩus pacto acci/piendũ eſt. Pluribus aũt erũpe oſtiis: quia etiã cõmune plurium ẽ: prop/terea mẽtione dignũ nequaq̃ ſuſpicatus eſt. Et eo magis quia ad ſciẽtes loquebat̃. Sicut & Alceus ſeſe in ægyptũ pueniſſe ꝑfatus. Exaggeratio/nes aũt & incremẽta: & ex iis facile poſſunt intelligi quæ de Pharo tradi/dit. Is enĩ de Pharo ſua tempora poſteritati cõmẽdans: magis q̃ fama cõ/munis dixit. Quippe qđ a cõtinẽti tñ abeſſet: quãtũ ꝑ diẽ nauis curſus eſt: haud ſane falſo uulgatũ erat: ĩcremẽta & exaggeratiões tales extitiſſe. Cõmuniter illũ audiſſe crediderim. Ex qbus poeta in unũ cõferens: In/ſulã plus a terra cõtinenti diſtetiſſe: quom Menelaus aderat: q̃ tunc ſuo tẽpore fabulamẽti gratia: lõge maius adiecit interuallũ. Fabuloſæ uero fictiões non ignorantiæ cauſa fiunt. Signa enĩ ꝑfecto ſunt: neq; de pro/teo ſcripta ſiue Pygmæis: neq; ipſe ueneficiorꝝ poteſtates: neq; ſiq̃d hu/ius generis tale fingit̃ a poetis. Haud enĩ ꝑ locorꝝ ignorãtiam: ſed ꝑ ob/lectamenta & lætitiam dicuntur. Quonam igitur pacto aquarum exp/tem: aquas habere dicit̃

Cõmodus eſt portus bene ſtructas unde carinas
Poſt hauſtas lymphas põto induxere natantes.

Sed neq; Scaturiginẽ defeciſſe ĩpoſſibile: neq; aquationẽ ex ĩſula fuiſſe ĩquit: ſed adductionẽ ſolã ꝓpter portus ipſius uirtutẽ. Aquam uero ex ulteriore continẽte haurire facultas erat ꝓfitente quodãmodo ꝑ inſinu/ationẽ poeta: qđ non ad ueritatẽ: ſed ad exceſſum figmẽtũq; poeticum pelago dixit ambitam. Quãdo qdẽ de Menelai errore dicta: locorꝝ illorꝝ ignorãtiæ adiumẽtum uident̃ afferre. Forte ſatius: ut in uerſibus quæſi/ta exponentes hæc ipſa præcidamus: & de poeta clariorem ſuſcipiamus defenſionem. Telemachum regiorum tectorꝝ ornamenta mirantem ſic Menelaus alloquitur.

Multa quidẽ paſſus: multiſq; erroribus actus:
Nauibus octauo ueni peruectus in anno.
Cyprum & Phœnicem ægyptia pulſus ad arua.
Aethiopaſq; uagans: & ſidonios & erembos
Et libyen adii.

Quærunt autem quoſnam ad æthiopas nauigans ab ægypto profectus

fuerit:quoniã maria noſtra nulli æthiopes incolũt.Neq; p deſcẽſus Nili præcipuos:ideſt cataractas ullus ẽ nauibus trãſitus.Et q Sidonii ſint nõ enim illi ſunt qui í phœnice habitant.Cum enĩ genus ãtepoſuiſſet:ſpe/ cie nequaq; addidiſſet.Quiq; Erembi:nouũ nanq; eſt uocabulũ. Ariſto/ nicus qdẽ ætate noſtra Grãmaticus í libris:quos de Menelai errore ædi/ dit cõpluriũ uiroꝝ ſentẽtias circa oía ibidẽ occurrẽtia capita cõſcripſit. Sat erit nobis:ſi longiora præcidẽtes eos tantũ diſſeremus ex iis q eius nauigationẽ ad æthiopiã narrãt.Nõnulli circũductũ per gades curſum tenuiſſe ad Indicam uſq; regionem inducunt. Simul errori & tempus accomodant:cum dicitur.

Nauibus octauo ueni peruectus in anno.

Quidam per Iſthmum:ideſt per intermediã terram: & ſinum arabicũ: Alii per foſſaꝝ aliquam.Circũductus aũt curſus minime eſt neceſſari/ us:quẽ Crates ítroducit ſic ípoſſibilẽ eſſe. Etenĩ Vlyſſis error ípoſſibi/ lis.Cæterũ ad materiam Mathematicã minime utilis:neq; ad erroris tẽ/ pus.Inuitæ nanq; moræ:& nauigationis incõmoditates eũ detinuerunt: cũ dicat:qđ e nauibus ſexagintaquíq;:reliquæ ſupfuerant & qdem ſpõ/ taneæ colligẽdæ pecuniæ gratia.loquitur enim Neſtor.

Ille ubi permultum cogens cenſum:haud minus auri:

Nauibus errabat phœnicem inde cyprumq;:

Aegyptumq; uagans.

Ipſa quidẽ nauigatio p Iſthmũ ideſt terrã intermediã: aut p foſſas acta: enarrata quidẽ:in fabulæ formã audienda erat. Nõ enarrata aũt ſupua/ cue & incredibiliter ítroduceret utiq;. Incredibiliter inquã q ãte Tro/ iana tempora ne una qdẽ foſſa erat. Qui aũt facere cõatus eſt. Seſoſtrin fuiſſe aiũt.Cæteꝝ iccirco deſtitiſſe:q; maris ſummitatẽ ſublimiorẽ eſſe deprehẽderat. Terra ẽt ipſa intermedia haud ullo nauigari pacto pote/ rat.Eratoſthenes haud rectã in eo facit cõiecturam:q; ad colũnas ut iret nõdum fracta tellus erat:ut huic interiori cõtinuaret exterius pelagus: ne cũ ſublimius eſſet terrã operiret ítermediã. Diruptiõe uero facta hu/ milius eſſe deprehenſum & Caſii & Peluſii agrum ad rubrũ uſq; mare detexiſſe.Quã igit de eruptione iſta habemus hiſtoriã: qđ ãte Troiana tẽpora non extitiſſet?Fortaſſis pariter Vlyſſem hac í oceanũ enauigaſſe fecit:diruptiõe iã pacta.Pariter aũt Menelaũ ad mare rubrũ ab ægypto claſſe tranſiſſe: diruptione necdum facta. Sed enim & Proteum ſic illi dicentem introduxit.

Te uero helyſium ad campum:uel ad ultima terræ

Cæleſtes mittent.

Quæ nam igitur & quod occidentalem hunc extremũ locũ dicit.

Adiũctus zephyrus declarat & ultima terræ.

Aſt late zephyri ſtridentia flamina:ſemper.

Oceanus fundit.

Hæc ambigui plena ſermõis:& enigmatis.Si igit mediũ hũc agrũ poe/ ta:& cõfluũ quãdoq; extitiſſe tradidiſſet:quãto maiorẽ ad id fidẽ habe/ remus:biptitos æthiopas fuiſſe:tanti maris interiectiõe diſiũctos? Quæ pecuniaꝝ collectio & quæſtus ab exterioribus & Oceanum colentibus æthiopibus. Atq; Teleachus regaliũ ornamẽtoꝝ magnitudinẽ admirat Electri atq; auri argẽti ſimul:atq; elephanti:

Verum nulla horum præterq; elephanti facultas illis adeſt.Plurimi enĩ & íprimis Nõades paſtores reꝝ omniũ mediuſſidius mẽdaciſſimi ſunt, Adiacet Arabia uſq; ad Indiã.Ex iis ſola ex omnibus altera felix uocat, Alterã & ſi talẽ nõ nominãt putãt tamẽ:& feliciſſimã eſſe ſcribũt. Indi/ cam qdẽ ignorauit Homerus. Quã ſi nouiſſet profecto & meminiſſet. Arabia quæ hac tẽpeſtate felix appellat illis tẽporibus minie locuples erat.Quin & ipſa admodũ erat regena.Cuius ciuitas fuit hominũ in ten/ toriis degentiũ.Scenicoꝝ ſcilicet.Pars ipſius rara ferens aromata. Vude regio uocabulũ conſequuta eſt.Quia taliũ penes nos reꝝ põdus & rarũ: & precioſum eſt.Hac qdẽ ætate ubertatẽ habẽt:& diteſcũt: cũ frequẽs: & copioſa mercatura facta ſit. Tunc aũt minime credibile.Ipſorũ gratia aromatum:& odoramẽtoꝝ negociatori pariter:& camelario taliũ rerum facilis copia eſt.Menelao uero pricipalibus ſpoliis ſimul:& regũ mune/ ribus opus erat:q & haberent qđ erogarent:& libenter cuperent ꝓpter uiri claritatẽ & gloriã. Igit ægyptii: æthiopeſq; ꝓpinqui: & Arabes nec omnino inopes erãt.Nec atridaꝝ fama illoꝝ aures effugerat. Præſertim ob res in bello troiano magnifice geſtas. Vt capeſſendæ ab illis utilita/ tis ſpes oriret.Sicuti de Agamemnonis Throace fertur.

Quem ſignum hoſpitii cinyres donauerit olim

Maxima cypriacas uolitarat gloria in oras.

Maius nanq; erroris ſpaciũ in Phœnice.Syria ægypto: & Africa fuiſſe dicẽdũ eſt:& Cypri locis:& ſũmatĩ p maritimã noſtrã & íſulas. Et enim eũ ab hiis mũera cõparaſſe & ab inuitis diſcurſando prædas uẽdicaſſe. Potiſſimum ab iis Troiani belli ſocii fuerunt:híc factum eſt.Qui uero exterius & longinqui fuerant Barbari nullam eius generis ſpẽ oſtenta/ bant.Menelaus igit in æthiopiã ueniſſe dicit. Nõ qđ aduſq; terminos ægypti uenerit. Forſan enim propinquiores thebis erãt ea tẽpeſtate ter/ mini.Cæterum & qui nũc ad Syenen:& Philas pertinent termini pro/ pinqui ſunt.Quorum illa quidem ad ægyptum eſt: Phile uero æthio/ pum:& ægyptiorum commune domicilium eſt. Eum igit ad Thebas

Universidad de Deusto
Biblioteca

profectum licet: uel ad uſq; terminos: uel ultra æthiopas: & eo amplius: q; regali fretus eſſet hoſpitio: haud ullum inconueniens. Sic & Vlyſſes ſe ad Cyclopum terram peruenisſe inquit: e mari ad ſpelũcam uſq; profectus. Et enim uſpiam in extremo cõſiſtere ait: & ĩ æoliam quidem: & ad Leſtrygonas: & aliorſum: ubicunq; ſtetit in anchoris: eo permeaſſe differit. Eodem modo Menelaus in æthiopiam. Sic etiam in Africam: q; alicubi ad ea loca applicuit. Ex quo & Ardaniæ portus ſupra Paretõium: Menelaus uocatur. Quod ĩ Phœnices & Sidonios interloquendum: idem eorum Metropolin nominat: cõſueta utiť figura. Sicut Troas adit: ſimul hectora naui. & illud

Magnanimi nec erat proles tunc œneos ulla.

Is nec erat. meleager obit ſub funere flauus. & illud.

Idam adeunt & gargaron. & illud.

Euboeamq; tenent cum chalcide. eretriamq;

Et ſapphon.

Seu te cyprus habet: ſeu te paphus: atq; panormus.

Et præterea loci alii ſupererant. Atqui & cum iam phœnicis meminiſſet: proprie & Sidonem connumeraſſet. Denuo inquit: quod nonnulli inquirunt: ad connumerandas enim ordie gentes ſatis erat hunc in modum dixiſſe:

Cyprum & phœnicem: ægyptia littora oberrans.

Aethiopaſq; adii.

Vt autem & Sidonios peragraſſe: & eam amplius peregrinationem exprimat: eorum felicitatem laudibus manifeſtat: ſiue repeteret: ſiue aſſumeret ex artis bonitate ſe bene habere. Et Helenam cum Alexandro hoſpitaliter acceptam ab eius loci hominibus.

Quocirca & Alexandro multa eius generis adſiſtere dicit.

Veſtis erat uaria: quam perfecere marite
Sidoniæ. ſidone uehit quas nauibus ipſe
Pulcher Alexander.

Viam quoq; per quam ſubuexit Helenam: & apud Menelaum exponit. Telemachum enim alloquens ait.

Extructum cratera dabo: eſt argenteus omnis.
Labra micant auro perfecta: eſt mulciber autor.
Sidonius tribuit rex nunc clariſſimos heros.
Illuc me placida protexerat æde reuerſum.

Ad excellẽtiam dictum accipere oportet. Eſt Mulciber autor. Sicut etiam pulchra opera Mineruæ dictitãtur: & gratiarum & muſarum: cum quod homines ipſi ornatiſſimis artibus celebrati eſſent. Homerus Craterem laudibus extollens oſtẽdat. Quem Euneus pro lycaone tradiderat. ait enim.

Ipſe decor reliquos toto uincebat in orbe.

Sidonii ingeniis uariis atq; arte crearunt.

Attulerantq; uiri phœnices.

Multus etiam de Erembis factus eſt ſermo. Longe ueriſimilius dixere: qui eos Arabes eſſe putant. Noſter autem Zeno hoc modo ſcribit.

Aethiopeſq; adii cum ſidoniis arabaſq;.

Scripta quidem cum peruetuſta ſint: mouenda non ſunt: Satius eſt uocabuli mutationem accuſare quæ per multa: & cunctis ĩgentibus uulgata extitit. Quippe nonnulli uariatis litteris ipſum fecere nomen. Optime & in hoc loco dixiſſe uiſus eſt Poſidonius: qui ab gentium cognatione & communione ueram nominis rationem ideſt Etymologiam explicat. Nam Armeniorum: Syrorum: & Arabum natio magnam præ ſe fert generis coniunctionem: ſeu linguam: ſeu uiuendi ritus: ſiue corporis liniamẽta conſyderes: cum maxime finitimi ſint. Indicio eſt Meſopotamia ex hiſce tribus conſtituta gentibus. Præcipue ex iis ſimilitudo manifeſta eſt: q; ſiqua ſane ſit trans climata differentia ea ut plurimum ſit inter ſeptentrionales: & meridionales populos: & cum iis inter illos præcipue qui regionis incolunt terminos medios. Sed quod cõmune eſt obtinet. Aſſyrii quidem & arimani: & harmenii quodammodo pariter ſe habent: & ad hos & ad ſe inuicem. Harum uero gentium appellationes inter ſe q̃ ſimiles eſſeretur. Ipſi enim Syri: quos Syros nos ipſi uocamus: Armenios & arammeos uocãt. huic autem uideri armenios & arabas: & Erembos. græcis fortaſſe ipſis hoc modo arabas uocantibus. Simul & ad id uera uocabuli ſignificatione: ideſt Etymologia adiuuante. Quia enim terram ſubeant: ideſt antra: multi troglodytas quaſi antricolas: quos ſuſcipientes poſteri: uulgo per nominis etymologiam apertius troglodytas dixere. Hi ex arabibus ſunt: qui ad alteram ſinus arabici partem uergunt ad ægyptum & æthiopiam. horum meminiſſe poetam: & ad eos Menelai profectionem dixiſſe credibile eſt: & eo ad æthiopiam quem dixi modo. Et enim hi quoq; Thebaidi propinqui ſunt: ſimiliter non operãdi: aut lucrãdi gratia nominati: haud enĩ hoc multũ eſſet: uerum pegrinationis longinqtate: & celebritate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Celeberrimum est nanq; tam remota peragrasse loca. Tale & illud est.
Hic hominum multas urbis & pectora nouit.
Plurima perpessus multisq; erroribus actus.
Hesiodus in catalogo inquit: Arabi puellã quã Hermaon genuit. & Beli solio digna puella regis: ut ait Stesichorus. Credẽdũ igit̃ est: ꝙ ab isto arabia iam tum nomiabat̃. Heroum uero ãnis nõdũ fortasse. Qui autẽ Erembos fingũt: ꝓpriũ unũ æthiopiæ genus: & aliud Cephenoꝝ: & tertium Pygmæoꝝ: & alia innumerabilia: minus credulitatis cõsequerent̃: cum præter hoc quod haud fide digna proferãt: quãdã poeticæ & historicæ figuræ cõfusionẽ demõstrant. Similesq; illis sunt q Sidonios i mari Persico: aut alibi ad oceanũ ferant: & Menelai errorẽ: & Phœnicis extra oceanum ponẽtes. Huius aũt incredulitatis causa est non minima: ꝙ sibiipsis dicẽdo inuicẽ aduersant̃. Quidã enĩ Phœnicas: & Sidonios: q nobis ꝓpinquiores sunt: ex oceano in Colonias deductos esse tradũt. Et quia a mari rubro sunt Phœnices idest rubros uocatos fuisse adiiciunt. Nõnulli illos ab istis esse dicũt. Sunt ẽt qui æthiopiã in nostrã Phœnicem traducãt. Et res de Andromeda gestas in Iope cõtigisse aiunt. Non qdem p locoꝝ aut rerum: quæ dicunt̃ ignorantiam: Sed fabulæ potius figura. Sicut penes Hesiodũ: atq; alios quæ ꝓfert Apollodorus nesciẽs ꝓfecto quẽ in modũ ista Homeri rebus apponit. Res enim Homeri ad Pontum & Aegyptũ apponit insciti̇ causatus: qd̃ cum existẽtia cõmorare uelit: non tamẽ existentia cõmemoraret. Sed nos existẽtia: uelut existẽtia p ignorãtiã. Hesiodũ nemo utiq; insciti̇ criminaret̃ qui semicanes: & longa ferentes capita dicit: & Pygmæos. Hæc enim haud Homeri sunt fabulosa fingẽtis. Quoꝝ e numero & isti existunt Pygmæi. Neq; alcmanis qui digytos interiectos alios pedum digytis scribit. Nec Aeschyli: qui cãino capite: & oculatis pectoribus: & monoculos. Quibus in rebus nec ipsis qui pedestri sermone historiæ formã cõscribunt: mentem in multis adhibebimus: nisi fabulamẽta sese cõscribere ꝓfitean̄t. Nanq; initio statim clarum est: eos fabulas spõte sua cõtexere: non per rerũ ignorãtiam: sed impossibilium figmẽto admirationis & uoluptatis gratia. At per ignorantiam putantur: quum maxime & credibiliter talia de occultis & ignoratis per fabulamẽta cõscribũt. Cæteꝝ Theopõpus interdicẽdum sese fabulas in historiis narraturum cõfiteꝫ. Melius q̃ Herodotus: & Ctesias: & Hellanicus & cæteri: qui res Indiæ litteris ꝓdiderũt. Veꝝ de obtigentibus oceano: i fabulæ modũ cõmẽoratũ est. Nã de illo cõiectura poetæ faciẽda est. Ab aquaꝝ. n. siccitatibus: & alluuiõibus de charybdi fabulas ipse cõfecit. Cũ tñ illa pẽitus Hõeri fabulatio nequaq̃ existat. Sed ex iis q̃ de freto Siculo ab historia tradũt̃ ante comparata. Nam cum bis fiat die noctuq; recursus: si ter ille sic dixerit.
Terq; die reuomit: ter sorbet inde refluxus.
Haud ꝓ historiaꝝ ignorãtiam hoc fieri suspicandũ est: sed per miseriam ac terrorẽ quẽ iterloquẽdũ Circe ꝓmultũ adiecit auertẽdi gratia: ut ipsis in uersibus mẽdacium miscer̃et: quũ ea dixit hũc i modũ.
Terq; die reuomit: ter sorbet: deinde refluxus.
Terrificum est: ibi ne fueris sorbẽte charybdi.
Te neq; ab hac peste seruauerit ennogisæus.
Atq ea i sorbitionẽ icidit Vlysses: nec tamẽ (ut inqt ipsemet) extictus ẽ.
Illa qdem falsos sorbebat ab æquore fluctus.
Ast ego tollebar caprifici in uertice summe:
Cui steteram fixus ceu uesptilio.
Tollerãs inde naufragia: & ab eis rursus iterceptus saluus euasit. Vnde Circe mẽtita ẽ: & sicut hoc: sic & illud. Terq; die reuomit: pro Bisq; die reuomit: cũ huiusmodi suplatio ab oĩbus usurpet̃. Vnde ter beatos: & ter infelices dictitãt: & poeta ipse. Ter beati danai: & ter benigna: ter exorabilis. Et terq; quaterq; beati. Forte aliqs ex loco signum faceret: ꝙ aliquo modo ueritatẽ sub uelamine dicat. Ad id enĩ qd̃ bis i utroq; diei ac noctis tẽpore fiat refluxus: magis conuenit q̃ ad id qd̃ tanto tẽpore ter demersa maneant naufragia. Tarde uero reiici cũ optaret: & assidue ramis detineret̃
Continue specto remouit dũ ex æquore retro
Carbasa uel proram: sed spes tardissima uenit:
Quando e consilio uir cœnæ ad fercula surgit:
Atq; fori lites diiudicat ordine multas:
Tẽpore in hoc resonans mihi pandit dona charybdis. Cũcta hæc: notabilis cuiusdã tẽporis indicium exhibent. Præsertim cũ uespã intẽdisse: ne cõmuniter qdẽ inqt. Quãdo iudex exurgit. Sed quando lites multas diiudicat: ut ita uel lõgioꝛẽ quandã morã protrahat. Alioquin haud credibilem naufragio liberationem subiecisset: si prius q̃ extraheretur: confestim multo retro refluxus ipse recideret. Reprehendit autem Apollodorus Callimachum assentiens Eratosthen̄i: quoniam licet esset grãmaticus ultra Homericã materiam: & exteriorem per oceani locos cursum circa quem errorem asserit: Caunum nomiat: & Corcyram. Quod si nullibi quidem error extitit: quĩ totum Homeri figmentum est recte fit increpatio. Sin autem extitit: uerum alia circumloca confestim illa dicẽda sunt: & illius corrigẽda est ignorãtia. Totũ aũt esse figmẽtũ nequaq̃ uerisimile dicit̃: quẽadmodũ ostẽdius. Nec alioꝝ locoꝝ ꝓut maior demõstratoꝝ est fides. Et a criminatiõe liberari Callimachus posset.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec enī probe Scepſius Demetrius:qui quorūdā Apollodoro delicto⁹ cauſa extitit aduerſus Cyzicenum Neanthem:ābitioſe cōtradicēs. Ne/ āthes enī dixerat:q⁹ argonautæ ad Phaſin nauigantes: Homeri & cæte/ ro⁹ dictis ſup nauigatiōe cōcordans:Ideæ matris ſacra apud Cyzicum collocarāt in ea regione principē.Nequaq̄ uero exploratā Iaſonis pere/ grinationem ad Phaſin.Homerum habuiſſe:hoc non modo cantatis ab Homero:ſed ēt ſuiipſius dictis repugnat. Homerus enim Achillem:& Leſbum:& alia loca populatū a Lemno: cæteriſq⁹ ꝓpinquis inſulis ſeſe continuiſſe dicit ꝓpter Iaſonis eiuſq⁹ filii Eunei cognationē.ea tēpeſta/ te inſulæ impium obtinētis. Quonā igit̄ pacto id poeta qdē ſciuit: qd̄ uel genere uel gēte: uel uicinitate:uel quouis modo neceſſarii fuerat:& Achilles & Iaſon:& non aliūde ſane:niſi q⁹ ābos Theſſalos fuiſſe conti/ gerat.Hunc qdē ex Iolco: Achillem uero e Pythia achiua.Id autē igno/ rabat unde eueniſſet Iaſoni Theſſalo: & Iolcio exiſtenti:quod is ſibi in natali ſolo ſucceſſorē & hæredem neminē reliq̄ſſet.Filium uero in Lēni dicione conſtituiſſet.Peliamq⁹ & Peliæ filias:& ea⁹ præſtātiſſimā:eiuſq⁹ filium nouerat Eumelū.

Quem parit admeto matrona alceſtis honora,
Quæ peliæ natas formas ſuperauerat omnis.

At Iaſonis caſus & Argo:& argonautas uulgo māifeſtos:ne audierat q/ dem.Eete uero nauigationē ꝓ oceāum fingebat nullū ab hiſtoria captās exordiū.Nā q⁹ nauigatio ad Phaſin primū(ut omnes aſſerūt)fidē habet mittēte Pelia:& reditus ipſe:& internauigandū: q⁹ inſulas occuparit:& q⁹ ſicut Vlyſſi ac Menelao amplius mediuſſidius factus eſt error: hac ēt mōſtrat̄ & credit̄ ætate:& ex Homeri carmīe.Etenim Eea circa Pha/ ſin urbs oſtendit̄:& regionis Colchidis impium Eeta tenuiſſe credit̄.Et indigēis hocipſum gētile nomē illic ē. Et Medeā ueneficā extitiſſe me/ moriæ tradit̄.Et regiōis eius opes: & auri & argēti:& ferri metallis:iuſtā quādam in ea loca expeditiōis ſuballegant occaſionem.Quo Phrixum ātea ꝓ mare trāſmiſiſſe ferunt:& ābo⁹ militiæ monumēta extant. Phri/ xium enī ī Colchidis:& hiberiæ cōfinibus eſt: Et Iaſonia multis ī locis: & armeniæ:& mediæ finitimis oſtentant̄.Atqui & circa Sinopen: eiuſq⁹ maritimā orā & Propōtidē:& helleſpontū:uſq⁹ Lemnū:cōplura re⁹ ab Iaſone ac Phrixo ea ī militia geſta⁹ ferūt̄ idicia. Colcho⁹q⁹ Iaſonē īſec/ tātiū uſq⁹ ī Cretā:& Italiā & Adriā.Quorum nonnulla quoq⁹ deſignat Callimachus.Tūc qdē Egleten liquēs & Anaphē:uicīas Lacedæmōiæ There inchoat:& ab Aeeta Cytheo rurſus ad ātiquā ſemidei hermionē nauigauit.Tū de Colchis ait.Hi ī traiectu Illyrico amiſſis remigiis apd̄ flauæ armōiæ āguē oppidū cōdiderūt.Quod qdē cū e ꝓfugis quidam Græcos aſſeruiſſet:at eo⁹ lingua Polas noīauit.Quidā maxīam Iſtri ptē Iaſonē ānauigaſſe cōmemorāt. Aliq aūt uſq⁹ ad ſinū adriaticū. Quidam ſane per loco⁹ īſcitiā. Alii ꝓ fluuiū Iſtrū dicūt:q ab magno incoans Iſtro effundit̄ in adriā.Hæc ꝓbabiliter:ac nō incredibiliter dicta ſunt. Poeta igit̄ tales nactus occaſiōes quædā hiſtoricis cōueniētia:minimeq⁹ diſcre/ pātia dicit.In his ēt ſeruato more ſuo:& cōmuni fabulas īmiſcet.Minie aūt diſcrepat:quū æetā noīatim explicat.Et Iaſonē & argo dicit: & præ/ ter Eean effingit:& Euneū ī Lēno cōſtituit.Et Achilli dilectā facit īſulā. Et præter Medeā Circen uenificā ꝓnicioſi Eete ſororē facit. Adiicit ue/ ro fabuloſe extra ꝓ Oceanū occurrētes errores:ea in nauigatiōe cū ſup/ poſitis iſtis illud apte dicat̄.Curæ exiſtens oībus argo. Periде ac cogni/ tis ī locis ac populoſis nauigatiōe futura. Quod ſi quēadmodū Scepſi/ us inqt:Mimnermū teſtē accipiēs:domiciliū Eete in oceanū ad oriētem faceret.Exterius Iaſonē miſſum a Pelia eſſe:& pellē reportaſſe:nulla ra/ tiōe credibiliter ea ad pellem tranſmiſſio diceret̄ ad ignotos obſcuroſq⁹ locos:Nec ipſa nauigatō ꝓ deſerta & īculta ꝓegrinās uſq⁹ adeo glorioſa: & omnibus curioſa fuiſſet.

Nec uero ad pellē quo tempore ſcandit iaſon;
Mœſtum de terris ipſe ꝓfectus iter:
Triſtia crudeli peliæ certamina patrans,
Oceani refluas tum petiiſſet aquas.& illud.
Tunc radiis altæ ſol ſplēdidus actus in urbē:
Aeetæ auratis emicat in thalamis.
Littore ab oceani diuus ueniebat iaſon.

Neq⁹ probe illud Eratoſthenes:quod de homībus nulla dignis memo/ ria amplius mentionem facit. Quo⁹ nonnulla redarguit: nonnulla cre/ dit:& teſtes illos uſurpat.Sicut Damaſten:& alios generis eiuſdē. Quo/ niam & ſi quid ueri prædicāt:non in eo teſtibus illis uti oportet.Nec ob eam cauſam fides eſt eis habenda. At dignis & grauibus tantummodo uiris ſic utendum eſt:qui quidem permulta bene diſſeruerunt. Multa uero omiſere:uel non ſatis plene explicuere. Nec uero falſo teſte utitur Damaſte:nec quicq̄ differt: ſi teſtem uocaret Bergeum uel Meſſenium Euemerum:& reliquos quos ille nomīat:eorum ambages accuſans.Ipſe horum unum deliramentum commemorat: quod arabicum ſinum la/ cum eſſe cenſent.Diotimen quoq⁹ Stromībichi filium legationes athe/ nienſium enarrantem e Cilicia per Cydnum in Choaſpen flumen ad/ nauigaſſe : qui præter Suſa defluit. Et quadrageſimo demum die ad Suſa peruenīſſe. Hæc ſibi narraſſe Diotimē . inde miratur ſi poſſi/ bile fuit.Cydnum ītерciſo Euphrate atq⁹ Tigri in Choaſpen irrūpere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliqs non modo hoc ānotauerit:ſed & alia:qđ de locis ſua nōdū ætate cognita ſingula exqſita digeſte eſſe dicat.iubenſqꝫ ne leuiter qbuſcunqꝫ fidem adhibeāus:& cauſas pluribus reddēs: ꝓpter quas haud ita nobis fides præſtāda qbuſuis ſit.Sicuti de Ponto:& de adria:ipſe tamē neſcio qbus credidit.Igiť iſſicum ſinum lōge magis ad orientē expoſitū q̄ mare noſtrū putauit.Signū cū oriēti uicinior tribus ferme ſtadioꝝ milibus ſit:q̄ Dioſcuriade q̄ ī ſeceſſu Pōti ē.Et ſecūdū ipſum:ex ſtadioꝝ mſura: quā de adria dicit & ſeptētrioālia & alia noſtatim loca extrema expōens a nulla tēpat fabulatiōe:fidē quoqꝫ præterea habuit de exterioribus colūnis Herculis pluribus fabulamētis:& inſulā Cernen:& alia nominās loca:quæ hiſce tēporibus nuſquā mōſtrāť:de qbus mēoriā poſtea faciemus.Vetuſtiſſimos inqt aut piraticā:aut mercaturā exercētes eo nauigaſſe:non in pelagus qdē egreſſos:ſed iaſonis modo præter littora ꝓmeaſſe.Quē qdē in Mediā uſqꝫ & armeniā & Colcos nauibus omiſſis bellū ituliſſe.Poſtremo dictitat antiqs tēporibus neminē aut mare euxinū: aut præter Libyā Ciriā Ciliciā nauigiis adire auſum.qꝫ ſi ātiquos eos dicit qui noſtrā āte fuere memoriā de illis ſeu nauigarit ſeu nō:nulla mihi ſane cura ē.Sin eos īquit qui memoriæ ꝓdūť nullus eloqui ſane torpeſceret aut uereretť:qđ ueteres & maritima:& terræſtria longíquus emēſi fuerint itinera q̄ poſteriores uideanť:ſi aíos ad ea quæ de illis poſteritati ſcriptis cōmēdata ſunt adhibuerius.Sicuti Liber pater Hercules: & Iaſon ipſe qdē.Illi ēt de qbus poeta cecinit.Vlyſſes Menelaus Theſeus Perithous:qui lōgíquas ſubiere militias:ut fama fert:ut ímortalia de ſe monumēta reliquerēt:ut ēt ad inferos uſqꝫ penetrarent.Caſtorē & Pollucem maris curā ſuſcepiſſe:& nauigātiū ſaluti preeſſe.Minoem maris impium tenuiſſe.Phœnicū itē nauigatiōem:qui ēt extra colūnas hercu/leas egreſſi fuere:& ibi urbes cōdidere:& ad mediterranea africæ orāqꝫ maritimā paulopoſt Troiana tēpora.Aeneā & Anthenorē & Enetos:& ſimpliciter omnes qui e Troiano bello in uniuerſum terrarum orbem pererrarunt dignum eſt nequaq̄ inter uetuſtos homines recenſeri.Cū autem græci ſimiliter & barbari ob lōgiora militiæ tempora domeſtica bona & facultates bello partas amiſiſſent:obuenit utriſqꝫ ut euerſo ilio uictores per egeſtatem ad latrocinandum uerterentur. Et uicti bello ſuperſtites multo magis:a quibus & oppida plurima cōdita per omnia lit/tora extra Græciam feruntur:& ad nonnullos mediterraneæ locos. Ipſe autem æloquutus quouſqꝫ habitabilis ad cognitiōem poſt Alexandrū: & eius ætatem perlata ſit ad faciendum iam de forma ſermonem tranſiit : non tantum de ipſa dico habitabili : quod quidem de illa ſermoni ꝓpriū magis eſſet:ſed uniuerſa de terra.Huius aūt faciēda quoqꝫ eſt memoria.Modo ne præter ordinē. Profatus itaqꝫ qꝫ tota rotūda exiſtat: non qđē ut tornatilis:cū inæqualitates quaſdā habeat: inducit qꝫ globi illius ꝑticulares ſint tranfiguratiōes:quæ aquis & igne & terræmotibus: & exhalatiōibus:& aliis generis eiuſdē cōtingūt. Neqꝫ hac ī ꝑte reꝝ ſeruans ordinē.Nanqꝫ rotūditas totam terrā ab ipſa totius uertigíe prouenit:tales uero trāſformatiōes totā minime terram ꝑmutant. Eteni ī magnis quæ ſic parua ſunt euaneſcūt.alias uero atqꝫ alias terræ diſpoſitiones efficiūt. Aliaſqꝫ ac alias ꝓpíquas habent cauſas.Præcipuā uero quæſtiōem præbuiſſe dicit:quonā mō fiat ut duobus tribuſqꝫ ſtadioꝝ milibus lōge a mari ítra mediterraneā frequētibus ī locis cōcharū & Oſtreorū & Cherāydū magna cernať multitudo & falſi lacus : ſicut circa tēplū Ammonis:& uiā qua itur ad illud triū miliū ſtadiorū eſſe dicūt.Per multā enī oſtreoꝝ effuſionē extare.Nō paꝝ ēt hac tēpeſtate ſalis íueīri. Maris præterea exhalatiōes in ſublime reiici.Prope ipſum etiam maritimaꝝ fragmēta nauium oſtentari:quæ hiātibus terris eſcaturiuiſſe trahūt.Super columellas īcubare delphías hāc inſcriptiōem habētes Cyrenenſiū ſpectatoꝝ.Hæc effatus ſtratonis Phiſici cōmēdat opinionē & Xāthi Lydi q regnāte Artaxerxe īgentē adeo fuiſſe ſiccitatē ait:ut flumina lacus putei defecerit.Eūqꝫ ipſum multis ī locis a mari lōgíqus uidiſſe lapidibus inhærētes cōchulas:pectines & teſtaꝝ formas.Salſumqꝫ lacū in armeniis & ī Mattienis:& ī inferiore Phrygia:quas ob cauſas ꝓſuaſum habere cāpos illos mare aliquādo fuiſſe.Strato aūt cauſas & ratiōes magis attígit:qm̄ exiſtimare ſe dixit. Euxinum initio ad Bizātium os nequaq̄ habere.Flumía uero in ipſum irrūpētia uiolenter aperuiſſe. Deinde aquas in Propontidē & Helleſpontū excidiſſe. Idēqꝫ in noſtrū eueniſſe mare.Ibi enim ad colūnas cum mare ānibus ípleretť effractum eſſe trāſitum.E quorum effluentia quæ coenoſa prius fuerant patefacta ſunt loca.Cauſam uero affert.Primum qdē quod exterioris & interioris maris aliud fundum & alia ſedes ima eſt.Deinde quia uitta quædā ſub aquis ex Europa ī Africam protenditur:quaſi antea interius & exterius mare unum eſſet:& fundū eſſe in Ponto breuiſſimum. Creticum uero & Siculum & Sardoum pelagus profundum eſſe uehementer. Amnibus enim plurimis & maximis a ſeptētrione & oriente labentibus: illa limo repleri:& alia profunda manere.Quocirca pōticum mare dulciſſimum eſſe:fluere uero ad locos:ubi magis fundum inclinatur. Videri & pontum ipſum humum altiorem tollere poſſe poſterius:ſi tales ꝓmaneāt īfluētiæ.Nā & ſiniſtras pōti ꝑtes nūc coēo īcreſcere.Salmydeſſum uidelicet:& ea q̄ nautæ uocāt pectora ad Iſtrū & Scythaꝝ deſerta Vtiqꝫ & ipſum Ammōis tēplū ſuperioribus ānis mari ꝓpíquū;ob effluentiā

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc tẽpore ī mediterraneã iacere. Ipsum ẽt oraculũ cũ mare uicinũ esset eo celebritatis & notitiæ ꝑuẽisse iure qdẽ suspicaẽ. Tantãq; loci a mari dissiũctionẽ haud sane nois claritatẽ & gloriã ueris̃imiliter hac ætate possẽ facere. Aegyptũ ẽt priscis tẽporibus ad pelusias usq; paludes: & mõtẽ Casiũ lacũq; Sarbonidẽ maris inũdationibus optã fuisse. Nũc quoq; dũ ꝑ ægyptũ huiusmodi effodiẽ salsedo: ẽt sub arena salsa refertæ conchyliis foueæ reperiũt. Peride ac agro maris aquis inũdato. Locus ẽt ois ad casiũ & ad scuta (sic enī appellãt) palustrẽ limũ habebat: ut maris rubri sũmũ attingeret. Mari aũt cedẽte detectũ extitisse: & lacũ Sarbonidẽ mãsisse. Inde & hũc effractũ & palustrẽ factũ. Similiter & salsi lacus ripas maris magis q̃ fluminis uideri. Idcirco magnã cõtinẽtis ꝑtẽ qbusdã tẽporibus: inundatã: & rursus detectã extitisse cõcederes. Eũdẽ ī modũ inæquale ꝓfundũ terrã nunc totã esse sub mari. Sicut mediusfidius & quæ emersit quã ĩcolimus: quæ tot ꝑmutatiões admittit: quot uerbis ꝓsequutus est Eratosthenes. Eas ob res aduersus Xãthi dicta nihil absurdũ ꝓfecto ꝓferas. In Stratonẽ aũt dici põt: ꝙ cũ multæ causæ adsint: illis omissis quæ nõ sunt criminaẽ. Primã etenī inqt causam: ꝙ exterioris & ĩterioris maris nõ idẽ pauimẽtũ ac fundũ est. Ad hoc. n. qđ altius tollit: aut in ima declinat: aut aliquos inundat locos: & ab illis refugit: hanc ipsam minime causam esse. Alia uero & alia esse pauimẽta: & hæc qdẽ esse humiliora: hæc aũt eminẽtiora. Veꝝ ipsa quoq; pauimẽta nũc qdẽ in sublime scandere: nunc aũt in ima esse deducta. Simulq; & pelagus tollere & inclinare. Altius qdẽ elatum inũdare. Pressius uero ī pristinũ recurrere statũ: qđ si sic ẽ: opus erit repẽtio maris ĩcremẽto inũdationẽ euenire: sicut crescentibus undis & fluuioꝝ ascensibus interdũ altera exꝑte aqua inferẽ: interdũ rursus exaugeẽ. neq; uero incrementa aggerata & repẽtina fiũt: nec inũdatiões tẽpore tanto ꝑmanẽt: nec ĩordiatæ sunt: nec ī alteꝝ inũdant mare: nec ubi euẽtus tulit. Reliquũ igiẽ ẽ: ut ī pauimentũ causa ponaẽ: aut ī eo qđ mari subiectũ ẽ: aut qđ iundaẽ. Immo uero qđ sub undis est. Humidũ nanq; ualde mobilius est: & ꝑmutatões celerius suscipe põt. Etenī hoꝝ omniũ causa spirabilitas est. hoc magis ī loco: ueꝝ (ut dixi) hĩc talia fiũt accidẽtia: qđ fundũ & ipsa pauimẽta interdũ extollũt: interdũ residẽt: nõ aũt ꝙ aliqua sublimia sint: aliqua uero mĩus. Is aũt assumit hoc quũ id mari obuenire putat: qđ & fluuiis accidit ꝙ ab altis locis fluẽtia sint: haud enī fluxiõis ad Byzãtiũ causam diceret e fundo esse: qđ Euxini alueũ altiorem esse dicat: q̃ uel ī Propõtide: uel ī reliquo deiceps pelago simul & causam apponẽs. Nã ex limo e fluminibus delato fundũ repleri ac breuius fieri. Quãobrem ad exteriora elabi. Eãdem uero rationẽ in mare nostrũ uniuersum traducit ad exterius: ut hoc altiora efficiat fundamẽta: q̃ quæ atlantico subiecta sunt pelago. Et enim hoc quoq; ex pluribus impleẽ amnibus: & defecationẽ limi pro sua quantitate decollandi suscipit. Irrũpentẽ igiẽ per colũnas & Calpen fluxũ ei qui ad Byzantiũ est: similẽ fieri opus erat At istud qdẽ omitto. Et enī hoc ibidem cõtigere decet. Distrahi uero circa æstuaria & inundatiões & occultari. Istud interrogo qdnã ꝓhiberet priusq̃ Byzãtii os aperireẽ. Cum Euxini fundũ propõtide: & reliquo deinceps mari sit humilius: fluminibus impleri: seu mare fuisset ãtea: seu Meotidis palus ãplior. Nã si hoc concedaẽ: & illud interrogabo. Num illius & Propontidis supficies aquæ nõ ita se habebat: ut quo ad usq; ea erat ad effundẽdum nequaq̃ ĩpellereẽ ꝓpter aduersam ex equo resistentiã & oppressionẽ. Postea uero q̃ internũ mare supabũdauit: qđ uberius erat euidẽtius fluxũ repulit Qua ex re ĩterius & exterius in unũ cõfluxere pelagus. Et eandem cũ illo mari faciem accepere: siue marina siue palustris prius erat. Postea uero marina facta ꝓpter ꝑmixtiõem & inualescẽtiam. Si. n. hoc dabũt fluxus qui nunc est haud sane ĩpedireẽ. Nõ a supiore fundo: neq; decliui quod ratus est Strato. Ista uero & ad nostrum mare totũ & ad exterius transferre nõ in fundis: aut eoꝝ inũdatiõibus effluẽtiæ causam ponentes: sed in fluminibus ipsis. Quãdoquidẽ nõ ĩcredibile est secundũ eos ẽt: & si totũ mare nostrũ antea paludẽ fuisse cõtigeret: quod a fluuiis impletum supundãs ꝑ ãgustias colũnaꝝ excideret: quasi ꝑ cataracten assidue crescens & magis in unũ confluens mare effectũ tẽporis diuturnitate: & unã in faciẽ cõcurrisse: ac ꝓpter inualescẽtem potentiã in marinas euasisse aquas. Nõ autem omnino naturale fluuiis cõparasse pelagus. Illi enī per decliua allabendo ferunt. hoc uero ĩdecliue perstat: freta uero intra terras agitaẽ alio quodã modo: nõ secundũ limi ex fluminibus prolapsum altitudinẽ pelagi reddẽtem. Nanq; aggeratio circa ipsa fluuioꝝ ostia cõsistit. Sicut ī Istro ea quæ pectora dicunt: & in Scytharum solitudine & in Salmydesso: aliis etiã ad hoc torrentibus opem afferẽtibus. Ad Phasin uero Colchicũ littus est arenosum & depressum ac molle. Ad Thermodontẽ autẽ & ad Irin tota themiscyta totusq; cãpus amazonũ: & maior Sidenæ pars. Sic enim & ī aliis. Omẽs nãq; Nilũ imitaẽ ante ipsos meatum existentẽ in terram continentẽ redigẽtes nonnulli plus nonnulli minus. Minus qdẽ qui nõ multũ deferũt limũ. Plus uero qui permultũ & mollẽ transeũt agrũ. Torrentesq; plurimos accipiunt. A quibus est Pyramus: qui magnam Ciliciæ partẽ adiecit de quo tale est æditum oraculum.

Tunc erit undisonus late cum pyramus olim
Littora perfundens cyprum labetur in almam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In mediis enim Cataoniæ cãpis nauigabilis delatus:& ꝑ ãguſtias Tauri in Ciliciam elabens ad oppoſitũ huic & Cypro tranſitũ erũpit:ne aũt delata a fluminibus terra in pelagus deueniat:cauſa eſt:quia mare natura ipſa refluens eã reuerberat. Animantibus enim ſimile eſt:ac ſicut ille ſpiritũ aſſidue admittũt & remittunt:ſic mare ſemꝑ in ſe & ex ſe recurrenti quadã agitatiõe mouet. Id aũt perſtanti ĩ littore indicat fluctuatõ: pariter enim pedes alluũt:& nudãt:& rurſus alluũt:& iſtud aſſidue: & fluctui ſupincurrit quoq; unda:& ſi tranquillũ ſit uĩ quãdam maiorem habet:ut omnia aliena eiiciat in terrã; magnũ indiciũ eſt e mari alga per multa in littus ꝓiecta; hoc magis ſpirante uento contingit. Cæteꝝ & in malicia & terreſtribus flatibus.nihil enim minus fluctus ipſe ĩ terram fert contra reflãte uẽto.ſicuti ꝓprio quodã maris motu cum eo pariter agitato. Tale & iſtud eſt.

Fluctus in extremis curuans attollit altus.

Sordentemq; uomit ſpumã.& illud.

Littora iam reboant:foras eructatur aquæ uis.

Epiro. Hoc aũt dicere melius esse existimat q̃ prout ipse: qui quã finxit
eã deleuit: sicuti poeta murũ Acheoꝝ. Coniecturã aũt facit de Cymbro
rũ & propinquorũ trãsmigratione ex natali solo facta propter inundan/
tis maris incursũ nõ uno cõtingẽtem impetu. Suspicat quoq; orbis ter/
rarũ longitudinẽ septuaginta millia stad esse: dimidium totius ambitus
secũdũ quẽ deprehensus est: ut dicat ab occasu æuro nauigantem in tot
millibus ad Indos peruenire posse. Conatus est autẽ eos accusare q hoc
modo continẽtes terras distinxerũt. Non autem per parallelos ad æqui/
noctialem quibus diuersitates demonstraturi erant: & animalium: & ar/
borũ & aeriarum partium quarũdã frigidam continentium: quarũdam
exustã: & perindeac zonas esse cõtinẽtes terras. Rursus destruit: & ut in
resolutione efficitur: denuo collaudans existentem diuisionẽ positiuam
faciens quæstionem nullam ad rem utiliter. Tales enim ordinatiões ex
prouidẽtia nequaq̃ conficiũtur: sicut neq; gentium differentiæ neq; lin/
guæ: sed a casu & fortuna & artes quoq; & facultates & exercitatiões ut/
plurimum nonnullos inchoantes obtinent: quocũq; in climate. Aliquid
etiam præter ipsa climata adeo ut nonnulla locis quibusdam attributa:
quædam ex impositione: aliquaq; exercitatione. Haud enim Athenien/
ses natura studiorum cupidi: Lacedæmonii uero nequaq̃: & adhuc pro/
piores Thebani: sed consuetudine magis. Sic neque Babylonii & Ae/
gyptii natura sapientiæ studiosi: sed usu & operatione: itemq; equorum
boumq; ac cæterarum animantium præstantiæ: nõ solis ex locis: sed ex/
ercitatione comparantur: ille uero ista confundit. Talem autem laudans
terrarum diuisionem: qualia hoc tempore sunt exẽplo utitur: q; Indi ab
æthiopibus differũt q in Africa sunt. Nam robustiores esse & aeris sicci/
tate minus coctos. Idcirco Homerum cum omnes dicat æthiopas bi/
partito diuidi: hos quidem ad occidentem: alios ad ascendẽtem solẽ esse
Introducentemq; orbem terrarum alium quẽ minime nouit Homerus

suppositioni seruire: & sic describere oportebat inquit. Nõnulli recedẽ
te sole ueluti a meridiano declinãte. Primũ quidẽ ꝓpiqui ægypto æthi/
opes & ipsi dupliciter diuiduntur. Quidã enim in Asia sũt: quidã uero
in Africa inter se nihilo diuersi. Postmodũ Homerus non idcico partit
æthiopas: q; indos quoq; talibus cognorat esse corporibus. Neq; enĩ ab
initio indos Homero cognotos fuisse probabile est: ubi nec Euergetes
ipse per illã Eudoxi fabulã res nouit indicas: nec ad Indiã nauigãdi mo/
dũ: sed potius per dictã a nobis antea diuisionẽ. Illic aũt de Cratetis de/
scriptione iudicauimus: quia uel hoc pacto uel illo describere nihil iter/
est. Ipse aũt hoc quidẽ interesse dicit: melius aũt esse hũc in modũ trans/
mutare: illi quidẽ discedẽte. Quid igit hoc differt ab hoc? illi autẽ occi/
dẽte. Nã totũ spatiũ a meridiano ad occidentẽ occidens uocatur: sicut &
orizontis semicirculus. Quod ẽt Aratus annotat dicẽs. Qua quidẽ ex/
trema miscent occasus & ortus iter se. Si utiq; ĩ pictura Cratetis sic me/
lius esse dicat aliquis: & in Aristarchi pictura oportere. Hæc & in Posi/
doniũ. Nã & in singulariter dictis per multa sua conuenienter asserunt
ad propositã institutionẽ: quot ad terræ descriptionẽ attinẽt. Quæ aũt
magis physica: & ad naturalẽ historiã ptinẽt in aliis cõsyderãda sunt uel
utiq; negligẽda. Multa enĩ apud eũ causarũ expositio & Aristotelis imi/
tatio: quod nostri deuitãt: cũ tãtopere causæ ipsæ lateãt. Polybius Euro/
pæ regiones describẽs priscos illos omittere se dicit. Eorũ autẽ reprehẽ/
sores inquirere: Dicearchũ scilicet ac Eratosthenẽ nouissimũ describen/
di orbis terræ tractatorẽ: & Pytheã a quo plæriq; refutati sũt. Nam cum
totã permeabilẽ se accessisse dicat Brittaniã: cuius ambitũ insulæ supra
quadraginta millia esse tradit. Insuper & de Thyle asseruit & locis illis
in qbus nec adhuc terra per sese aderat nec mare nec aer: nec concre/
tus quidã ex his aceruus maritimo pulmoni similis: ĩ quo terrã atq; ma/
re ac uniuersa in sublime tolli dicit: & hunc perindeac cunctorũ nodũ
esse: neq; permeabilẽ: neq; nauigabilẽ existentem. Illud quidem ut pul/
moni similis sit uidisse quidem seipsũ ĩquit. Cætera uero dicta audisse:
hæc quidem Pytheæ. Vtq; hinc reuersus cunctã Oceano uicinã regio/
nem adierit Europæ: a Gadibus usq; ad Tanã: Polybius profecto & in/
credibile hocipsũ inquit. Quonã modo enĩ priuato ac pauperi homini
tanta peragratu & nauigatu spatia facilia forent? Eratosthenẽ uero dubi
tãtem nunquid hisce fides habenda sit: tamen de Brittania credidisse &
de Gaditanis & Hispanis fidem Messenio adhibere q̃ huic præstat. Ille
quidem uno in loco Pancheam adnauigasse dicit. Alter autem uel usq;
ad mundi terminos Spectasse omnem septentrionalem Europam: quã
nec Hermæ dicenti quis crederet: Eratosthenem Euemerum Bergeum

Universidad de Deusto
Biblioteca

appellare:Pytheæ autem credere.Et quod amplius eſt Dicearcho minīe
credente.Hoc igitur nec Dicearcho quidē credēte ridiculū ſane.tāq̄ illo
ſicuti regula uti conueniat: aduerſus quem ipſe tot argumenta & repre
henſiones obiicit.Cæterum Eratoſthenis de occidētalibus & ſeptētrio/
nalibus:Europæ dicta eſt ignorātia: ſed illi quidē ac Dicearcho parcen/
dum ē:qui loca illa nequaq̄ aſpexerant. Quis aūt Polybio & Poſidonio
ueniam tribueret? Atqui Polybius ē:qui opinabiles omnino appellans
demonſtrationes:quas de locoꝝ illorū facit iteruallis:& plæriſq; in aliis:
ſed nec in eis in quibus illos redarguit purgans. Dicearchus igitur cum
dicat ex Peloponneſo ad columnas ſtaď millia decē intereſſe. Plura ue/
ro his eſſe ea quæ ſunt uſq; ad Adriam ad ſinum intimū:quodq; ad co/
lumnas eſt ſpatium uſq; ad fretū ideſt porthmum tria ſtaď millia ædat.
ita ut reſiduum a freto ad columnas eſſet millium ſeptem . Tria quidē
millia omittere inquit:ſiue quidem bene deprehenduntur:ſiue nō. Se/
ptem autē millia neutra in parte:neq; littus neq; pelagi medium meti/
enti:Maritimā quidem cuidam obtuſo angulo perſimilem eſſe proce/
denti per fretum ad columnas habenti uerticem Narbonem ut triāgu/
lum conſiſtat:baſim habens rectā per pelagus: latera uero dictū angulū
facientia:quorum unum quod eſt a freto uſq; narbonem plus eſt q̄ de/
cē millium & ducentum ſupra mille: reliquum deinceps minus q̄ octo
millium.Atqui plurimū quidē ab Europa in Africam interuallum per
Tyrrhenū pelagus conſtare non plus quā ſtaď triū milliū. In Sardonio
uero mari anguſtā formā ſuſcipere.Cæterum eſto inquit & illud trium
millium.Antea uero ī his excipiatur duū milliū ſtaď ſinus ipſius profū/
ditas per Narbonem:ſicut a uertice ad baſim ipſius obtuſi anguli ꝓpē/
diculum.Patere igitur dicit ex cōmenſuratione doctrinali : ꝙ cūcta ma/
ritima a freto proxime in columnas excedit rectam quæ eſt per pelagus
ſtadiis prope quingentis.Appoſitis autem tribus millibus ex Pelopon/
neſo ad fretum omnia in unum ſtadia per directam plura erūt q̄ dupla
iis quæ Dicearchus īquit. Plura autem his ad ſinum Adriaticū ponere:
ſecūdū illum oportebit īquit.Verū amice Polybi diceret aliqs:ſicut hu/
ius mendacii dilucidum tuis ex dictis argumentum ipſa cōſtituit exp/
ientia.Ex Peloponneſo quidē ad Leucadem ſeptingenta: hinc totidem ī
Corcyram:& hinc denuo totidem ad Ceraunia:& dextrorſum ī Apu/
liam.Ex Ceraunīis quidē ad Maritimam Illyricam ſtaď ſex millia cētū
quinquaginta.Sic ambo illa ſunt mēdacia. Et Dicearchus a freto ad co/
lumnas ſtaď ſeptē millium interuallū eſſe dicit:& quod ipſe uideris de/
monſtraſſe.Confitentur enim & qui plurimum aſſerūt ꝓ pelagus ſpa/
tium millium duodecim eſſe.Concordat autem hoc ipſum demonſtra/

tiōi quoq; de longitudine orbis terræ:maximam enim eſſe īquit ſeptu/
aginta millium.Huius autem ſpatium occidentale ab ſinu iſſico uſque
ad Hiſpaniæ intīa quæ magis ad occaſum iacent ꝓ paulo minus millibus
triginta.Hunc autem in modum cōponūt:ab Iſſico ſinu uſq; ad Rho/
diam millia quinq;:uſq; ad Salmonium Cretæ:quod quidem ad orien/
tem ſpectans promontorium eſt mille:ipſius autem Cretæ lōgitudo ad
Arietis frōtem ſupra millia duo:hinc ad Siciliæ Pachynū millia quat/
tuor & quingenta:a Pachyno ad fretum pluſq̄ mille. Poſtmodum iter/
uallum a freto ad columnas millium tredecim . a columnis ad extrema
ſacri promontorii Hiſpaniæ ad millia tria . Et perpendiculum non be/
ne deprehenſum eſt.Siquidem Narbo in eodem fere parallelo cōſtitu/
ta eſt cum Maſſilia.Hæc autem in linea per Byzantium ut ſibi perſua/
deat Hipparchus.Quæ autem per pelagus in eodē eſt cū freto & Rho/
dia.A rhodia in Byzantium:ſicuti in eodem meridiano utriſq; iacenti/
bus circiter ſtaď millia quinq;:ut traditur. Tot utiq; forent & ſtadia di/
cti perpendiculi. Quandoquidem maximum huius maris ſpatium ab
Europa in Africam millium quinq; ſtaď eſſe dicūt:ab ītimo ſinus.Gal/
lici:hoc mihi per errorem dici uidetur.Vel Africam hac in parte mul/
tum ad ſeptentrionem uergere:& parallelo per colūnas adiungi.Et hoc
haud bene dicitur dictum perpēdiculum prope Sardiniā rermiari. Nō
enim prope.ſed hocipſū Sardiniæ ſpatium multo magis ad occaſū ſpe/
ctare.Quippe totum ferme intercipiēs Ligusticum pelagus prope Sar/
donicū:& maritimæ ꝓlixitas āplius excurrit.Verūtamē nō tātū utique
Deinde Eratoſthenis dicta corrigit:nōnulla qdē bene:quædā uero lōge
q̄ ille deterius.Nā cū ex Ithaca ad Corcyrā trecēta ille dixerit:ſupra nō/
gēta eſſe aſſerit.Ab Epidamno uero Theſſalonicā uſq; nongenta dicē/
te illo ultra millia duo īqt:hæc qdem bene. Cū a Maſſilia ad columnas
millia is ſeptē dicat:a Pyrene autem millia ſex:ipſe peius inqt:ab Maſ/
ſilia pluſq̄ millia nouē:a Pyrene paulo mīus q̄ millia octo.Ille nāq; pro
pius uero tradit.Huius enī ætatis homīes cōfitētur: ꝙ ſiqs īæqualitates
uiaꝝ abſcideret uniuerſā Hiſpaniā ex Pyrene ad latus occiduum haud
ꝓlixiorē habere lōgitudinē q̄ millia ſex ſtaď.Ipſe uero ānē Tagū lōgi/
tudinis milliū octo cōſtituit a fōte ad eruptiōes uſq;:nec utiq; obliqtati/
bus qbuſdā cōputatis:nec enī hoc ad terræ deſcriptionē attīnet:ſed ad
directum eloquens ſpatium.Atqui Tagi fontes ex Pyrene ſupra ſtaď
mille diſtant. Rurſus hoc teſte declarat: ꝙ Hiſpaniæ res ignoratæ ſint
Eratoſthēi:quoniā & iterdū de illa repugnātia demonſtret. Qui cū Gal
los exterius circū īcolere uſq; Gades dicat : ſiqdē Europæ ptes ī occidē
tē ſpectātes uſq; Gades habēt illi hoꝝ īmemor ī ipſo Hiſpaniæ circuitu

nullo in loco Gallorum mentionem facit: ꝙ Europæ longitudo minor
est q̄ simul utraq; iuncta Africa scilicet & Asia non recte comparationē
exponit. Ostiū nāq; ad columnas ad æquinoctialē occasū esse iquit. Ta/
nais uero ab æstiuo fluere dicit ortu. Diminuitur aūt ab utriusq; lōgitu
dine quæ inter æstiū ortū: & æquinoctialē occasū est: hāc uero preoccu/
pat Asia ad æqnoctialē ortū sēicirculo ad septētrionē uergēs. Nā præ/
terq̄ in rebus quarū reddi causa potest de ambitu latex mētitur: ꝙ Ta/
nais æstiuo fluat ab ortu. Cuncti nāq; regionū peritiā habētes a septen/
trione in Meotin labi affirmant: adeo ut fluminis ostia & Meotidis &
fluuius ipse quoad noscibilis ē sub eodem meridiano iaceāt. Nec uero
digni de quibus uerba fiant: q illū ex istri regionibus originē ducere di
xerunt: & ab occasu aut animaduertētes ꝙ eo iteruallo Tyras & Bory/
sthenes & Hypanis ingētia in portū excurrūt flumia. Cū ille qdē pari
spatio distet ab istro: alii aūt ab Tanai. Neq; Tyræ fōtibus aut Borysthe
nis aut Hypanis prorsus ispectis: Sintq; illorum cursus magis ac magis
ignoti: cū magis ad septētrionē tēdant. Itaq; per illos in Meotin Tanain
perducit: deinde reflectit in illā. Nā eruptiones in septētrionalibus pa/
ludis ptibus manifestius ostēdūt. Istis aūt ad oriētē magis ac magis pti/
nētibus fictus & ifinitus ē sermo. Cōmenticius siliter & ifinitus illius ē
sermo: qui p Caucasū ad septētrionē fluere dixit: dehinc i Meotin cur/
sum circūflectere. Nā & hoc dictū ē. Ab ortu aūt fluēta illius nemo tra/
didit. Nā si eo modo laberet non sane e regione Nili contra flueret: nec
etiā quodāmodo ad diametrū currere illū excellētiores ostēdissent. Per/
indeac utriusq; fluminis cursu ad incumbentē meridianum existēte. Et
ipsa longitudinis terræ dimēsio æqualiter ad meridianū distās est: cūq;
ista sic in longitudine extēditur: ut cuiusq; lōgitudinē cotinētis eo mo/
do capere oporteat: quæ inter duos iacet meridianos: & lōgitudinū mē/
suræ stationū enumerationes sunt: quas uenamur: uel p illos eundo uel
per parallelas uias uel meatus. Verū ille hūc omittēs modū nouum in/
troducit q æstiui ortus & æquinoctialis medius ē: quadā septentrionalis
semicirculi particula. Nemo aūt ad imutabilia mēsuris & regulis muta/
bilibus utit: nec iis quæ alio atq; alio dicūtur habitu ad seipsa nullā ha/
bentia differentiam. Longitudo quidem immutabilis & per seipsam di/
citur. Aequinoctialis autem ortus & occasus. similiter æstiuus & hyber/
nus non per seipsum: sed quo ad nos. Nobis uero iterdū alio trāsmeāti/
bus: interdum alia oriendi & occidendi loca sunt: & æquinoctialia
& Tropica. Continentis autem terræ eadem permanet longitudo.
Tanain igit & Nilum non sine loco exitum facere. Aestiuum autē ortū
æquinoctialē nouū. Quū autem Europa pluribus ꝓmontoriis procidat
melius q̄ Eratosthenes de ipsis dixit iste: at nōdū satis sufficiēter. nā ille
tria inquit. Vnum ad columnas pertinens in quo Hispania: alterum ad
fretum: in quo est Italia: tertium ad Maleam in quo quæ inter Adriam
& euxinum gētes omnes atq; Tanā sunt. Iste uero duo prima pari mo/
do exponit: tertiū uero ad Maleā & Sunium: in quo Græcia est uniuer/
sa & tractus Illyricus: itēq; nonnulla Thraciæ. Quartū in quo est ad
Thraciam Cherrōnesus: in qua Sesti & Abydi sūt āgustiæ: eam Thra/
ces habēt. Quintum ad Cimmericum bosphoron & ostium Meotidis.
Pria igitur duo cōcedamus: simplicibus nāq; ſnibus circūdātur: unū q/
dē inter Calpen & sacrum promontoriū: in quo Gades: & pelago inter
colūnas & Siciliā medio. Alterū & hoc & adriatico. Atqui iapygiū pro/
montoriū superincidit biuerticē efficiens Italiā: habet autem quandam
econtra manifestationem. Reliqua uaria quidem liquidius & multas in
partes distincta aliam exigūt partitionē. Ipsa etiā sexpartita portionibus
diuisio pariter habet simile cōsequenter instātiam per promontoria di/
stincta. Verūenimuero nos in cunctis particulatim & hoꝝ & aliorū: pro/
ut attinebit emēdationē faciemus: quātū & in Europa & in Africæ am/
bitu erratū est. Hæc aduersus ātiquiores nūc dicta satis erūt: quot adie/
ctos testimōio nobis esse putauimus: quod iustis de causis hoc idē opus
ipsi delegimus: quod tantæ emēdationis & additamenti prorsus indige/
bat. Postq̄ uero ad nostra contra illos uerba est cōtiguæ nostræ pollicita/
tiōis aggressio alterū captātes initiū dicimus ei q locorū descriptionē ag/
redi necessariū esse ut plæraq; reꝝ naturaliū & mathematicaꝝ dispu/
tata subponat: & ad illorū intelligentiā & fidē eorū quæ ordine sequun/
tur tractatum absoluat. Etenim sermone uulgatū ē: nec ædiū cōstructo/
rem: nec Architectū aut domiciliū aut oppidū ædificare posse absq; cli/
matū cælestiū partiū cognitione. nisi etiā formas magnitudiesq; didice/
rit: caloresq; & frigora: cæteraq; generis eiusdē: & nili totū orbis terræ si/
tū locaq; proposuerit. Ipsa enim i plano ꝓducta descriptio & supficies
una & eadē ad Hispaniēsia & indica & his interiacentia & nihilominus
oriētis solis & occidētis & cæli medium tenendi designata termīatio p/
indeac omnibus communis. Hæc quidem cui fuerit intellecta & cæli
dispositio ac motus & re uera rotunda terræ superficies percepta erit.
Ad aspectū autē plana formaī. Geographicam traditionem habet. Alio
autē modo non utiq; Geographicā: haud enim omnia uel ante uel retro
uel ex trāsuerso plana assistūt: sicuti per ingentem euntibus planiciem
pindeac Babylōios p cāpos aut æquora. Nec ullā ad res cæli demōstra
tionē exhibēt. Nō ad solis motiōes nō ad habitudies ad nos sydeꝝ reli
quoꝝ. Ita & terraꝝ pictoribus similia sēp assistere necesse ē. Nā q pelagi

Universidad de Deusto
Biblioteca

eurſum aut per camporum locos uiam tenet communibus quibuſdam phãtaſiis imaginibuſq; ducit᷑:quibus & imperitus & ciuilis homo hæc/ ipſa operatur rerũ cæleſtiũ inexpertus exiſtẽs: & cõtrias in hæc demon/ ſtrationes prorſus ignorãs. Solẽ enĩ oriẽtẽ & occidẽtem:& medium cæli ſpatiũ tenẽtẽ aſpicit. Quonã uero modo non ſpeculat᷑: nõ enim illi cõ/ modũ ad propoſitũ:ſicut neq; æqualiter diſtare:ideſt parallelum eſſe ad rẽ aſtiſtẽtẽ aut non. Forſan aũt aliqd ſpeculat᷑. Apparebit uero ĩ mathe/ matice diſputatis ſicut indigenæ. nã locus talia habet ĩcidẽtia. Orbis ue/ ro deſcriptor nõ indigenæ utiq; deſcribit aut ciuili eius generis:q nullã curã ſuſcipit:ſiqd proprie de diſciplinis dicat. nec enĩ meſſori aut foſ/ ſori:ſed ei q ꝓſuaſionẽ cape ualeat:taliter ſe terrã õnẽ habere. ſicut Ma/ thematici dicũt:& alia quæ ad huiuſmodi materiã attinẽt. Accedẽtibuſ/ que mãdat:ut cũ illa priora meminerit ſuccedẽtia deinde ꝓſpiciant. illis enim cõſequẽtia dicturũ. Vnde q in hæc ĩciderint eos tutiorẽ rey tra/ ditarũ uſũ facturos:ſi ex Mathematica ratione audierint. Q ui ſecus ha/ beãt eis orbẽ deſcribere ſeſe negat. Scriptorẽ profecto orbis de iis quæ ſibi incipiẽdi ordinẽ habeãt:Geometris fidẽ adhibere oportet:q terram uniuerſã dimẽſi ſũt:hos aũt aſtronomis:ipſos uero phyſicis:Phyſica ue/ ro uirtus quædã ẽ:at enim uirtutes nequaq̃ ſuppoſitiones habere dicũt: ex ſeipſis pẽdentes & in ſeſe ipſis prĩcipia & de omnibus fidẽ habẽtes. Q uæ aũt a phyſicis demõſtrãtur huius generis ſũt. Mũdi formam eſſe rotũdã:atq; cæli:grauiũ in mediũ eſſe momẽtũ. Circa hoc rotũdæ figu/ ræ terra conſiſtit eodẽ quo cælũ cẽtro & ipſa ꝑmanet. Perq; ipſã ac cæli mediũ axis extẽdit᷑:& circa illã atq; axẽ ab ortu ĩ occaſũ cælũ circũagit᷑. Cũq; illo minime errãtes ſtellæ:quæ pari celeritate cũ polo ſunt. Stellæ igit᷑ erroris expertes per circulos parallelos deferũtur. Cæterum circuli paralleli notiſſimi ſũt æquinoctialis. Tropici duo & ſeptẽtrionales. Ve/ rũ errões ſtellæ & ſol & luna ꝑ quoſdã obliquos ordines cõſtitutos ĩ zo/ diaco:his qdẽ uel omnibus uel plæriſq; fidẽ adhibẽtes aſtronomi:dein/ ceps reliqua ꝓtractãt motus ã bitus defectus & magnitudines & diſtãti/ as:& infinita cætera. Eodẽ modo Geometre totius terræ mẽſurã capten/ tes:Phyſicorũ & aſtronomorũ ſentẽtiis adhærẽt. Rurſus ſcriptores ter/ ræ oẽs geometricas cõplectũtur opiniones. Cælũ enim quinq; conſtare zonis præſupponẽdũ ẽ:quinq; etiã zonis terrã cõponi. Eiuſdẽ eſſe no/ minis quæ ĩ imis & quæ ĩ ſupioribus ſunt. Diuiſionis quidem in zonas cauſas rettulimus. Zonæ uero per circulos ad æquinoctialẽ parallelos diſtĩgui poſſũt ex utraq; illius ꝓte deſcriptos. Duos qdẽ torridã plagam capiẽtes:& duos poſt iſtos. Qui qdẽ ad torridã duas efficiũt tẽpatas Pe/ nes tẽpatas aũt duas frigidas apponũt. Vnicuiq; ãt ex cæleſtibus circulo eiuſdem uocabuli terræſtris ſubiacet: & zonæ zona ſimiliter. Tẽperatas eſſe dicunt quæ habitari poſſunt:reliquas autẽ ĩhabitabiles. Vnã qdem ob incendium:reliquas uero ꝓpter frigora. Eodẽ modo & de Tropicis & de ſeptentrionalibus: apud quos ſunt Arctici. Supioribus terræſtres pari appellatõne diſtĩguũt & unicuiq; ſuppoſitos. Cum aũt æqnoctialis totum duas ĩ partes cælum ſecet:& terram diuidi neceſſe eſt:ex ĩcũbẽte ſibi æqnoctiali. Hemiſpheriorũ autẽ utrũq; & cæleſte & terræſtre unũ qdem Boreale alterum uero auſtrale uocat᷑. Sic & de torrida ſub eodem circulo biptito diuiſa:una qdẽ eius pars Borealis:altera uero erit auſtra/ lis. Conſtat item & temperatay zonay unam qdẽ Borealẽ:alteram uero auſtralẽ fore:cum eiuſdem ſit appellationis cum hemiſpherio ĩ quo eſt. Nũcupat᷑ autem boreale illud hemiſpherium:quod eam circũdat tẽpe/ ratam:ĩ qua ſiquis ab oriente perſpectet in occaſum ei polus eſt ad dex/ tram:a ſiniſtra uero æqnoctialis:uel ĩ quo ſpectantibus in meridiẽ dex/ ter eſt occidẽs:ſiniſter autem oriens:auſtrale uero ecõtra ſe habẽs. Quo/ circa nos in alterutro eſſe hemiſpherio boreali utiq; mãifeſtũ eſt: in am/ bobus autem impoſſibile. Nam ingentes in medio ſunt fluui: Oceanus ĩ primis:poſtea Torrida. Nec oceanus quidẽ ĩ noſtræ habitabilis medio totam ſcindens terram:nec locus exuſtus:nec illius pars cõtra dicta cli/ mata ſeſe habens reperit᷑ in boreali temperata. His acceptis Geometra gnomonica uſus & reliquis ab aſtronomico demõſtratis:ĩ quibus paral/ leli ad æqnoctialẽ per quãlibet habitationem comperiuntur: & qui per rectas hos ſecant. Deſignati uero per polos menſurat habitabilem quidẽ ĩgrediens. Reliquam autem per diſtantiarum rationem hoc pacto quã/ tum ab æquinoctiali uſq; ad polum ĩterſit inueniret. Quæ maximi ter/ ræ circuli portio quarta eſt. hoc qui habet quadruplam quoq; illius ptẽ habet. Hic eſt autem diameter terræ mẽſuram complectens. Sicut igit᷑ qui terram metitur ab aſtronomiæ perito ſumpſit exordia. Aſtronomus autem a Phyſico:eodẽ modo & orbis ſcriptorẽ ab eo qui terrã dimẽſus eſt totam incitatum iſti credere oportet & iis quibus hic fidem præſtitit. Tum primum noſtri mũdi ſitum exponere quantus eſt. Quali figura: quali natura ẽ. Et quonam modo ad uniuerſam terram ſeſe habeat. hoc enim terræ ſcriptoris propriũ eſt officium. Poſtea ad terrarum ſingula atq; maris prout attinet accommodare ſermonem. Cunq; ſignificauerit quæcunq; noſtri maiores nõ ſatis idonee diſſeruerint ad ea quæ optime credita fuerint aſſiſtere.

N tertio Commentario continet᷑ orbis terray in ꝓtes diuiſio:& uni/ uerſæ Hiſpaniæ regio ab Herculis columnis uſq; ad Pyreneũ mõtem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbiectum ergo ſit rotũdam una cum mari terrã eſſe: unãq; & eandẽ cũ æquoribus ſupficiẽ habere. In tãta enim mole ipſa terræ cõtegereť eminẽtia cũ puſilla ſit & occultari ualeat. In iſtis itaq; rotunditatem: nõ inſtar torni nec geometræ more ad rationem dicimus ſed ad ſenſum & hoc ipſo craſſiorẽ. Quíq; igiť cõtenta zonis intelligať: & æqnoctialis in ea circulus locatus: & alter parallelus huic frigidã in boreali hemiſpherio diſterminãs & quidã per polos ad rectas iſtos ſecans. Cũ ergo ſeptẽtrionale hemiſpherium duas terræ quartas cõplectať portiones: quas efficit æqnoctialis ad circulum per polos trãſeuntẽ. In hoꝝ utroq; quattuor laterum locus ĩtercipiť: cuius boreale latus dimidũ ẽ paralleli qui ad polũ ptiet: auſtrale uero æqnoctialis eſt dimidiũ. Reliqua uero latera partes ſunt eius quæ ꝑ polos ducit inuicem oppoſita pari lõgitudine. In altera igiť iſtoꝝ quadrilateꝝ locoꝝ: uter autẽ ſit nihil ĩtereſſe uidebiť: noſtrã habitabilẽ locatam eſſe dicimus: quã iſulæ ſimilẽ mare circũalluit. Hoc aũt & rõne & ſenſu demõſtrari diximus. q; ſiqs huic ratiõi fidẽ abnegat ad terræ deſcriptõnẽ deficeret utiq;: nec inſulã facere uel huic qđ experimẽto cõprehẽdimus cõcedens. Quãdoqdem & ab aurora utríq; nauigatio circũagiť: & ab occaſu paucis in medio locis exceptis. Hæc autẽ pelagone an ſolo inhabitabili terminenť nequaq̃ intereſt. Orbis nanq; deſcriptor partes mundi cognitas diſſerere cogitat: ignotas autẽ omittit. Sicut & quæ extra illam poſita ſunt. Rectam autem coniũgentibus lineã ad extrema circũductæ utrinq; nauigationis ſigna ſufficiet totã dictæ iſulæ figuram explere: in eo autem iam dicto quadrato ipſa procumbat inſula. Eius autem quæ appareat capiẽda ẽ magnitudo: auferať ab tota qdẽ terræ magnitudine hemiſpherium noſtrum. Et ab hoc medietas rurſum: ab hoc item quadratum ipſum rurſus: ĩ quo habitabilem iacere dicimus. Suſcipere autem opus eſt & de figura proportionem id quod apparet ſubiectis adaptando. Poſtq̃ uero eius quod inter æquinoctialem & interceptum parallelum. Huic ad polum partis Borealis hemiſpherii ſpondilus eſt figura. illæ autem per polum bipartito ſecans hemiſpherium: etiam bipartito ſecat ſpondilum & quadratum facit. Manifeſtum erit q; ſpondili ſupficie minus eſt quadratũ illud: cui Atlãticum pelagus imminet. Ipſa uero habitabilis ĩ hoc inſula: chlamydis formã gerẽs minor q̃ dimidium quadrati pars cxtitit. hoc ex geometria & circũfuſi maris quãtitate apparet q; terrarũ extremitates operiẽs utríq; cõducit ĩ unũ ad minoris extremitatis figuram: & tertiæ ptis lõgitudinis & latitudinis maxíe. Ex quibus unũ eſt ſtaď millium ſeptuagĩta urplurimum a mari finitũ: qď mare ultra nauigari nequit ꝓpter magnitudinẽ ac ſolitudinẽ. Alterum minus milliũ triginta terminatũ ab ĩhabitabili ꝓpter calorẽ uel frigus. Hoc enim ꝓpter calorem ĩhabitabile quadrati latitudinẽ qdẽ hñs ſtaď millia octo & octingẽta: lõgitudinẽ aũt maximã milliũ cẽtum uigĩtiſex: quãta eſt æqnoctialis medietas: reliquũ plus eſſet: Iſtis Hipparchi dicta quodãmodo cõſonant. Ille enĩ inqt terræ magnitudinẽ ſupponẽs quam Eratoſthenes dixit. Hic mũdi exceptionẽ fieri oportet: haud enĩ multũ differre ad ea quæ de cæleſtibus apparẽt ſecũdum habitationẽ quãlibet habere dimenſionẽ: uel ſicut poſteri tradidere. Exiſtẽte igiť ſecũdũ Eratoſthenẽ circulo æqnoctiali ſtaď milli. ducẽtis qnquagĩta & duobus: q̃rta pars eſſet millia ſexagĩta & triũ. hoc aũt eſt ab æqnoctiali ad polũ quídecim ſexageſima ſicut æqnoctiali eſt ſexagĩta. Ab eqnoctiali uero ad æſtiuũ tropicũ quattuor. Hic ꝑ Syenẽ deſcriptus parallelus rõcinať & cõputat pro qualibet diſtantia ex apparẽtibus mẽſuris. Tropicũ enĩ ad Syenẽ iacere cõtingere quoniã hic ſecũdũ æſtiuas conuerſiões meridiei gnomon nullas reddit umbras. Meridianus aũt ꝑ Syenẽ maxíe deſcribiť ꝑ fluẽta Nili: ſicut a Meroe uſq; Alexãdriã. Hæc aũt ſtadia ſunt citer millia decẽ. Per mediũ uero interuallũ Syenẽ cõſiſtere cõtingit: & hinc ad Meroen millia quíq; recte ꝓgrediẽti ad ſtaď tria millia in meridiẽ. Reliqua non ultra ſunt ꝓpter feruorem habitabilia. Vnde ꝑ hæc loca parallelum q̃ idẽ eſt q ꝑ cinamiferam tranſit terminũ & initiũ poni oportet noſtræ habitabilis ad meridiẽ. Cũ igiť ſtaď millia quinq; a Syene ſint ad Meroẽ: alia uero tria ſupaddãť a Syene ad æqnoctialẽ eſſent omnino millia octo ad habitabilis terminos. A Syene uero ad æqnoctialem millia ſedecim & octĩgẽta: totidẽ enim ſunt ex quattuor ſexagenis: cũ unaquaq; milliũ quattuor & ducentoꝝ ponať. Quocirca reliqua exiſterẽt a terminis habitabilis ad æqnoctialẽ millia octo & octĩgẽta. Rurſus ab Alexãdria ꝑ rectã ad Nili fluẽta omẽs ad Rhodã nauigationem confitentur. Hinc autem Cariæ & Ioniæ ãnauigationem uſq; Troadem Byzãtiumq; & Boryſthenem. Capientes igitur interualla notiſſima quæ nauigantur conſyderant diſtantiam quæ eſt a Boryſthene per rectam in hac linea quouſq; habitabilia ſunt & terminãt partes habitabilis: quæ ad ſeptentrionem ſpectant: ſuper Boryſthenem uero incolunt Rhoxolani cognitorũ nouiſſimi Scytharum: magis in auſtrum poſiti q̃ ii qui ſupra Brittaniã incidẽtes ultimi omniũ cognoſcunť. Vltra uero ꝓpter frigus ĩhabitabilia ſunt. his aũt ꝓpinqores auſtro ſunt ſupra Meotidẽ ĩcolẽtes Sauromatæ & Scythæ uſq; ad orientales Scythas. Pytheas uero Maſſilienſis partes Thyles aquiloni propinquiſſimas magis q̃ Brittania

Universidad de Deusto
Biblioteca

extremas esse perhibet:penes quos idē est cū Arctico circulus tropicus æstiuus:ab aliis qdē nihil cōperio:nec q; Thyle īsula quædā est: neq; si ad ea usq; loca habitabilia sunt:ubi æstiuus tropicus ad septentrionem spectans efficit:hūc autē habitabilis terminū multo magis ad austrum accedere arbitror:qui ad aqlonē ꝓpiquat.Qui enim hoc tēpore scribūt ultra hiberniā nihil habentes qd dicāt:quæ ad septētrionē ante Brittaniam iacet:siluestribus prorsus hominibus maligne ꝓpter frigora habitantibus. Itaq; finē hic ponēdum esse arbitror:paralleli aūt p Byzātiū & quodāmodo p Massiliā transeūtis:ut Pytheæ credēs inqt Hipparchus. Eandē enim ait gnomōis rōnem Byzantii ad ūbrā quam Massiliæ Pytheas dixerat. Circuli autē p Borysthenē ab hoc distantis circiter millia tria & octingēta.Esset autē ex distantia ab Massilia ad Brittaniā hic incidens ipse p Borysthenē circulus ubicūq;.Multis autē ī locis hoīes refellens Pytheas & istic mentitus est. Nā ductam a colūnis lineā ad freti & Athenaȝ & Rhodi loca in eodē iacere parallelo a multis confessum est. Cōstat & lineam p medium quodāmodo pelagus a colūnis infretū esse. Quiq; maximū nauigāt tractū a Gallia ī Africā e sinu Gallico stad qnq; millia esse:& hāc āplissimā esse latitudinē pelagi.Quocirca a dicta linea ad ītimū sinū stad duo millia qngēta:ad Massiliā uero pauciora.Massiliā enī magis q ītimū sinū ad austrū ꝓcūbere.e Rhodo aūt Byzātiū usq; stad esse millia quattuor nongentū:ut īpēdio magis sane ad septētrionē spectet is q per Byzātiū est eo q p Massiliā.At ea intercapedo quæ inde est usq; ad Brittaniā cū illa pōt cōsonare quæ est a Byzātio ad Borysthenē.Ill ic uero quousq; ad hiberniā incognitū est quātū poni possit.Neq; si ulterius habitabiles partes sunt ad supius dicta curādū est.Satis enim ad cognoscendum est capere sicut ī australibus regiōibus:q; supra Meroen ad tria millia stad ꝓgrediēti terræ habitabilis ponere cōueniebāt. Non ꝓindeac finis iste diligētissime positus est sed ꝓxime ad diligētiā. sic & illic nō plura his:aut paulo plura supra Brittaniā ponēda sunt ut millia quattuor.Etiā ad prīcipum necessitates nulla sit prærogatiua huiusmodi regiōes uel eaȝ incolas cognitos facere.Præsertim si tales inhabitent insulas:quæ neq; nos infestare:neq; commoditates afferre queant ꝓpter eaȝ disiūctionē. Nam cū Romani Brittaniæ ditionē habere ualuissent neglexerūt nullū ex ea terrorē oriri posse cernentes:haud enim tanta illis facultas adest ut nostra īcursare possint.Nec ulla tāta utilitas: si ea potiti forent.Amplius enim ex uectigalibus nunc uidetur afferri:q̄ tributum absoluere posset:cum ipsa in copias militares impensa insulæ præsidiū & tributoȝ exactiones auferat. Pluria etiā accederet ex adiacētibus īsulis cōmoditas. Quod si ad īteruallū ex Rhodia ad Borysthenē illud apponatur spatium:quod a Borysthene ad septentriones est milli um stad quattuor totum interuallū fit duodecim millia stad ac septin gentum. Terminus autem ex Rhodia ī Australe habitabilis est milliū sedecim sexcenta stadia. Vnde uniuersa latitudo orbis terrarū minor est millia triginta ab Austro in septentrionē.Longitudo autem millia se ptuagīta esse tradit.Hoc autē ab occasu ī ortū ē ab extremis Hispaniæ ad extrema Indiæ.hocipsū tū itineribus tū nauigationibus mēsuratum est.Quod autem infra dictū quadratū hæcipsa longitudo sit ex ratione parallelorum ad æquinoctialem spectātiū manifestum est ut plusq̄ dupla supra latitudinem longitudo sit.Ferūt autē ad chlamydis speciē formā ipsā esse.Multa enim latitudinis congregatio ad extremitates inuenitur:præsertim in occidentalibus ad singula accedētibus nobis. Nunc quidem igitur locum in spherica superficie descripsimus:in quo situ esse terrarum orbē dicimus: & sane oportet per diuisas habitationes ueritatē imitātē proxime terrā spherā efficere:uti Crates instituit suscepto ī ea quadrato intra illud de situ orbis locare tabulā. Cæterū cum magna opus sit sphera:ut dicta pars eius e plurimis sit partibus satis fiat aptandas dilucide mundi portiōes:ut attēte propriū spectātibus exhibeant aspectū.Ei quidē qui talē possit instituere sic factu melius est:sit aūt ut nō maiorē pedibus decē habeat diametȝ: qui uero minie talē uł nō multo hac inferiorē struere possit describat oportet in plana tabula pedum saltē septenū:paululū enim itererit ī cōtrario circulorū parallelorū & meridianorū:per quos & climata & uētos & cæteras differentias dilucidas facimus:& ptiū terræ situs iuicē & ad cælestia rectos describimus. Cū parallelorū parallelos & rectarū rectas ad illas itellectus ipse facile traducere ualeat figurā ac magnitudinē quā aspectus intuetur in plano ac superficie ad rotūdā ac sphericā proportionē de obliquis & rectis circulis dicimus. Meridiani uero ad singulas poli partes descripti omnes ad unū in sphera signū īclināt. Sed ī plana tabula paruas rectas solummodo meridianas facere nihil referet.Haud enim hoc necessariū pluribus in locis est:nec sicut circūferentia apparet.Eodem modo & inclinatio cū descriptiones transferantur in tabulā planā:& lineæ rectæ describātur.Itaq; ipsā deinceps rationē tanq̄ in plana tabula pictura confecta exponemus.Loquemur itaq; cū terræ partē ipsi peragrauerimus & maris:qua de re & narrantibus & scriptoribus fidē adhibeamus . Perueni/mus autem ex Armenia in occasum usq; ad Sardiniā tractus Tyrrheni & in meridiē quidē ab Euxino usq; ad æthiopiæ terminos . Ex cæteris terræ scriptoribus nullū facile repies qui āplius q̄ nos dicta permeauerit interualla.Qui uero occidentis regionis mare adierint: oriētis loca

Universidad de Deusto
Biblioteca

nequaq̃ tãtum attigerunt. Qui autem contra in occidẽtalibus defece/
runt:de auſtro quoq; & ſeptẽtrione ſimiliter ſe habet. Atqui & illi &
nos auditu plura percipientes compilamus formã ac magnitudinẽ reli/
quãq; naturã qualis & quanta ſit eo quidẽ modo quo ex ſenſibilibus i/
tellectu alia ītellectus componit. Colorẽ enim & figurã & magnitudinẽ
pomiq; odorẽ quoq; & tactũ & ſuccũ ſenſus ipſi renuntiãt. Ex iis ītelle/
ctus componit pomi cognitionẽ & magnarũ quidẽ formarũ ipſaꝝ ptes
ſenſus intuet. Totũ uero rebus ex uiſis intellectus ponit. Sic quidẽ &
uiri dociles ſpectatoribus:& loca(prout caſus tulit)peruagãtibus: ſicuti
ſenſibus credentes per diuerſas terræ ptes in unã conſtruũt deſcriptio/
nẽ uniuerſi orbis terraꝝ aſpectũ:cum & exercituum ductores omnia q/
dẽ ipſi conficiũt:ſed ubiq; nequaq̃ adſũt. Q uinĩmo ꝑ alios plurima ge/
runt fide nũtiis adhibita:& pro auditis accõmodate mãdata dimittunt.
Qui autẽ ſolos uidẽtes cognoſcere exiſtimat auris iudiciũ perimit:quæ
ad ſciẽtiã capeſſẽdã lõge præſtantior eſt oculo. Maxime autẽ huius æta/
tis homines dicere aliquid de Brittania poſſent:de Germaniſq; & ītra &
extra Danubiũ habitãtibus:de Getis. de Tyrregetis de Baſtarnis. Itẽ de
Caucaſum incolentibus:ut Albanis & Hiberis. Renũtiatũ uero ẽ no/
bis a rerũ quoq; Parthicaꝝ ſcriptoribus in quibus ẽ Artemiſius Apol/
lodorus quæ illi amplius q̃ multi ſuperauerũt & Hyrcaniam & Bactri/
anã:& Romanis nuper felicẽ Arabiã intrãtibus: cuius impator erat uir
inſignis amicitia & conſuetudine nobis deuĩctus Elius Gallus:& ab Ale
xãdriæ mercatoribus:qui claſſe per Nilũ & per Adriaticũ ſinum uſque
in Indiam nauigarũt. Quæ omnia longe magis huius ætatis mortalibus
q̃ maioribus noſtris cognita ſũt. Cũ Gallus igitur Aegyꝑti præfectus
eſſet:& uiarũ comites ad Syenẽ & terminos æthiopiæ uſq; aſcẽderit:ac/
cepimus naues cẽtũ ac uiginti ex Muris portu ad Indiæ tractus enaui/
gaſſe. Cũ ab initio pauci Ptolemaidis Reges nauigare prorſus auderẽt:
nec mercatoria Indiæ uectare onera. Prĩa igit & maxime peculiaria ſũt:
& ad ſcientiã & ad urbanas neceſſitates formã & magnitudinẽ ſimplici/
ter:& ut ſic dicã illud imponere:quod qdem ad orbis deſcribendi tabu/
lam ĩcidẽs:ſimul & qualis ẽ & quota totius terræ pars demõſtrat. Hoc
enim propriũ orbis ſcriptori eſt. De tota uero terra accurate tractare: &
de illius zonæ quam dicimus omni ſpõdylo uel dorſo:cuiuſdã alterius
eſt diſciplinæ. Sicuti ſi habitat: & ſecũdũ alterã partẽ quartã ipſe ſpõ/
dylus. Etenim ſi hoc ſeſe mõ habeat:haud ſane a noſtris habitat incolis
Sed ille alius ponẽdus ẽ terraꝝ orbis:quod profecto credibile ẽ. Hæc
aũt quæ ĩ ipſa ſũt:dici a nobis debẽt:mũdi uero habitabilis forma chlãy
dis ſpeciẽ præ ſe fert:cuius latitudinẽ maximam linea ꝑ Nilũ deſcribit

principiũ ab cinnamifero parallelo capiẽs & ab inſula exulũ ægyptiorũ
uſq; ad eũ q̃ eſt per hiberniã parallelũ. Longitudo autẽ huius ẽ linea ad
rectitudinẽ ab occaſu per colũnas:& per fretũ Siculũ uſq; ad Rhodiã
& ſinũ iſſicũ penes Tauꝝ progreſſa:qui Aſiã per zonas diſtinguit ĩ ori/
entale uergens pelagus inter indos & eos qui ultra Bactrianã ſunt Scy/
thas. Intelligat oportet igit ſpatiũ aliquod parallela deſignatũ linea: in
quo figuræ chlamydis facies deſcripta eo modo ſit:q; lõgitudini lõgitu/
do conſentiat:& pari æqualitate ſit maximũ:ac latitudini latitudo. Figu/
ra itaq; ad chlamydis ſpeciẽ habitabilis orbis eſt. Latitudinẽ nãq; ipſius
terminari diximus per ipſa paralleli latera ultĩa:q; partẽ eius habitabilẽ
ĩhabitabilẽq; utrinq; diſtiguit. Hæc qdẽ fuere unũ ad ſeptẽtrionẽ ꝑ hi/
berniã:alterũ ad torridã per cinnamiferã. Hæc autẽ ad ortũ & occaſum
exporrecta uſq; contra iſurgẽtes orbis terræ partes quoddã efficiẽt mu/
tuis lineis ſpatiũ ad eaſipſas quæ ꝑ ſeptẽtrionẽ adiũctæ ſũt. In hoc aũt
habitabilẽ eſſe conſtat ex eo q; maxima ipſius latitudinis pars extra id
non excidit neq; longitudo. Quod uero ipſius forma chlamydis ſpeciẽ
habet:quia extremitates longitudinẽ minoribus utrinq; finiãt terminis.
Maris autẽ ĩundatio latitudinis ptes aditmat. Id ſane uero perſpicuũ eſt
ex ipſis qui & orientis & occidentis tractus utrobiq; nauigationibus cir/
cumierũt. Nã inſulã quã uocamus Taprobanen in auſtrũ longe magis
q̃ Indiã ſpectãtẽ oſtendunt & habitari & cõtra Aegyptioꝝ inſulã & ter/
ras cinamiferas attolli. Aeris enim æqualẽ eſſe tẽperiẽ Oſtiũ quoq; ma/
ris Hyrcani magis ad ſeptẽtrionẽ uergere q̃ extrema ultra indos: Scy/
thiæ & adhuc amplius tractus Hyberniæ. Pariter autẽ & de plaga trãs
columnas memorat. Signũ enim orbis occaſui propiquiſſimum eſſe:
Hiſpanorũ promõtoriũ quod ſacrũ uocãt. Subiicit autẽ quodãmodo
lineæ:quæ per Gades & colũnas ducit & per fretũ Siculũ & ꝑ Rhodiã.
Conſonare enim & Horoſcopia ideſt horaꝝ aſpectus:& uentos utroque
uerſũ ferentes:& dierũ & noctiũ maximarũ ꝓlixitates aiunt. Horarũ enĩ
quattuordecim dies ac noctes æquinoctiales & ĩ Gaditana & in Hiſpa/
niæ maritima ſpectare licet interdũ. Poſidonius refert ab excelſo quodã
domicilio in urbẽ: quæ ab hiſce locis quadringẽta diſtat ſtadia ſtellã ſe
uidiſſe quã Canobũ ipſũ ſuſpicat. Ex hoc paululũ ex Hiſpania ꝓgreſ/
ſos in meridiẽ ipſã ſpectare confiteri:& ex ipſa in Gnido hiſtoria atque
ꝓſpectu. Speculã enim Eudoxi non multo aliis habitaculis altiorẽ eſſe.
Hoc ex loco eũ ſtellã Canobũ intueri ſolitum dicit. In Rhodiaco uero
climate Gnidũ exiſtere:in quo gades & huius maritimã:hinc ad auſtra/
les partes nauigantibus iacet Africa: huius uero occidẽtalis maxie tra/
ctus:pars parua ante Gades magis procũbit. Dehinc extremitatẽ cum

fecit ãguſtã ad ortũ recedit & auſtrũ. Ac dilatat paulati quoad ad Ethe
ricos æthiopas applicat. Hi autem Carthaginenſis regionis ultimi iacẽt
cinnamiferorũ lineã attingentes. Contra uero a ſacro nauigantibus pro
montorio uſq; ad nuncupatos Artabros ĩ ſeptẽtrionẽ ẽ nauigatio dex
tra luſitaniã habentibus. Reliqua ad ortũ tota obtuſum efficiens ãgulũ
uſq; ad pyrenes extrema quæ ad Oceanũ terminãtur. His occidentales
Brittaniæ partes e regione adiacent ad aquilonẽ. Eodẽ etiã modo Arta
bros eſſe a ſeptẽtrione. His opponũt inſulæ quas Caſſiteridas appellãt:
a pelago quodãmodo in Brittanico climate conſtitutæ. Liquet igit quã
tũ extremitates orbis terrax per longitudinẽ ex circũfuſo pelago in an
guſtũ cogũt. Cũ uero talis forma exiſtat ĩ uniuerſũ duas rectas ſuſcipe
cõmodũ eſſe uidetur: quæ ſe inuicẽ ſecãtes in rectũ una per lõgitudinẽ
totius maximi: altera per latitudinẽ peruenĩẽt. Et una qdem parallelox:
altera meridianorũ erit. Deinde iſtis parallelas intelligentes in utranque
partiri terrã ac mare: quo nos uti contigit. Forma enim quam diximus
magis manifeſta fieret & linearũ magnitudo alias atq; alias mẽſuras ha
bentiũ: & longitudinis & latitudinis. Climata quoq; magis ad orientem
uel occaſum ſpectãtia melius fient dilucida: pariter & quæ ad auſtrũ uł
ad aquilonẽ uergũt. Poſtq uero haſipſas rectas per cognita loca ſuſcipe
re oportet: quædã iã ſuſceptæ ſũt. Dico aũt medias duas alterã de longi
tudie: & alterã de latitudie iã ãtea dictas. Reliquæ uero per has facile di
gnoſcerẽt. Quodã enĩ mõ his utẽtes elemẽtis ptes ĩuicẽ ſe habẽtes colli
gẽus: & cæteras habitãdi habitudies ĩ terrã uel ĩ cælũ ſpectãtes. Cæterũ
mare plurimũ terrã deſigãt ac format: & ſinus ac pelaga: & freta cõficit
plurimum: iſthmos ſiłr ac pœniſulas: & promõtoria. Aſſumũt & ex hoc
ipſo fluuii & montes. Per talia nanq; ipſe cõtinẽtes & gẽtes & oppidorũ
ſitus natura bene cõpoſiti ĩtelligũtur: & cæteræ uarietates quibus refer
ta ẽ deſignatrix locox tabula. In qbus qdẽ ẽ & ĩſulax multitudo pelago
diſpſa: ac ĩ littoribus omĩbus. In aliis alias uirtutes ac uitia & uarios ipſa
rũ uſus abuſuſq; oſtẽdentibus: has qdẽ natura: has uero apparatu: quas
natura dici conuenit perdurãt enim Adiecta uero permutationes acci
piũt. Harũ quoq; quaſdã diutius perdurare ualẽtes declarare neceſſe ẽ.
Quæ quidẽ nõ diu: alioquin uero illuſtrẽ claritatẽ quãpiam tenẽtes &
gloriã: uel quæ in tẽpus poſterũ permanens modũ quẽdã locis cognatũ
efficit: & apparationẽ haud amplius exiſtentem. Ea propter & hæc me
moria teneri oportere conſtat. Permultæ nãq; ſunt urbes de quibus hoc
dici cõtingit. quod & Demoſthenes ipſe de adiacentibus Olyntho com
memorauit. Quas ſic claruiſſe inquit ut ſiquis aduenter illas nunq; ha
bitatas fuiſſe intelligat. Ad hæc tamen & alia libenter loca proficiſcunt

tam celeberrimorum operũ ueſtigia contemplari cupiẽtes: ſicut & illu
ſtrium uirorum ſepulchra: ſic & iure inſtitutarũ rerũpublicax recorda
tionem uſurpamus: quæ illis ĩ locis iam extinctæ ſũt. Cũ eodẽ nos mo
do inuitet utilitas quo & res geſtæ. Id enim aut imitationis aut taliũ eui
tationis gratia ſit. Primam itaq; deſignationẽ repetẽtes dicimus habita
bilem terram noſtrã circũfluam exiſtentẽ: ab exteriore mari multos in
ſeipſã ab Oceano ſinus admittere. Quattuor autẽ ampliſſimos: e qbus
aquilonaris quidẽ mare Caſpiũ uocat: quod plæriq; nuncupãt Hyrca
num. Perſicus autem & Arabicus ab auſtrali mari effũduntur: unus q
dẽ aduerſus maxie Caſpio: reliquus pontico. Quartus hos magnitudi
ne admodũ ſuperat: quẽ mare noſtrũ quod interius appellamus efficit:
initiũ ab occaſu & freto per Herculeas columnas accipiens: & ad orien
tis regiones alia latitudine longe porrectũ: deinde diuiſũ & duos ĩ ſinus
diffuſioris pelagi terminatũ. Vnũ quidẽ a ſiniſtra quem Euxinũ pontũ
appellamus alterũ autem cõſtantem ex Aegyptio pelago & Pamphy
lio & Iſſico. Cæterum uniuerſi quos cõmemorauimus ſinus ab extimo
mari anguſto ifluunt æſtu. Amplius autẽ ſinus Arabicus & Gaditanus
per columnas: reliqua uero mimus. Terra ſane quæ illos includit tria
riam partita eſt: quẽadmodũ dictũ eſt. Europa facile plurimas cunctarũ
formas induit: Africæ cõtra euenit: Aſia media quodãmodo ambarum
diſpoſitionem habet. Omnes autem ex littoribus inteſtinis ut multifor
mes ſint aut non cauſam habent. Exterior autem exceptis iam dictis ſi
nibus ſimplex eſt inſtar chlamydis: ut dixi. Nã reliquas in exiguo diffe
rentias omittamus. In magnis enim quod puſillũ ſit nihil intereſt. Rur
ſus in geographica ſcientia non modo formas. & locorũ magnitudies ĩ
quirimus: ſed etiam mutuas inter ſe continentias: ut diximus. Et hic in
teriora littora maiorẽ q̃ exteriora uarietatem exhibẽt. Maior quoq; no
titia atq; tẽperies & in urbibus & in nationibus per bona gubernatis ĩ
ſtituta in hiſ magis q̃ in illis uerſatur. Iſta uero magis noſſe concupiſci
mus: in quibus plures traduntur actiones: plures artes: plura regendarũ
ciuitatũ inſtituta: aliaq; quæ ad cõparandã prudentiã cooperãtur: & ne
ceſſarii rerũ uſus ad illa nos conducũt: quæ quoad peruenĩri poteſt im
plicitas ſecum habent cõmunicationes. Hæc ſunt quæ habitantur: imo
uero recte habitantur. Ad omĩa huiuſmodi (ut dixi) noſtrum mare ma
gnã habet excellentiã. Hinc ergo exponendi ambitus ſuſcipienda ſunt
primordia. Huius ſinus initium eſſe a colũnarũ freto dictũ eſt. Latitudo
eius anguſtiſſima ſtad circiter ſeptuaginta traditur. Circũcirca uero an
guſtias nauiganti ſtad cẽtũ & uiginti. Diſtãtiã littora ipſa una capiũt: ſi
niſtrũ uero magis Et aſpectus ipſe ĩgẽtis cuiuſdã pelagi apparentiã præ

Universidad de Deusto
Biblioteca

se fert. E dextro quidē latere terminos habet littus Africanū Carthagi/
nē usq; Ex altero uero littoribus terminat' Hispano & Gallico ad Nar/
bonē & Massiliam. Dehinc Ligustico: postremo uero Italico usq; ī fretū
Siculū. Latus aūt pelagi ad ortū spectās Sicilia est: & utrinq; iacētia eius
freta: e quibus unū ad Italiā pertinēs stad septē patet. Quod autē Car/
thaginē spectat stad mille & quingentis. Cæterū a columnis in fretum
quod septē stad dixi ducta linea: pars illius est quæ ad Rhodū & Tau/
rum ducta medium iam dictū pelagus incidit: fert' autē stad mil. duo
decies: hæc quidē pelagi longitudo. Sed maxima latitudo ad stad quin/
que mil. e sinu Gallico īter Massiliā & Narbonē ad regionē Africæ op/
positā. Huius aūt maris partē uniuersā Africanū uocāt pelagus. Quod
autē terræ opponit' partim Hispanum: partim Ligusticū partim Sardo/
nicū: ultimū uero usq; ad Siciliā Tyrrhenum mare nūcupat'. Ad litto/
reā uero ꝑtē Tyrrhenā usq; ad Ligusticā crebræ extant insulæ. Ma/
xime aūt Sardinia & Corsica post Siciliā: quæ quidē & bonitate & ma/
gnitudine cæteras nostras supat. Multo aūt his īferiores lōgius in mari
sitæ Pādria & Pātia. At terræ propiores Athalia: Planasia: aliæq; & Py/
thecusæ Prochyta capree Lucasia: & reliquæ generis huius. Alia ex ꝑte
oræ Ligusticæ ante reliquā ripā usq; ad columnas non multæ: E quibus
est Gymnesia & Bysus. Ante Africā quoq; atq; Siciliā non multæ: qua/
rum est Cosura & Egimurus & Lipareone: quas appellāt quidā Aeolias
Post Siciliā & utrūq; fretum alia continenter adiacent maria. Vnū ante
Syrtes & Cyrenaicū & Syrtes ipse Alter olim qdē ausoniū: nūc uero
Siculū uocitatū in illud confluens atq; contiguū. Quod igit' Syrtibus
prætendit' & regiōi Cyrenar Libycū siue Africanū appellat': & in ægy/
ptium finitur pelagus. E Syrtibus minor quidē stad mil. & sexcentum
habet ambitū. Ostiū utrinq; adiacētes habet insulas. Meninx ac Cerci/
na uocātur. Eratosthenes tradit maioris Syrtis circuitū mil. quinq; esse.
Profundum uero mille & octingentū: ab hesperidū agro ad Automala:
& Cyrenarū confinia: ad reliquā terrā Lybiā quæ in eo tractu est. Alii
nauigationis ābitū stad quattuor mil. esse referūt. Profūdū aūt mille &
quingētū: quanta est oris latitudo. Cæter Siculū pelagus Siciliæ: & Ita/
liæ ad oriētē opponit': & itē iteriacenti transitui inter Reginū agrū usq;
locros: atq; Messanā usq; Syracusas & Pachynū. Crescit autē ad orien/
tis ꝑtē usq; ad Cretæ promōtoria: & plurimā Peloponnesi partē alluit:
& sinū quē Corynthiacū uocāt iplet. Ad Aqlonē uero uel ultima Iapy/
giæ & Ionii sinus os: & Epiri partes ī austrū spectātes usq; ad sinum am/
braciū: littusq; contiguū: quod sinū Corynthiacū ad Pelopōnesū efficit.
Sinus aūt Ionius eius pars ē: quod Adriaticū hoc tēpore dicit'. At huius

positum a dextra latus regio facit Illyrica: sinist uero Italia usq; ad inti/
mos Aquileiæ recessus. Est autem ad septētrionē & ad occasum proten/
dens angustus & prolixus. Longitudo quidem stad sex mil. latitudo
uero amplissima stad ducentū supra mille. In eo sane tractu frequentes
sole sunt insulæ ad terram Illyricā: & absyrtides & Cerydica & Libur/
nice: Issa etiam & Traguriū & Mellina & Corcyra & Pharus. Ad Italiā
uero Diomedeæ: a Pachyno autem in Cretā Siculi maris īteruallū stad
quattuor mil. & quingentū esse tradūt. Tantūdē ad Tenarū Laconicū.
Ab extrema uero Iapygia ad interiora sinus Corinthiaci: minus q̄ stad
triū mil. interest. Ab eadē aūt iapigia extrema ī afticā plus q̄ mil. quat/
tuor. In eo aūt tractu īsulæ sūt Corcyra & Sybota āte Epir Deiceps ue/
ro āte sinū Corinthiacū Cephallenia Ithaca Zacynthus Echinades. Si/
culo autē Cretitū cōiungitur pelagus & Sardoniū & Myrtoū: quod in
ter Cretā & Argiā atticāq; iacet. Quod latitudinē maximā habet ab at/
tica ad stad. mil. ducenta. Longitudo minor q̄ dupla. In hoc uero sunt ī/
sulæ Cythera Caluaria & quæ Eginā cingunt & Salaminem: & ex Cy/
cladibus plæreq;. Quod uero contiguū ē iam Egeū existit cū sinu me/
lane idest nigro atq; Hellesponto. Est & icariū & Carpathiū usq; Rho/
dū Cretāq; ac Cyprū & primas partes. Cæter ad asiam pertinent insu/
læ Cyclades & Sporades: & quæ Cariæ & zoniæ & æoliæ usq; Troadē
adiacent. Cum inquā & Samū & Chiū & Lesbū & Tenedū. Eodē eti/
am modo quæ ante Græciā iacēt usq; in Macedoniā sibique cōterminā
Thraciā Euboea & Scyrus & Pepethus & Lēnus & Thasus & Imbrus
& Samothracia & cæteræ cōplures: de quibus singulis apiemus. Huius
autē tractus mare longitudinem habet mil. circiter quattuor aut paulo
plus. Latitudinem uero ad mil. duo. Continetur aūt a prædictis asiæ pti/
bus & maritimo spatio e Sunio usq; ī sinum Thermeum: qua ī septē/
trionē nauigatio agitur: & a Macedoniæ finibus usq; in Cheronnesum
Thraciam. Apud hāc adiacet septē stad fretū ad Sestum & abydū: per
quod Egeum & Hellespontus ī aliud ad septentrionē effluit mare: qd'
Propontidē appellant: & illud ī aliud quod Euxinum pontū nominat.
Hunc quodammodo bimarē dicimus. ad medium nanq; duo procum/
būt promontoria. Vnū quidē ab Europa partibusq; borealibus: alterū
ex asia huic oppositū. Vnde transitus ipse coartatur inter medius: & in/
gentia duo efficiuntur maria. Europæ quidē promōtoriū Criū id ē ari/
etis frontē appellant: alterū asiæ Carambin: distant autē inuicē circiter
stad duo mil. & quingenta. Spectans igitur in occasū pelagus e Byzan/
tio usq; in Borysthenis eruptiones lōgitudinē habet stad triū mil. occ̄ī/
gentū: latitudinē uero duū milliū: ī quo leuca. i. alba iacet īsula. In oriētē

uero ſpectans parem cõtinet longitudinẽ:& in anguſtũ finitur receſſũ: qui ad Dioſcuridẽ pertinet ad ſtaď mil.quiq; aut paulo plura : latitudo ad ſtaď mil.tria patet. Ambitus uero totius pelagi ſtaď mil. uigintiquí/que.Huius autẽ ambitus figurã arcui ſcythico:dũ intẽdiť plæriq; com/parãt.Neruũ dexterioribus põti partibus ſimilẽ exhibẽt:hæc ẽ autẽ ab oſtio uſq; ad Dioſcuridis agri receſſũ ãnauigatio.Nã excepta Carambe reliquũ omẽ littus parũ aut prominet aut recedit adeo ut rectũ uideať. Reliquæ parti ipſius arcus cornu ſimile eſt quod geminas curuationes habet:quæ quidẽ ſupne ẽ rotundiorẽ tenet:quæ uero inferior rectiorẽ: ſic illã germinos ſinus efficere:e quibus q ſpectat in occaſũ lõge altero rotundior ẽ:ſupra ſinũ aũt ad ortũ uergentẽ Meotis palus iacet ad aq̃lo nẽ ſtaď nouẽ mil.aut paulo pluriũ circuitũ habens:hæc penes Boſpo;: quem Cimmeriũ appellãt in pontũ efluit. Iſte per Thraciũ in Propon/tidẽ excurrit.Os enim Byzãtiacũ Thraciũ Boſporum uocãt:quod ſtaď quattuor exiſtit at Propõtis ſtaď mil.& quingẽtũ in longitudinẽ protẽ/di perhibeť ex Troade Byzãtiũ uſq;:par uero quodãmodo extat ipſius latitudo.hic Cyzicenoy conſiſtit inſula.Et circa eã puſillæ quædã ĩſulæ Egei enim maris ad aquilonẽ talis ẽ refluxio & tanta:rurſuſq; e Rhodia Aegyptiũ pelagus efficiens & Pãphyliũ & iſſicũ.In oriẽtem nãq; & Ci/liciæ partes pariter extẽdũtur uſq; ad ſtaď mil. quinq; trãs Lyciã & Pã/phyliã & uniuerſũ Cilicũ littus:hinc Syria & Phœnice & Aegyptus ad auſtrũ & occaſũ mare circũdant uſq; Alexãdriã.In ſinu aũt iſſico & Pã/phylio Cyprũ iacere cõtingit: quæ pelago cõtigua eſt ægyptio.Eſt autẽ e Rhodo Alexandriã interuallũ ab aquilonis regione ſtaď puta mil .q̃/tuor.Nauigatiõis uero circuitus duplicať:hãc nautarũ æſtimationẽ eſſe de maris ſpatio perhibet Eratoſthenes:cũ quidã eſſe ſic dicant : alii uero mil.ſtaď quinq; aſſerere non dubitẽt.Ipſe aũt per umbray inueſtigato/rẽ Gnomonẽ ſtaď mil.tria ſeptĩgenta: quinquaginta inueniſſe ait.Hu/ius quidẽ maris partes Cilicia & Pamphylia:& Põticæ regiones dextræ nuncupatæ:ſimul & Propontidis:& deinceps uſq; in Pamphyliã extẽta littora ingentẽ quãdã efficiunr peninſulã: ſeu Cheronneſũ & magnam quandã fluctibus ambitã terrã ideſt iſthmũ ex tarſẽſi pelago ad oppidũ Amiſũ:& Themiſcyrã cãpũ Amazonũ.Regio.n.hæc ĩtra lineã ipſã cõ/ſiſtens uſq; in Cariã & Ioniã:& gentes ĩtra Alyn habitãtes tota ab egeo pelago & iã dicti maris partibus utrinq; circũalluiť.Et hanc quidẽ pro/prie eodem quo uniuerſa nomine Aſiam uocamus . Vt autẽ ſũmatim dicamus: noſtri maris ſignũ maxie in auſtrũ exiẽs magnæ Syrtis ſinus ẽ.Poſt hũc Alexãdria Aegypti : & Nili fluenta.Aquiloni uero ꝓximus Boryſthenes ẽ: Siquis tãdẽ Meotin quoq; pelago adiunxerit. Eſt enim perinde ac Tanais pars Occaſui aũt propius ẽ colũnay fretũ:coniũctiſ/ſimus uero orienti ẽ quẽ dixi ante receſſus ad Dioſcuriadẽ: haud recte ſane ſinũ iſſicũ dixit Eratoſthenes. Ipſe enim in eodẽ meridiano quo & Amiſus & Themiſcyra ſitus ẽ . Quod ſi uelis aſſume & Sydenã uſque Pharnaciã. Ab hiſce partibus directa in oriẽtẽ nauigatione curſus ẽ qdẽ ad Dioſcuriadẽ ſupra ſtaď mil.tria:ſicut í parte magis ex circuitiõe ma/nifeſtabiť.Noſtrũ igitur mare huius generis eſt. Terras aũt nunç:quæ illud amplectũtur ſubſcribere neceſſe eſt. Ab iiſdẽ uero regiõibus pri/mordiũ capiamus:a quibus maris ipſius deſignationẽ ſcribẽtes accepi/mus.Interius igitur per colũnarum fretũ nauigãtibus. In dextra quidẽ ẽ africa uſq; ad Nili fluenta:in ſiniſtra uero ad oppoſitum fretũ uſq; ad Tanain Europa. Terminantur autem utræque ĩ aſiam. Ab Europa eſt igitur inchoandũ. Quandoquidẽ & multiformis in primis ẽ:& ad uiro/rum uirtutẽ ingenue diſpoſita :ciuiumq; & domeſticarũ ad alios rerum tranſfuſiua.ẽ enĩ tota habitabilis:í exigua tantũmõ parte:ꝓpter frigoris uim ĩhabitabilis:quæ finitĩa Tanaidis & Meotidis incolis: Boryſthenẽ/ſibuſq; in curribus degentibus .Habitabilis aũt regionis id quod eſt al/gidum & montanum natura laborioſe habitatur. Curatores autem pro/bos ſuſcipientia loca etiam praue habitata & per latrocinia mitigantur. Quemadmodum obtinentes Græci montes petraſque incoluerũt pul/chre ob prouidẽtiam circa ciuilia arteſque & reliquum ad uitam ſenſũ. Romani quoque multas gentes accipientes: quæ natura ĩhumanæ erãt ex ipſis locis aſperis importuoſiſque & frigidis:cauſa ue alia male habi/tatis inſociabiles homines inter ſe:multis aliis admixtis cõnexuerunt.Et ciuiliter quidem uiuere agreſtiores:durioreſque docuerunt. Quantum uero europæ ipſius eſt in plano:naturalemque habet temperiem multũ adiuuat ad iſta.Quandoquidem id quod eſt in felici regione pacificum omne eſt.Et quod in triſti pugnax & uirile. accipiuntque hæ gentes ali/qua inter ſe beneficia.aliæ enim opem armis ferunt:aliæ fructibus & ar/tibus morumque doctrina . Manifeſta autem ſunt etiam non auxilian/tium inuicem detrimenta . Habet autem ſuperius quiddam uis arma tenentium:niſi eaipſa multitudine ſuperetur. adeſtq; terræ iſti etiã ultra hoc quiddam naturale bonum quod ea ſane omnis planicie montibuſ/que diſtinguitur.Ita ut uſquequaque deſcriptibile & ciuile pugnaxque ſubiaceat.Pluſque eſſe alterũ id ſcilicet quod ẽ pacis familiare ita ut hoc uincat adiuuantibus etiam ducibus.Græcorum prius Macedonũ uero Romanorũq; poſterius.Ex hoc aũt & ad pacẽ & ad bellũ ſufficiẽtiſſima ẽ ſibi.Et.n.mľtitudinẽ pugnacẽ abũde habet:& quæ agros colat:& quæ urbes quoq; contineat. Excellit autẽ hæc etiã fructus efferens optimos

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitæq; neceſſarios:& metalla quæcũque ſũt uſui. Odores uero ad ſacri/
ficia:nec non multi ſumptus lapillos ipſa extrinſecus petit.Quaq; etiam
rerũ inopibus nihilo deterior:q̃ abũdantibus eſt uita. Similiterq; pecu/
dum exhibẽs initiũ multarũ copiam,at beſtiarũ habet ferarũ raritatem
Ac talis quidẽ ẽ natura terra ipſa in uniuerſũ.Particularis aũt pars pri/
ma ẽ omniũ ab occaſu Hiſpania Corio bubulo ſimilis:cuius pars tanq̃
in colũ extenſa ſuperuenit in finitimam Celticã.Sunt enim iſta quæ ad
ortũ.Hincq; abſcinditur laterali fine ea quæ dicta eſt Pyrene . Eſt autẽ
regio ipſa mari circũflua.Pars quidem auſtralis mari noſtro uſq; ad co/
lumnas.Reliqua uero athlãtico uſq; ad ſepẽtrionale Pyrenes cacumen
Oceano. Lõgitudo autẽ regiõis huius quæ q̃ maxĩa eſt circiter ſex mil/
liũ ſtaď.latitudoq; quinq; millium.Poſt hanc ẽ celtica ipſa ad orientem
ſolẽ uſq; ad flumẽ Rhenũ:cuius latus ſeptentrionale brittanico alluitur
freto omni. Eſt enĩ æqualiter inſula ipſa oppoſita omnis omni : lõgitu/
dinẽ quinque milliũ ferme cõtinẽs ſtadioꝝ. Quod autẽ ad orientẽ uer/
ſum ẽ rheno flumine circũſcribiť parallelũ habẽte riuum pyrene. Au/
ſtrale uero id quod a Rheno alpibus.Reliqua pars mari noſtro:quo lo/
co is qui ſinus uocatur Gallicus diffunditur. Inq; eo Maſſilia & Narbo
ſunt ſitæ urbes clariſſimæ.Eſt autem oppoſitus huic ſinui ex aduerſo ſi/
nus alter illi cognominis:uocatus quidem & ipſe Gallicus ſpectãs ad ſe/
ptẽtriones atq; Brittanicã regionem.Anguſtiſſimãq; habet illic latitudi/
nẽ terra Celtica.Cogitur enim in Iſthmũ pauciorũ quidem ſtaď q̃ triũ
milliũ plurium uero q̃ duorũ.Medium autem eſt dorſum montanum
ad erectiones Pyrenes:Cemmenus mons uocatus . Deſinitq; hic maxĩe
in medios Celtarum cãpos.Alpibus autẽ qui ſunt montes altiſſimi fa/
ciẽtibus circũferentẽ lineã id quod ẽ gibberoſũ ad ſupradictos torqueť
Celtarum campos: & ad Cemmenum mõtem. Cauum uero ad Ligu/
ſticã & Italiam .Genteſq; continet mons iſte multas Celticas præter Li/
gures.Hi enim aliæ ſunt gentes:proximi uero uita.Incoluntq; partẽ al/
pium cõnexã Apennini montibus:partẽq; etiã obtinent Apenninorum
montium. Sunt enim iſti montanũ dorſum per lõgitudinem totius Ita/
liæ innatam a ſeptẽtrionibus ad meridiem deſinenſque ad fretum Sicu
lum:Italiæ autem partes primæ ſũt ſubiecti alpibus campi uſque ad ſi
num maris adriatici proximorumque locorum.Quæ uero dehinc cacu
mina ãguſta & lõga pœníſulãtia. Perq; ipſã(ut dixi)Italiã ĩ lõgitudinem
extẽdiť mõs Apẽnius ad ſeptẽ uſq; ſtaď millia.Latitudo uero eius ẽ ĩæ/
q̃lis.Facit aũt Italiã pœníſulã Tyrrhenũ mare ĩcipiẽs a Liguſtico & Au
ſoniũ & adriaticũ.Poſt Italiã aũt:q̃ ad ortũ reliq̃ ſũt Europæ bifariã diui/
dũť Iſtro flumĩe.Ferť enim hic ab occaſu ĩ ortũ:& in Euxinum pontũ a
ſiniſtra relinquens Germaniã omnẽ incipientem a Rheno: Geticumq;
totũ:& quod eſt Tyrengetarũ & Baſtarnorũ atq; Sauromatarũ uſq; ad
flumẽ Tanain.Lacũq; Meotidẽ.A dextra uero Thraciã omnẽ & Illyri
cũ:reliquãq; ultimã Græciã.Præiacent autẽ Europæ inſulæ quas dixi/
mus:extra colũnas qdẽ Gades & Caſſiterides & Brittanicæ. Intra colũ/
nas uero Gymneſiæ aliæq; Phœnicũ inſulæ: aliæq; Maſſiliẽſiũ & Ligu/
rũ:contraq; Italiã uſq; ad inſulas æoli.Et quæcũq; circa Epiroticã regi/
onẽ & Græciã uſq; ad Macedoniã:& Thraciã Cheronneſum.A Tana/
ide autẽ atq; Meotide ſũt quæ intra Taurũ cõtinẽtur.Poſteaq; deiceps
hæc quæ exterius. Diuiſa enim ea bifariã p Taurũ mõtẽ extẽſũ a Iugis
Pamphyliæ ad oriẽtale mare ſecundum Indos:& qui ibi ſũt Scythas ea
quæ ad ſeptentriones uergit pars terræ eſt quã Græci uocant ítra Tau/
rũ.Quæ uero ad meridiẽ ẽ qua extra nũcupant. At quæ Meotide Ta/
naideq; continẽtur partes ſũt ítra Taurũ.Harũ autẽ partes primæ ſunt
quæ inter mare Caſpium & Euxinũ pontũ ex parte quidẽ in Tanain
Oceanũq; finiẽtes:& id quod extra & id quod maris eſt Hyrcanii:ex p/
te uero ad Iſthmũ ubi proximus eſt a ſeceſſu ponti ad Caſpiũ. Deinde
quæ intra Taurũ ea ſunt ſupra Hyrcaniã uſq; ad Indos:& Scythas eos:
qui ſũt ad idẽ mare:& ad Imeũ mõtẽ. Hæc autẽ habent: Alia qdẽ Me/
ote Sauromate:& qui inter Hyrcaniã & pontũ uſq; ad Caucaſũ & Ibe/
res & Albanos Sauromatæ & Scythæ & Achei & Zygi & Heniochi.
Quæ uero ſupra mare Hyrcanũ Scythæ Hyrcaniq; & Parthi & Bactri
ani & Sogdiani:& aliæ ſuperiacẽtes Indorũ partes ad ſeptẽtrionẽ. Ad
Auſtꝝ aũt maris Hyrcani ex pte & omnis Iſthmi q huius ẽ maris me/
dius & ponti & Armeniæ quæ iacet plurima Colchiſq;:& Cappadocia
omnis: uſq; ad Euxinũ pontũ & Tibaranicas gẽtes. Adhuc autem quæ
intra Alyn dicitur regio cõplectens quidem ad Pontum & Proponti/
dẽ Paphlagonas & Bithynios & Myſos : & quæ ſuper Helleſpontũ di/
citur Phrygiam.Cuius pars etiã eſt Troas. Ad Egeũ autem ſequenſq;
mare æolidem & Ioniam & Cariam & Lyciam. In mediterraneaq; regi/
one Phrygiam : cuius pars eſt ea: quæ gallogræcorũ dicitur galacia:&
quæ acquiſita eſt Lycaoneſq; & Lydi.Deincepſq; eius quæ intra Tauꝝ
ii qui montes obtinent Paropamiſades: & quæ Parthorum ſunt & Me/
dorum & Armeniorum: Cilicumq; gentes & Lycaones & Piſidæ.Poſt
montana uero ſunt quæ intra Taurum. Prima autem harum Indi/
ca gens omnium maxima & feliciſſima finiens ad orientale mare atque
Athlanticum auſtrale. Inque auſtraliſſimo mari præiacet Indica inſula
minime minor Brittanica Taprobane . poſtque Indicam regionem ad
occidetalia declinantibus habentibuſque a dextra montes : Regio eſt

magna maleq; ob triſticiã ſuã habitata ab hominibus omnino barbaris nec una gente. Vocant aũt Arianos qui ſe extendunt a montibus uſque ad Gedroſiam & Carmaniã. Deincepſque ſunt mare uerſus qdẽ Perſæ & Suſii & Babylonii deſcẽdentes ad mare Perſicũ.circumq; hos habitantes gentes paruæ. Ad montes autẽ uel in eis Parthi Medique & Armenii:& quæ his finitimæ ſunt gentes. Atq; Meſopotãia. Poſtq; eã quæ intra Euphratem hæc ſũt Arabia felix omnis difinita ſinu arabico omniq; & Perſico. Et quantã quidẽ Scenitæ atq; Philarchi obtinent ad Euphraten deſcendentes. Siue qui trans ſinum Arabicũ uſq; ad Nilũ Aethiopeſq; & Arabes & q poſt hos ſunt ægyptii Syriq; & Cilices alii/que. Et qui Trachiotæ appellãtur:ultimiq; Pãphyli. Poſt Aſiã uero eſt Aftica coniuncta ipſa Aegyptoq; & æthiopiæ: littus habẽs Europæ ad/uerſũ directũ fere uſq; ad columnas:ab alexãdria icipiens præter Syrtes:& ſiquis alicubi ẽ ſinus alius conuerſiõe mediocri:& quæ eiuſmodi fit promõtorium eminẽtia. Littus autem ſecũdum Oceanum ab æthiopia uſq; ad quiddam tanquam parallelum ipſum priori. Poſtq; iſta coactam habet ab auſtralibus partibus ĩ acutũ ſummitatem parum extra columnas procedẽtem faciẽtemq; quodãmodo figurã mẽſalẽ. Eſt enĩ(ſicut alii quoq; declarant:&. Cn. Piſo Dux exiſtens regionis eius nobis enarrauit) Pantheræ ſimilis diſtincta domibus:ut ;punctis cõprehenſis arida & deſerta terra. Vocant autem huiuſmodi habitationes ægyptii a/uaſes. Talis autem exiſtẽs habet quaſdã alias differentias trifariã diuiſas Nã a maritima regione ſecundum mare noſtrũ ualde felix eſt plurima: maximeq; Cyrenea: Et quæ circũ Carthaginẽ Maurorũ Columnarũ/que Herculearũ. Habitatur autem mediocriter ea quoq; quæ eſt ocenalis:media uero immaniter:ea qdẽ blattas ferẽs deſerta plurima & aſpera uel arenoſa. Idem autem paſſa eſt ea quæ in rectũ ad hanc extenditur per æthiopiã uadens & Troglodyciam Arabicamq; & Gedroſiam eam quæ eſt Ichthyophagorum ideſt piſci comedonum. Incolunt autẽ Afrĩcam gẽtes ignotæ plurimæ . Non enim multam peragrari eam contigit exercitibus neque alienigenis hominibus. Indigenæ uero ipſi pauci ad nos ad ueniunt e longinquo. Neque illi ſane credibilia neque omnia referentes. Ea tamen quæ dicuntur ſunt huiuſmodi. Eos quidem qui ſunt meridionaliſſimi æthiopas appellãt. Qui uero ſub iſtis plurimi ſũt Garamantes & Aruſios & Nigritas:& qui adhuc ſub iis Getulos. Mari aũt propiquos uel etiã ipſũ tangentes ægyptũ uerſus: Marmaridas uſq; ad Cyreneã. Supra hãc aũt:ſupraq; Syrtes Pſallos atq; Naſamões:atq; Getulos; aliquos: Deide Aſyntas & Byzacios uſq; ad Carthaginẽſẽ regionẽ:ea enĩ ẽ mlta. Cõnectũturq; eidẽ Numidæ , Horũ autẽ notiſſimos: alios qdẽ Maſſilies:alios uero Meuſeſylios appellant:poſtremi uero ſũt Mauri. Omnis autem a Carthagine uſq; ad columnas felix eſt Regio: ſed ferarum immanium nutrix:ſicut etiam mediterranea omnis. No im probabile eſt autem horũ etiã aliquos dici Numidas nequeuntes antiq/tus ob multitudinẽ ferarũ agrum colere. Qui nunc peritia uenandi excellentes:ſimulq; in hoc adiuti etiam a Romanis propter ſtudiũ beſtiarũ pugnæ utrorunq; ſunt præpotentes beſtiarũ & agriculturæ. Taliaq; de terris dicimus:reliquũ autẽ eſt de climatibus dicere. Quod & ipſum uniuerſalẽ deſcriptionẽ formationẽq; habet. Incipientibus ex illis lineis quas uocauimus elemẽta. Dico autem eius quæ definit lõgitudinẽ plurimum:atq; eius quæ latitudinẽ:maxime autẽ eius quæ latitudinẽ. Quĩ etiam Aſtronomicis hoc amplius faciendũ eſt:ſicut Hipparchus fecit. Deſcripſit enim(ut ipſe ait)eas quæ in cælis fiunt differentias ſecundũ quẽliber terræ locũ eorũ qui ſunt in noſtro orbe quartarũ partium conſtituti. Dico autem ab æquinoctiali ad ſeptẽtrionalem polũ. Cæterũ deſcriptoribus terrarũ. Neq; eorũ quæ ſunt extra orbẽ noſtrũ habẽda eſt cura:neq; in orbis ipſius partibus. Tales tantæque ſuſcipiendæ ſũt diſferentiæ ciuili uiro . ſunt enim ancipites. Sed ſufficit eas quæ ſunt inſigniores atque ſimpliciores eorũ quæ ſũt ab eo dicẽda exponere ſupponentibus:ut & ille:eſſe terræ magnitudinẽ ducenties & quiquagies millena ſtadia:duoq; millia ſtad',ſicut etiã Eratoſthenes tradit. Non enĩ magna erit ab hoc differentia:ab apparentia in diſtãtiis habitationum mediis. Siquis igitur in trecentas & ſexaginta ſectiones diuidat maximum terræ circuitum ſeptingẽtorum ſtadiorũ erit unaquæq; ſectio . Hac enĩ menſura utitur ad diſtantias in eo quod dictum eſt per Meroen meridionali capiendo. Incipit enim ipſe ab iis qui ad meridiem habitant. Sẽperq; relinquens per ſeptingenta ſtadia conſequentes habitationes ſupgrediens ſecundum dictum meridionalem conatur:dicere : apud quoſque apparentia. Nobiſque rurſus hinc eſt incipiendum. Etenim ii habitabilia ſũt hæc etiam:ut quidam putant:propria quædã habitata ipſa eſt per mediam inhabitatam propter calorem anguſta : extenſa non exiſtens habitati noſtri pars Deſcriptor aũt terræ cõſyderat hãc ſolã partẽ. eaq; diſtinguitur terminis. Auſtrali quidem eo qui eſt per cinnamiferã regionem parallelo. Septentrionali autem per Iberniam. Neq; enim tãtas habitationes percurrendum eſt:quantas dictat ea quæ dicta ẽ media diſtantia:neq; omnia ponenda ſunt apparentia iis qui meminerit deſcriptiõis terrarũ figuræ. Incipiẽdũ eſt aũt(ſicut Hipparchus fecit)a ptibus Auſtralibus. Aĩt igit' Habitantibus ĩ eo q eſt per Cinnamiferã parallelo:q abeſt a Meroe tribus millibus ſtadiorũ ad auſtrũ. Ab hocq; abeſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

æqnoctialis octo millibus & octingẽtis esse habitationẽ proximã mediã æquinoctialis atq; æstiui Tropici eius qui ẽ p Syenen. Abesse enĩ Syenen ipsã quinq; millibus a Meroe. Apud hos autẽ primos minorẽ ursã totam in septẽtrionali contineri sempq; apparere. Stellã enĩ quæ ĩ summa est Cauda illustrẽ Australissimã existentẽ: sup ipso collocatã esse septẽtrionali circulo: ita ut attingat Orizontẽ. Meridionali uero dicto parallelus quodãmodo a mane adiacet Arabicus sinus: Cuius egressus est in Oceanũ. Ea est Cinnamifera in qua olim fiebat uenatio Elephãtorũ. Decidit aũt parallelus iste: Hinc quidẽ super australiore pauco Taprobane: uel super ultimos habitantes: illinc uero sup australissimã Africæ Is autẽ qui sũt secundum Meroen & Ptolemaidem eã quæ est in Troglodytica regione dies maximus est horarũ æquinoctialiũ tredecim. Est autem habitatio ipsa media quodãmodo æquinoctialis: Et eius q p Alexãdriã circiter mille & cẽtũ exuberãtes ad æquinoctialẽ. Trãsit aũt is p Meroen parallelus: hinc quidẽ per notas partes: illinc uero per Indicæ regionis culmina. In Syene autẽ & Berenice ea quæ in sinu Arabico & in Troglodytica ad æstiuas conuersiones sol fit in uertice. Dies aũt longissima ẽ horarum solstitionaliũ tredecim cũ dimidia. In septentrionali aũt apparet ursa maior ferme tota præter crura & sũmum caudæ. Vnãque ex iis stellis quæ sunt in latere. Per Syenem autem parallelus: hinc quidem per Ichthyophagorũ regionem secundum Gedrosiam & Indicã pergit: illinc uero per australiores a Cyrene quidem quinq; stadiorũ millibus ad minus. Omnibus autem in medio positis: Tropiciq; & æquinoctialis circuli recidunt umbræ ad utranq; partem. Septentrionesque & ad meridiem. Eis quidẽ qui sunt a Syene atq; æstiuo Tropico ad septẽtriones cadunt umbræ secundum meridiem. Vocant autem hi qdẽ biumbres. Alii autem alterumbres. Est & alia quædam differẽtia iis qui ad Tropicum: quam in sermone de Zonis ante diximus. Est autẽ ipsa arenosa & blattifera & arida. Australium partium abundantium aquis fructuumq; fœcundarum. In australibus autem per Alexandriam & p Cyrenem ad quadringenta stadia: ubi dies maxima est horarum solstitionalium quattuordecim: supra uerticem fit Arcturus inclinans paulũ ad Austrum. In Alexandria autem Gnomon rationem habet ad æquinoctialem umbram eam quam habẽt quinq; ad septem. Sunt enim australiores q̃ Carthago mille & trecentis stadiis: atque australiores Alexãdria. Siquidem in Carthagine Gnomon rationem habet ad æquinoctialem umbrã eam: quã habent undecim ad septem. Peruadit autem hic parallelus ptim qdẽ p Cyrenẽ & australiores ptes Carthaginis: nõgẽtis stadiis: usq; ad mediã Mauritaniã: Partim uero p ægyptũ & p Cœlen. i. depressam Syriam: pque Syriam superiorem Babyloneq; : & Susiadẽ Persidem Carmaniam & Gedrosiã superiorẽ usq; ad Indicã. Circa Ptolemaidẽ uero eã quæ in Phœnice circaq; Sidonẽ & Tyrũ dies maxima est horarũ solstitionaliũ quattuordecim cũ quarta horæ parte. Sũt autẽ isti septẽtrionaliores q̃ Alexandria quidẽ ferme mille & sexcẽtis stadiis Quã Carthago autẽ ferme septingentis. In Pelopõneso aurem & circa media Rhodiæ & circa Xanthũ Lyciæ siue paulo australiora & adhuc Syracusis australiora quadringẽtis stadiis. Ibi dies maxima ẽ horarum solstitionalium quattuordecim cũ dimidia. Distãt autẽ hi loci ab Alexãdria quidẽ tribus millibus & sexcentis quadraginta. Pergit hic parallelus secundũ Eratosthenẽ per Cariã Lycaoniã Cataoniã mediã Caspias: portas: Indos eos qui secũdũ Caucasũ. In partibus aũt circũ Alexandriã troadis secũdũ Amphipolin & Apolloniã eã quæ ĩ Epiro: & eos qui sũt Roma australiores septẽtrionalioresq; Neapoli: dies maxima est horarũ solstitionaliũ quindecim. Abest enĩ hic parallelus a parallelo qdẽ Alexãdriæ eius quæ in ægypto septẽ millia ferme stadiorũ ad septẽtriões. Ab æquinoctiali uero supra uigintiocto millia stadiorũ & octingenta stadia. Ab eo aũt q ẽ p Rhodũ tria millia & quadringẽta. Ad Austrũ uero Byzantio & Nicea: & eis quæ sũt circa Massiliã mille & quingẽta. Est enim paulo septẽtrionalior is qui p Lysimachiã: quẽ dicit Eratosthenes esse p Myssiã & Paphlagoniã: & per ea quæ sũt circa Sinopen: & Hyrcaniam & Bactra. In eo uero q est circa Byzãtiũ dies maxima est horarũ solstitionaliũ quindecim cũ parte horæ quarta. Gnomon autẽ ad umbrã habet rationẽ in æstiua conuersione eã: quã habẽt cẽtũ & uiginti ad quadragẽta duo quinta deficiente parte. Distant enĩ hi loci a parallelo per mediũ Rhodiæ circiter quattuor millia & nonagĩta stadia. Ab æquinoctiali aũt circiter triginta millia & trecenta. Nauigãtibus aũt in Põtũ & procedẽtibus ad septẽtriones circiter mille & quadringẽta stadia : dies maxia fit horarũ solstitionaliũ quindecim cum dimidia. Absunt enim hi loci ex equo a polo & ab æquinoctiali circulo. Estque is secũdum uerticẽ septẽtrionalis circulus: super quo iacet is qui est in collo Cassiepeæ is q est in cubito dextro Persei paulo septentrionalior existens. In iis uero q distãt Byzãtio ad septẽtrionẽ circiter tria millia & octingenta stadia: dies maxima est horarũ solstitionalium sedecim. Fertur itaq; Cassiepea in septẽtrionaliori. Sunt enim loci isti circa Borysthenem: & australia Meotidis. Distantque ab æquinoctiali circiter triginta quattuor millia stadiorum & centum. Qui est autem secundum Vrsales locos Orizontis ĩ omibus fere æstiuis noctibus illũinatur a sole ab occasu usq; ad ortũ circũuertẽte se luce. Abest enĩ æstiuus Tropicus ab Orizõte: Inq; Zodiaco semis

Universidad de Deusto
Biblioteca

& duodecimo. Tantū igitur diſtat ſol etiam ab Orizonte ſecundum in/
tēpeſtam noctē: Atq; apud nos tantum diſtans ab Orizōte ante dilucu
lum & poſt ueſperū iam illuminat circa ortū aut circa occaſum aerē. In
hybernis autē diebus Sol extollitur ulnas plurimū nouē. Dicit aūt era/
toſthenes eos qui ſunt Meroes diſtare paulo plus q̄ uigintitribus milli/
bus. Per Helleſpontum enim eſſe decē & octo millia. Deinde quinque
millia ad Boryſthenē. In his autem qui diſtant Byzantio ſtadiis ferme
ſex millibus trecentis: ſeptētrionalioribus ipſis Meotide ſecūdū hyber/
nos dies ſol attollitur uſq; ad ſex plurimū ulnas. Dies autē eſt maxima
horarum ſolſtitionalium decem & ſeptē. Vlteriora uero propinquantia
iam inhabitato propter frigus non amplius uſui ſunt deſcriptori terræ.
Siquis aūt hæc etiā uelit diſcere & quæcūq; alia cæleſtiū: Hipparchus q̄
dē dixit. Nos uero reliqmus: qa ſūt expreſſiora q̄ ꝓpoſitus nunc tracta/
tus ab illo ſumat. Expreſſiora aūt ſunt etiā de circūumbribus & bium/
bribus & alterūbribus ea quæ Poſidōius dicit. Tamē de iis tātū cōme
morandū fuit: q̄tū ſatis eſſet ad excogitationē declarādā: & ꝓtim utile ad
terraꝝ deſcriptionē: ptimq; iutile. Ac q̄doq; dē ſermo ē de umbris a ſole.
Sol aūt ad ſenſū ſecūdū parallelū fertur: ſecūdū quē mūdus quoq; om/
nis. A quibus qdē ex unaquaq; mūdi conuerſione dies fit & nox. Quā/
do enim ſup terrā ſol fertur: ab his ſane & biumbres excogitantur: & al/
terumbres: Biumbres quidem qcūq; ad meridiem. Quādoq; enim ici/
dētes habēt umbras: cū a Meridie ſol ad Gnomonē accedit rectum ad
ſubiacentē planū. Quandoq; aūt in aduerſum: cū ſol i aduerſum conſi/
ſtit. Hoc aūt ſolis iis cōtingit q̄ iter Tropicos habitāt. Alterumbres ue/
ro qbuſcūq; aut ſemper umbra ad urſā cadit: ſicut nobis: aut in auſtra/
lia ſicut eis q̄ in Zona altera tēperata habitāt. Cōtingit autē hoc omni/
bus iis q̄ minorē habent Tropico ſeptentrionalē: & quādoq; eundē aut
maiorē principiū eſſe circūumbrium uſq; ad habitantes ſub polo. Sole
enim ſecundū omnē mundi conuerſionē ſuper terrā lato clarū eſt quod
umbra etiā circulariter circūferetur ad Gnomonē Quā ob cauſam cir/
cūumbres eos appellarūt nihil ipſos ad deſcriptionē terræ pertinentes.
Neq; enim ſunt hæ ꝓtes propter frigus habitatæ: ſicut in iis qui ad Py/
theā ſermonibus diximus: ita ut nec magnitudinis ihabitati huius cura
ſit habenda. Quoniā percipi poteſt: quod q̄ habēt ſeptētrionalē Tro/
picū ſubaccidērūt: deſcripto circulo ſub polo Zodiaci ſecundū mundi
conuerſionē ſubiacente diſtantia inter æquinoctialē & Tropicū quar/
tū ſexageſimum maximi circuli. Cum primā deſcribēdæ terræ formā
ædiderimus proprius deinceps ad ſingula noſter id educendus eſt ſer/
mo. hunc enim in modum ſumus ante polliciti. Recte autem tractatus
iſte diuiſus hactenus eſſe uidetur. Rurſus ab Europa eiuſq; ꝓtibus cap/
tandū ē initium. Ab iis inquam ipſis a quibus antea eaſdem ob cauſas.
Cæterum illius prima ab occaſu pars extat Hiſpania, huius autem ma/
xima ex ꝓparte ícultus & ſqualidus ē ager. Nā rupes & ſaltus & loca ſyl/
ueſtria: & cāpi tenuiſſimæ telluris: neq; huius plane irrigua pars magna
ē. Quæ ſpectat í aqlonē prorſus frigida: nimiæ íſuꝑ aſpitatis: & Oceano
ſēper obnoxia: nihil aliorū cōmixtum habēs ſiue coniunctū. Quo fit ut
eo ex latere habitādi malignitas excedat. Eius generis quidē ea regio ē.
Quæ uero í auſtꝝ uergit uniuerſa fere felix eximie. Præſertim quæ ex/
tra Columnas porrigitur. Deſcribētibus uero nobis & figurā ſuperius
& magnitudinem aperta erit per ſingula declaratio. Quoniā ab Occaſu
in ortum pro longitudine pellis ſimilitudinem reddit: & ſecūdū latitu/
dinē quæ a polo arctico tendit í auſtrū. Habet autē ipſa lōgitudo ſtad̄
ſimul millia ſex. Latitudo autem quinque maxima. Alicubi uero eſt mi/
nus q̄ triū: maxime ad montes Pyreneos: qui oriētale latus efficiūt. Mō/
tes enim ipſi cōtinentes ab Auſtro tendētes in Boreā ab Hiſpania Gal/
liam terminant. Cum uero Galliæ latitudo inæqualis prorſus exiſtat &
Hiſpaniæ: ubi ambarū anguſtiſſima eſt latitudo: a mari noſtro in Ocea/
num ſpatiū extenditur: Pyreneis adhærēs maxime montibus. Ad utrā/
que illius partē ſinus quidā ſunt ad Oceanū: Quidam ad mare noſtrū:
e quibus maiores ſunt Gallici: qui anguſtiorē ad Hiſpanū pellagus tel/
lurem habent. Hiſpaniæ latus ad orientē uergēs pyrene facit: Auſtrale
uero noſtrū a Pyrenæ uſq; in Herculeas colūnas mare. Et exterius con/
tinenter additum uſq; ad promontorium quod Hieron ideſt ſacrū uo/
cant. Tertiū ab Occaſu eſt Hiſpaniæ latus parallelū aliquo pacto Pyre/
ne e regione æqualiter diſtans a ſacro promōtorio uſq; ad Artabrā mō/
tem: quā & iernā appellāt. Quartū ex hoc loco uſq; ad promōtoria Py/
renes: quæ Boreā ſpectāt. Redeūtes igitur ſingula explicemus ſumētes
a ſacro promōtorio primordiū. Hoc enī nō Europæ mō: ſed orbis uni/
uerſi í occidētē remotiſſimū ſignū termīat. Eteni duabus ex cōtinētibus
mundus finiť ad Occaſū Europæ atq; Africæ ultimis. Quas tū Hiſpa
ni: tū Mauritani tenēt. hiſpaniæ q̄dē extrema ad ſtad̄ mille & qngenta
prominent ad ipſū quod diximus promontoriū. Contiguū huic agrum
cuneū Latini uocitant Sphena ideſt cuneū uolentes ſignificare. Id autē
promontorium in mare procumbens Artemidorus nauigio æquiparat.
Sic enim eum í locū profectus æloquitur Cui quidē figuræ tres exigu/
as aſſumit inſulas. E quibus unam naualis inſtar roſtri, alteras in modū
aurium eminentia habentes ſigna. Eo in tractu tēplum herculi dicatū
mōſtrari. Qua in re mentitū Ephorum: Nec aram illi: nec Deorū cuipiā

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſed accumulatos paſſim lapides ternos & quaternos:quos aduenæ de re
gionis conſuetudine aduoluunt:eos ita migraſſe mentientes. Sacrificia
uero illa facere moris nō eſſe . Nec locū nocturnis inambulare tempo/
ribus:quæ tunc ab diis poſſideri aſſerant. Atqui ad ſpectaculū ueniētes
in proximo uico pernoctēt. Interdiu uero aquā infūdāt propter aquatū
inopiā:hæc hunc in modū ſe habere conſtans indigenarū opinio ē: qui/
bus & credi opus ē. Quæ aūt uulgo & tenuioribus ſimiliter dixit minie.
Poſidonius enim uulgo dici tradidit ſolē in finitimis Oceani littoribus
maiorē occidere ingenti cū ſtrepitu perindeac eo in profūdū incidēte ī
illo reſtinguēdo pelagus efferueſcat. Hoc quoq; mēdaciū eſſe:& illud;
noctē poſt occaſū e ueſtigio ſubſeq. Haud enim e ueſtigio uerū ſēſim
poſtea:ſicut & apud alia maria magna . Nā ubi ſol ad mōtes occidat am
plius poſt occaſū diei tēpus obuenire ob diffuſā circūcirca lucis clarita/
tē. Ibi aūt neq; plus neq; eueſtigio aſſequit̄:aut adiūgit̄ obſcuritas:quē/
admodū & in cāpis ſolet ingētibus. Apparētē uero magnitudinis ima/
ginē augeri in ortu:ſimiliter & ī occaſu ī maribus . Cauſa eſt qa plures
ex humidis ſurſū uapores eleuantur:p quos ſicut per fiſtulas fractus in/
tuitus latiores ſuſcipit imagies :ueluti per aridā tenuēq; nebulā occidē/
tē uel oriētē ſolē ſiue lunā aſpiciat:quādo & rubicūdum ſydus apparet:
Falſitatē uero cōuiciſſe inqt:cū dies.xxx. Gadibus obuerſatus ipſos ob/
ſeruaſſet occaſus. Artemidorus aūt ſolē cēties āpliorē occidere aſſerit.
Cōtinuoq; noctē occupare:ut ipſe qdē perſpexit. Hoc in ſacro promō/
torio deprehendi non poteſt:ſiquis ſententiæ eius mētē ītendat. Ait enī
noctu ĩambulare neminem. Ita neq; ſole occidēte ullus ſane ĩambularet
mox ut nox occupat. Quod quidē uullo alio ī loco littoris Oceani eue/
nit. Nā Gades ad Oceanū ſunt. Contra uero Poſidonius & alii cōplures
teſtimonio ſūt. Continētis aūt ad ſacrū promōtoriū maritimæ hæc qui/
dē principiū eſt hiſpaniæ lateris occidui uſq; ad Tagi fluminis eruptio/
nē. Auſtralis aūt lateris initiū ad aliū uſq; fluuim Anam & eius egreſſū.
Ab orientalibus uero uterq; partibus defertur. Alter quidē retro in oc/
caſū curſu elabit̄ altero lōge maior. Verū Anas ſeſe flectit in Auſtrum
mediā ĩter amnes regionē diſterminās: quā Celtæ maiori ex parte inco/
lunt:& Luſitanorū plærisq;:quos ex ulteriore Tagi regione in Coloniā
Romani traduxere. In ſuperioribus aūt partibus Carpetani Oretaniq;
& Vettonū frequētes habitāt Ager iſte mediocrē feracitatē habet. Re/
liquus ad orietē & meridiē iacēs:ſi ad uniuerſū cōferatur orbē: excellē/
tiſſimus ē ob eorū uirtutē bonorū : quæ terra creat & pelagus. Hic eſt
quē flumē Betis alluit iiſdē ex locis naſcens ex quibus Anas & Tagus
mediæ ĩter utrunq; magnitudinis exiſtēs ab ſui primordio:ſicut Anas
in occaſum fluitans:inde in auſtrum deflectens in īdem littus excurrit.
Regio ipſa a flumīe Betica uocitatur. Ab īcolis autem Turdetania. In/
colæ uero ipſi Turdetani & Turduli appellantur. Sūt qui eoſdē arbi/
trātur eſſe:ſunt qui diuerſos. E qbus ē Polybius qui Turdetanis Tur/
dulos finitimos ad ſeptētrionem eſſe dicit. Hoc autē in tēpore nulla in/
ter eos apparent confinia. Hi inter hiſpaniæ populos ſapientia putantur
excellere: Et litterarū ſtudiis utūtur: Et memorandæ uolumina uetuſta
tis habēt: Vatū Codices: Leges quoq; uerſibus conſcriptas e ſex annorū
millibus ut aiunt. Cæteri etiā hiſpani uſum habēt litterarū:nō uno qui/
dē genere:haud enim una lingua eſt. hæc autē plaga intra Anā ad ortū
uſq; ad Oretaniā protēditur . A meridie uero ab eius eruptione
cādum eſt oratione:Et de propinquioribus locis quantū ad perdiſcenda
regionis ingenia:feracitatēq; conducit. In hanc maritimæ partē & Betis
& Anas erūpunt. hinc nouiſſima Mauritaniæ plaga inter Atlanticū in/
cidens pelagus fretū ad colūnas efficit. Quo extrariū cū mediterraneo
mare cōiungitur. hinc & eā hiſpaniæ partē quā Baſtitani ſeu Baſtuli uo/
cati incolūt: Calpe mōs ē:circuitu quidē nō magnus admodū altitudi/
ne uero ingens & arrectus:adeo ut longinquis inſulæ formā præferat. E
noſtro igitur ad exterius nauigantibus mare hic ipſe dexter offertur: A/
cuius radicibus ſita eſt urbs Calpe Stad̄.xl. uetuſtū:& haud abiectū ſa/
ne oppidū. Id ſuperioribus ānis hiſpanor̄ nauale fuit. Plæriq; : e quibus
Timoſthenes hanc ab hercule ædificatā tradidere. Qui eā cognomine
heracleam ſuperiori tempore dicit. Oſtentari magnum etiam murum
in circuitu & naualia. Inde Menlaria optima habens ſalſamenta. Poſtea
eſſe Belonē & urbē & fluuiū. hinc enauigatiōes ſunt. Maxime ad Mau/
ritaniæ Tingin & mercatura & condiendorū piſciū frequentia . Fuit &
Zelis urbs Tingi finitima. hāc ad ulteriorem ripam Romani Coloniā
traduxere:quibuſdā ex Tinge aſſumptis accolis:Et habitatoribus Ro/
ma eo dimiſſis:& urbi ipſi Iuliæ Iozæ nomen īdidere. Poſtea Gades an/
guſto diſcreta freto inſula diſtās a Turdetania Calpe ſtad̄ circiter dcc.
&.l. ſeu dccc. ut alii perhibēt. hæcipſa inſula nihil ab aliis cæteris ī rebus
differt. Incolarū uero in nauigando ſtrenuitate: Et Romani populi cari/
tate eo felicitatis incrementiq; peruenit:ut licet in extremo ſita orbe ter/
rarū:uniuerſas tamen nominis celebritate excellat . Cæterū de hacipſa
tunc dicendū erit:quum de aliis commemorabimus. Deīde Meneſthei
cognomine portus eſt. Et ad Aſtan & Nabraſin æſtuaria. Dicuntur autē
æſtuaria refertæ marinis aquis conualles inundatiōbus pelagi per quas
in mediterranea inſtar fluuiorū nauigātes aſcendūt:ad uicina præſertim

oppida.Paulo poſt Betis bifariam partitus erumpit.Inter cuius oſtia in/
tercepta inſula ſtad'.c.ſiue(ut plæriſq; placet)pluribus a maritima ſepa/
tur.Ibi Meneſthei exiſtit oraculũ. Et Capionis turris conſiſtit in petra:
quã circũcirca pelagus alluit.Ea ſicut Pharus mirũ in modũ ad nauigã/
tiũ ſalutẽ ædificata eſt . Nã cum eiectus ab amne limus uadoſũ reddat
profũdũ:& latẽtibus ſub aqua ſaxis locus ipſe promineat:clarũ aliquod
inædificãdum fuit ſignũ. his ſuperior eſt Betis nauigatio:Et Ebura op/
pidũ:Et Luciferi tẽplum:quod lucem dubiã appellãt. Deinceps ſũt cæ/
terorũ æſtuariorũ enauigationes:& cũ reliquis duo Anæ fluminis oſtia.
E quibus ſurſũ nauigatio exhibetur.Inde nouiſſimũ eſt ſacrũ promon/
toriũ:a Gadibus minus duobus millibus ſtad' diſtans.Nõnulli ad Anæ
oſtiũ ab ſacro promontorio milliaria.lx.perhibẽt.hinc ad Betis oſtiũ cẽ/
tũ.Deinde ad Gades.lxx. Turdetaniã igitur ſupra littus quod intra flu/
men Anã eſt iacere contigit.Eã autem Betis fluuius diuidit : quam am/
nis Anas ad ſeptentrionẽ & occaſum terminat. Ad ortum aũt nonnulli
calpetanorũ & Oretani. Ad meridiẽ uero ex Baſtetanis qui intra Calpẽ
& gades littus anguſtũ incolunt.Deinceps mare uſq; ad Anã & Aſteta/
ni quos agro Turdetanorũ adiacere dixi.Et qui extra Anã habitant : &
finitimorũ complures.Huius regionis ſpatiũ in longitudinẽ & latitudi/
nẽ duo ſtad' millia non excedit.Oppidorũ ingens eſt numerus. Nã du/
centa eſſe prædicant.Fama quidẽ celeberrima ſũt: quæ ſuper ãnes ædi/
ficata ſunt:aut æſtuariis mariq; proxima propter rerũ cõmoditatẽ. Cor/
duba Marcelli ædificiũ eo magnitudinis creuit ut nomĩs celebritate &
potentia polleat.Itidem & Gaditana ciuitas.Altera quidem nauigationis
gratia & conciliata cum Romanĩs ſocietate . Altera uero agri uirtute &
magnitudine opitulante magna ex parte Bete flumine. Eam ſane initio
habitauere & Romanorum & indigenarũ uiri delecti Nam prima hæc
iſtos ad locos a Romano populo eſt dimiſſa Colonia:Poſt quã & Gadi/
tana.Iſpalis quidẽ inſignis:& hæc Romana Colonia.Hoc autẽ tempore
manet emporiũ Cæterũ honore & deductis nuper in Coloniam Cæſa/
rianis militibus ciuitas Betis excellit:tãetſi non admodũ ſplẽdide habi/
tata.Poſt has Italica & Ilipa ſuper Beti. Longius uero eſt Aſtina & Car/
mo & Obulco.Sunt & in quibus Pompeii liberi debellati ſũt Munda
& Atetua & Vrſo & Tuccis & Iulia & Egua. Hæ autem omnes nõ lõ/
ge diſtant a Corduba. Quodã autẽ modo eius regionis primaria urbs
eſt Mũda ideſt Metropolis.Diſtatq; a Carteia Mũda ſtad' ſex millibus
&.cccc.Quo uictus Cneus cõfugit.Inde naui dilapſus cum ad incum/
bentem pelago rupem exceſſiſſet obtruncatus eſt. Eius aut frater Sex/
tus a Corduba ſalutem fuga comparans ; Tracto paululũ tẽporis inter

Hiſpanos bello: demũ Siciliã ad rebellandũ ſollicitauit. Poſtea in Aſi/
am e Sicilia effugiẽs captus ab Antonianis ductoribus militi occiſus ẽ.
In Celtis Coniſtorſis urbs ẽ nobiliſſima. Super æſtuaria uero Maſta ẽ:
in quã conuẽtus ẽ Tungaditanorũ. Quæ potiſſimũ ſuper inſulæ naua/
le ſtad' non pluribus.c.imminet.Beti quidẽ plurimi aſſiſtunt Incolæ:qa
a mari ſtad' ferme mille ac.cc.uſq; Cordubã: parũ etiam ultra flumine
nauigatur aduerſo. Vicina ripis arua:& in ipſo fiumine paruæ ĩſulæ di/
ligentiſſime coluntur. Accedit ſpectãdi amœnitas:tum uillarũ tũ arbo/
ordine conſitarũ & agrorũ exquiſitiore cura laborato/.Igitur uſq; Iſpa/
lin nauigiis grauioribus:per ſtad' nõ multo minus q̃.d.aduerſo nauiga/
tur amne. Ad ſuperiora uero oppida uſque Ilipã minoribus : uſq; Cor/
dubã autẽ fluuiatilibus ſcaphis iter hoc eſt quidẽ tẽpore compactis.an/
tiquioribus uero ſæculis cauatis arbore litribus: ideſt monoxylis.Supra
claſtonẽ uero nõ ẽ nauigatu facilis.Quidãq; dorſo/ inſtar diſtant a flu/
mine montes magis minus ue admoti in Boreã:metallis referti .In locis
ſiquidẽ ad Ilipã ſpectãtibus maxima uis eſt argenti.Nec nõ ad Siſapo/
nem.ſic enim & hac & antiqua uocatur ætate. Cæterum ad Cotinas(ita
enim appellant)æs una gignitur & aurũ ſubuectis per ãnem leuorſũ hi
montes occurrũt.Dextrorſum autẽ planities ĩmenſa & excelſa iacet:fru/
ctuoſa :magniſq; cõſita arboribus: & ad paſcua late patẽs. Aduerſa hæc
nauigatio neq; talibus ſcaphis:neq; ad tãtũ tractũ ripas habet . Superio/
re autẽ in plaga montes extãt auri & argenti habentes ĩdaginẽ:quã me/
talleam nuncupãt. Ea ad Tagũ pertinent. Loca igitur metallica & aſpa
& tenuia eſſe oportet:qualia Carpitaniæ cõtigua ſunt.& Celtiberis am/
plius. Talis eſt & Beturia cãpos habẽs ad Ariam accedẽtes ſiccitatis im/
menſæ. At enim ipſa Turditanea mirifica rerũ copia læta eſt. Cũq; om/
nium ferax ſit:tum etiã plurimam eorum copiam præ ſe fert. Duplicat'
autem ea fructuũ feracitas exportatiõe. Superuacanea enim frugũ uber
tas nauigantium multitudine facile uenundatur. Id autem & flumina &
aquarũ (ut dixi)efficit infuſio fluminibus perq̃ſimilis:& ex mari pariter
redundans:quæ non modo paruis:ſed etiã magnis nauibus eodem mo/
do ad mediterraneas urbes ſurſũ nauigãdi facultatem ſuppeditant. Per
multũ ſpatiũ enim ſupra littus inter ſacrum promontoriũ & columnas
Herculeas uniuerſa planicies eſt. Multis hic ĩ locis a mari ad partes me/
diterraneas ſuperiores ualles ſunt foſſis mediocribus & fluuiatilibus al/
ueis cõparãdæ:& cõplura ad ſtadia extẽſæ. Has maris aſcenſus & æſtu/
antes aquæ:nõ deterius:immo uero commodius q̃ flumina nauigabiles
præſtãt. Cũq; nihil obſtet pelaguſq; ſecũdos curſus per æſtũ ĩ fluminis
modũ exhibeat per fluuiũ labi uidearis.hoc in loco maiora q̃ in reliquis

incrementa ſunt. Nã cum ex ingenti pelago unda anguſtũ agiterur in meatum:quẽ in Hiſpaniam Mauritania conficit repercuſſionem acci/pit.Et ad cedentes terræ partes facile defertur.Ex huiuſmodi autẽ ualli/bus plæræq; per inundatiões exhauriũt, Quaſdã uero nõ penitus aqua deſtituit:aliquæ intra ſe inſulas accipiunt.Huius itaq; generis effuſiões ſunt inter ſacrum promõtorium: Herculeaſq; columnas uehementius q̃ cæteris in locis excreſcentes. Talis aũt excreſcẽtia ad nauigantiũ uſus excellentẽ habet cõmoditatẽ.Plures nãq; ſæpius & maiores facit excur/ſiones:ut ad ſtad'.viii.aduerſa augeatur nauigatio. Adeo ut quodammo/do totã terram & quidem nauigabilẽ facile præbeat & ad exportanda & ad importanda inuicẽ onera. At uero moleſtũ quippiam í hoc habet. Fluuiatiles nanq; nauigationes ingruente uehemẽtius undarum exceſ/ſu:& aduerſus fluuiorũ curſum fortius reflãte. Nõ paruũ nautis diſcri/men important:idẽtidẽ ſiue deferantur ſiue referãtur.In his uero acceſ/ſibus ſiue receſſibus etiã detrimẽta ſunt.pari enim ratione concitantur: celeriterq; mouentur Crebrõ nanq; nauigia í ſicca tellure deſtituta ſũt. Pecora nanq; quæ ante q̃ effundantur aquæ in proximas fluuiis inſulas traiecerint:interdũ inundantur interdum reliquunt' Redire aũt coacta cum nequeant prorſus intereunt.Iuuẽcas aiunt obſeruare ſolitas quod ingruit:redeuntes ſpectare aquas:Et ad continentes remeare terras. Igit' homines cũ locorũ natura percepta inundationes amnibus ſubſeruire ſimiliter ualentes perdidiſſent urbes in illis & alia quædã habitacula: ſi/cuti penes fluuios cõdiderũt.E qbus ẽ Aſta Nabriſſa Onoba Sonoba Menoba & alii plures.Excipiũt & foſſæ nõnullis í locis cõfectæ:ut mꝫtis ex locis & mꝫtos ad locos: & íter ſe & ad exterõs rerũ cõportatio ſuppe/ditari queat.Adiumento quoq; pariter cõfluẽtiæ ſũt ad ĩundãtias:quas ꝑmeare quædã inhibẽt telluris eminentiæ & nauigandi facultatẽ opã/tur:ut ex fluminibus in increſcentes maris æſtus:& ex illis í flumina ad inuehẽda onera:aquarum commoditas ſane ſubſeruiat. Vniuerſa uero mercatura í Italiã atq; Romã ẽ ad colũnas uſq; cõmodũ habẽs nauigã/di curſũ:excepto dũtaxat ſiqua circa Euripi ipſius ãguſtias difficultas ad eſt.Et ad noſtri maris tractũ.Per tranquillũ nãq; clima curſus ipſi confi/ciũt'.Illi præſertim q per altũ mare uerſatur. Id autẽ onerariis nauigiis mercatoriã factitãtibus conducit admodũ. Marini quoq; uenti ſuũ ha/bẽt ordinẽ. Adeſt & pacis ipſa trãquillitas:extictis hac tẽpeſtate latroci/niis. Vnde iis qui nũc uerſatur in pelago uniuerſum adeſt ociũ.Facilis ẽ ſecuritas.Peculiare ſane qddã obſeruandũ ẽ:ut Poſidonius inquit.Quũ ex Hiſpania retro nauigatio habenda ẽ: quod in eo mari uſq; ad ſinum Sardinienſẽ uenti ſpirãt ſubſolani:ideſt Euri qui & Eteſiæ dicũt'. Qua/propter cum circa Gymneſias inſulas circaq; Sardiniã & alias africæ p/tes contra ipſas diſpulſus erraſſet. Tandẽ tertio uix menſe tranſmiſit in Italiã. Exportatur autẽ e Turditania uinũ:magna uis tritici:oleũq; non modo ubertate:ſed etiã bonitate præcipuũ: Euehitur inſuper cæra mel pix & grana purpuræ & miniũ:ſinopica terra nõ deterius Ligna cumu/lant ibi naualia ex indigena materia.Itidẽ etiã ſal multus effoditur.non pauca quoque ſalſa ſunt eodẽ in tractu fluenta.Non pauca etiã ad æſtas ſalſamenta condiuntur:non ſolũ ea ex regione: ſed etiã ex alio extra co/lumnas littore quæ ponticis nequaq̃ inferiora dixerim. Frequens inde primũ ueſtis ueniebat.Nunc uero Coraxorũ amplius laniciũ excellẽtiſ/ſimæ pulchritudinis:unde admiſſarii talẽto arietes emunt'. Telarũ exu/perans tenuitas:atq; copia:quas Saltiate conſtruũt.Pecorũ omis generis abundãtia:nec minor uenationũ. Pernitioſarũ raritas bæluarũ: præterq̃ effodiẽtium terras cuniculorũ:quos plæriq; lepuſculos appellant. Plan/tis enim uaſtitatẽ inferũt: & ſatorũ radices eſitãt:& hoc per totam ferme obueniẽs hiſpaniã:Maſſiliam uſq; prorogatur:quin & ipſas perturbat í ſulas. Gymneſiarũ autẽ inſularũ incolæ miſſis aliquando Romã Lega/tis terras petiiſſe dicuntur.Ab iſtis enim eiectari beſtiis:quibus propter multitudinẽ obſiſtere nequirẽt. Ad tãtũ igit' pariter bellũ:quod ꝑpetuo nequaq̃ ingruit cæterũ eruptionẽ peſtilentia quadã importat:ueluti ſer/pentũ murũq; agreſtium tanti forſitan neceſſitas ẽ auxilii. Vbi uero me diocritas adſit plures repertæ ſunt uenationes.Itaq; de induſtria catellas agreſtes afferũt:quas educat Africa:quas quidẽ funiculis capiſtratas ĩtra foramina dimittunt. Eæ uero quos capiunt unguibus extrahũt: aut í ſũ/ma telluris effugere cogunt Egreſſis autẽ uenatores incũbunt capeſſũt/que.Quanta uero rerũ ex Turditania exportandarum copia ſit: maxie declarat nauigiorum magnitudo & numerus. Ingẽtes enim naues one/rariæ iſtinc puteolos nauigant & oſtiã Romanorũ nauale permeãt.Inſu/per multitudo Africanis ferme æquiparanda tantũ ẽ incrementum.Cũ autẽ huiuſmodi ſit mediterranea Turditaniæ copia:æqualẽ etiam mari timã ex pelagi bonis inuenies. Oſtrea nãq; & conchilia omĩa & multitu/dine & amplitudine omni ex parte exterius mare ſuperat:præcipue cũ fluxus ac refluxus hic augeantur:qui cauſa(ut par eſt) magnitudinis ac multitudinis propter enudationes exiſtunt. Eundẽ ſe habet in modũ circa cetaria genera:Oryges Phalenas Phyſeteras: quibus reflãtibus ne/buloſæ cuiuſdã columnæ uiſio longe cernẽtibus offert'. Quid Congri: quid Murene:quãto noſtris maiores capiuntur? Aliaq; q̃plura huius generis edulia? In Carteia uero cerycas.i.murices & purpuras libraꝝ.x. In exterioribus aũt locis Murenã & Congrũ minarũ ſupra octoginta.

Polypū talēti pondo. Duorū autē ſepias cubitorum & ſimilia. Frequens uero Thynnus e uetuſto feruore ingenti pinguis aruina horſum impellitur. Querna uero quadā glāde ſaginatur: quæ ad mare naſcitur humilis admodū at fertilē īgētemq; īpēdio ꝓducēs fructū: quæ quidē copioſa ī ipſa etiā terra generatur Hiſpana. Ingētes ſane radices perīdeac integræ quercus habēs: quæ profecto ab humili radice tollitur mīus. Tātū uero fructū affert: ut poſt maturitatē littora & extra columnas & ītra glāde referta ſint: quā æſtus aquaꝝ eiectat. Cæterū intra colūnas ſemper mīnus ac mīus repitur. Vt aūt autor ē Polybius: uſq; latinā ipſæ glādes emittunt: niſi Sardinia quoq; inquit: & huic uicina regio ferat. Verum Thynni ipſi quo magis colūnis propinquāt ab exteriore delati pelago: eo āplius eſca deficiēte macerātur. Hæc in mari bælua ſēper adeſt plurimū glāde gaudēs: cuius cibo eximie pingueſcit. Cumq; glādiū fuerit ubertas: & thynnorū fit ubertas. Cū uero prædicta regio tot bonis exuberet effodiendoꝝ ſane metallorū ingeniū admirareris. Tota enim talibus pleniſſima ē Hiſpania. Nō tota tamē procreādis fructibus facilis: nec tota ferax eūdē in modū: præſertim quæ metallis abundat. Raꝝ enī eſt utriuſq; tei fortunari cōmoditate. Raꝝ & eandē diuerſis paruo in loco abundari metallis. At Turdetania agerq; coniunctus nullam in hoc uirtutis genere rationē cōmēdare uolentibus abeſſe ſinit. Nā aurū argētū æs ferrum nullibi terrarū neq; tantū neq; tā probatū generari hactenus compertū eſt: Aurū enim non ſolū ex metallis effoditur: uerū etiā fluit. Flumina nāq; torrēteſq; aureā deferūt arenā: quæ paſſim & per loca aquarū indiga exiſtēs cognoſcitur. Cæteꝝ cum illic quidē minus appareat per aquatilia quædā aurei elucēt grumuli. Quod ſi quibus a natura negatæ ſint aquæ: illatis rigātes aquis dehinc ſplēdeſcentē efficiunt grūmulū. Puteos quoq; effodientes & alia per ſolertiā tractantes artifi/cia: lauandis arenis aurū excerpunt. Plureſq; hac ætate ſunt q aurū eruāt q̄ qui aurū effodiāt. Vnde & chryſoplyſia: ideſt auri lauachra ſūt appellata. Galli quidem digniora eſſe ſua prædicant metalla: quæ in Cimmerio monte ſunt: præſertim quæ ad Pyrenen uergūt. Verūenimuero qđ iis e locis educitur magis probatū eſt. Inter auri micas autē quandoque dimidiæ libræ grūmos quas pilas uocant: repertos fuiſſe memoriæ traditū eſt: qui paruæ admodū purgationis īdigeant. Traditū etiam ē ſciſſis lapidibus glebulas quaſdā papillis māmarum ſimiles īueniri. Ex auro autē excocto & tenaci quadā creta repurgato purgamētū electum ē. Rurſus hoc excoquitur cōmixtionē auri atq; argēti habēs Argētū qdē exurit: cæterū aurū ipſū remanet. Forma enī facile fuſilis & lapidoſa. Eꝓpter ꝓaleis auꝝ potius liquefit: quoniā cū flāma mollis exiſtat ad illud ſeſe pariter metitur: quod & facile cedit facileq; diffundit. Carbo autē caloris uehemētia liquefaciēs & ſublimis tollēs magis ac magis abſumit In Erythris uero extrahit: & ꝓpe lauatur ī auleolis: uł puteus ipſe mollificat: limuſq; hinc exhauſtus eluitur. Argētarias aūt fornaces excelſas efficiūt: ut fumoſa illa glebarū euaporatio tollat in altū. Grauis enim eſt & pernicioſa. Aerariæ quoq; effodinæ uocātur & aureæ. Ex q̄bus p cōiecturas licet agnoſcere: aurū inde prius effodi ſolitū. Poſidonius autē cū effodiēdi locos multitudinēq; laudibus extollat: & eorū uirtutē ab ſolita minime ſeſe abſtinet æloquētia. Verū diuino quodā afflatus ſpiritu per ipſos agitatur exceſſus. Haud enim fidē inquit abnego fabulæ: q; ſyluis aliquādo ꝓ īcēdia abſūptis terra ipſa auri atq; argēti feraciſſima p noua quædā ī ſuperficiē & in ſuperiorē telluris faciē germina efferbuit. Mōtes enim omnis: & omnē tumulū materiē eſſe monetæ: quā quædā felicitatis abūdātia cumulauit. Quod ſiquis regionē ipſā inſpectet īquit efſluētis ubiq; perpetuo naturæ theſauros & īpatoriæ cuiuſdā maieſtatis nequaq̄ deficiēs ærariū eſſe dicat. Nō enī diues tātūmodo: ſed & diuitias ſufficiēs & ſuggerens ē inquit regio. Peneſq; illos (ut uere dicā) ſubterraneū locū: nō ifernus: ſed Pluton. i. dis ipſe opulētiæ deus īhabitat. Talia qdē ſpetioſa quadā figura de hiſce loquutus ē: ꝓideac & ipſe ex metallis copioſa uſus oratiōe. Effodiētiū uero ſolertiā cōmemorans ſcitum illud Phalerii adiūgit q ī argēti fodinis agri attici ſic ītēte atq; acriter hoſes effodere aſſerit: ut ī ſupiora Plutonē ipſū adducēdū eſſe præſtolēt. Horū igitur ſtudiū ac ſedulitatē ægyptiis æqualē eſſe declarat obliquas ac profūdas cōcidētiū fiſtulas: ī q̄bus ſæpenumero ī flumīa icidūt. Hūc autē dolū nō eūdē eē & Atticis: ſed illis q̄dē enigmati ſimilē eē ſcrutādi metalla rationē. Nā quotcūq; ait aſſūpſerunt nō ſumpſere. Quot aūt habebāt amiſerunt. His uero magis atq; magis fructuoſū ē: quoniā æs faciētes quartam educunt terræ partem: ſcilicet æs ipſum. At priuatim argētū effodientes diebus tribus Euboicū talētum eximūt. Stagnū in ſuperficie nequaq̄ reperiri aſſerit: ut hiſtorici uulgāt: uerum effodi. Generari autem in Barbaris ſupra Luſitanos: & ī Caſſiteriis inſulis. Et e Brittanis Maſſiliam deferri. In Artabris uero: qui Luſitaniæ poſtremi ad ſeptētrionem & occaſū ſūt terram argēto ſtagno auro albicāti egerminare fama eſt: nam argēto mixtum eſt. Hāc autem terram amnes ipſos deferre: quā mulieres ſarculis euellentes: abluere panno īplicito: ἐπὶ πιστήν Ipſe quidem talia de metallis ſcripta reliquit. Polybius autem effodiendi locos argenti: quia circa nouam Carthaginem ſunt memorans maximos eſſe dicit. Diſtare uero ab urbe ſtađ circiter. xx. In circuitu ſtađ. cccc. Quo ī loco quattuor hominū cēturias operariorū manere. Qui tūc

populo Ro.xxv.drachmarũ millia per dies ſingulos referebãt.Reliquã operationẽ omitto.Longioris enim ſermocinationis ẽ. Ductilẽ glebã ar/ gẽteiã(ut ait)conterunt.Cribris inde per aquas ſuſpenſã agitãt. Rurſus quæ ſubſiſtunt conterunt Iterũ liquata diffuſis aquis conterunt. Quin/ tã deinde ſubſiſtentiam digeſtã effuſo plumbo parũ argentum educũt. Nunc etiam ſunt argentariæ non qdẽ publicæ:neq; hic nec aliis ĩ locis: ſed in priuatorũ poſſeſſiones demigrarũt.Aurariæ uero res fiſci habẽt utplurimũ.Hinc autẽ cũ aliis ĩ locis tum uero Caſtaone:peculiaris ẽ ef/ fodiẽdi plumbi natura & metallũ.Huic etiã argenti pars parua ĩmixta ẽ Non adeo ut eius utilis ſit expurgatio. Non procul aũt a Caſtaone mõs eſt:e quo Betis effluit:quẽ argentũ nominãt: cum in eo ſint argentariæ. Autor uero eſt Polybius & hũc & Anã e Celtiberia naſci: qui nõingẽ/ tis diſtant inter ſe ſtad'.Cũ.n.Celtiberi plurimam fortunæ ac dignitatis acceſſionẽ uendicaſſet : finitimã totã regionẽ eodẽ nominatã uocabulo reddiderunt uidetur ſane priſcos illos Betí nominaſſe Tarteſſum.Ga/ des uero inſulaſq; uicinas Erythiã.Ideo Steſicorũ de Geryonis armento ſic ceciniſſe exiſtimant:ut e regione illuſtris Erythiæ progenitum fuerit penes argẽteos immẽſi Tarteſſi fontes occultaſq; petras.Cũ autẽ fluui/ us duobus erũpat oſtiis oppidũ inter ipſius curſum quõdã habitatũ fu/ iſſe conſtat:quod Tarteſſũ eodẽ quo fluuius nomine appellatũ ẽ extite/ rit:agrũq; Tarteſſiũ:quẽ Turduli hac ætate paſcũt'. Eratoſthenes quo/ que contiguã Calpe terrã Tarteſſiam uocitari perhibet:& Erythiã exi/ miæ felicitatis inſulã:aduerſus quẽ Artemidorus ſcribens:& hæc ab eo falſo cõmemorari tradir:ſicut & de diſtãtia a Gadibus ad ſacrũ promõ/ toriũ:quod abeſſe dierũ quinq; nauigatiõe dicit:cũ nõ plura q̃ mille & dcc.ſtad' eſſe conſtet: & maris æſtuaria hucuſq; trãſmitti: cum hoc qua/ quauerſum circum orbem terrarũ eueniat & Hiſpaniæ partes ad Aqui/ lonẽ uergentes faciliorem ad Gallias habere meatũ:q̃ qui per oceanum nauigationẽ agunt.Et quæcũq; alia tradidit Pitheæ uerbis per arrogãtiã inductus.Poeta uero grandiloquus atque peritiſſimus occaſiões ſuppe/ ditauit ad cognoſcendum ut eorum locorum minime fuerit ignarus:q̃ ſuas nõ ſugerit aures:ſi recte quis utrunq; raciocinari uoluerit . Et quæ de ipſis deterius diſſerantur:& quæ melius ueriuſq;. Deterius quidẽ q̃ ad occaſũ extrema audierat iſtæc:ubi quẽadmodum idem inquit.

Oceanum irrumpunt ſplendẽtia lumina ſolis:
Almæ telluri noctem qui ducit opacam.

Noctẽ uero diri omís & íferno ꝓpíquã eſſe liquet. At ífernũ cũ qs audi/ at tartaro: Tartarus aũt Tarteſſo: deriuata illinc denomíatiõe cõpari po teſt quẽ ſubterraneoꝝ ultimũ locũ eſſe putauerimus. Adiecit & fabulã poeticũ ſeruãs officiũ: quẽadmodũ cũ Cimmerios ad ſeptẽtrionẽ & oc/ caſum habitantes noſſet in locis ad Boſporũ ſitis:eos ad infernũ conſti/ tuit.Forſan propter cõmunẽ aliquẽ ritũ Ionũ ad hanc gẽtem.ætate enĩ Homeri uel paulo ante:acceſſum ad Cimmerios factũ fuiſſe cõmemo/ rãt ad Eoliã uſq; & Ioniã.Eodẽ modo & de Cyaneis inſulis :quas uagas & errabũdas cecini : fabulas ex aliqua ſẽper itroducẽs hiſtoria . Diffici/ les nanq; petras aliquas fabuloſe deſcribit:ſicuti Cyaneas.unde & Sym plegades ideſt inuicẽ ſe cõcutiẽtes nomẽ aſſequutæ ſũt. Vnde & p illas Iaſonẽ curſum tenuiſſe poſuit:Colũnarũq; & Siciliæ fretũ pro ipſarum ratione Cyanearũ:quas errabundas appellãt inſinuatũ ab eo ex fabula/ mento quidẽ Tartari ad locorũ Tarteſſi mentionẽ obſcurioris ſermõis genere:ideſt enigmate ad peiora quis animo traduxerit:ad meliora uero ex his conſyderabis.Cũ enim Herculis exercitus ad hæc uſq; loca Phœ niciãq; profectus eſſet:illorũ hominũ diuitias ocioſamq; uitã deſcripſit. Hi nanq; tãtopere a Phœnicibus ſubiugatiq; fuere:ut plures Turdeta niæ urbes confineſq; loci ab eis his habitẽtur amnis. Vlyſſis etiam exer citus in iſtis conſtitutus regionibus & ab illo cognitus occaſionẽ præſti tiſſe mihi uidetur:ut ad deſcribẽdam Vlyſſis:ſicut & Troiæ materiã: ex rerũ euentu poetico de more animũ traduxerit.Nõ ſolũ enim Italiæ ac Siciliæ loca:& aliæ res quædã taliũ ſigna præ ſe ferũt atq; deſcribunt. Sed etiã in Hiſpania urbs Vlyſſea & Mineruæ templum: & cætera pe ne ueſtigia infinita illius errorẽ & Troianũ ĩdicãt bellũ fuiſſe.Pariterq; & expugnatorũ & expugnãtiũ calamitates uaſtitatẽq; commõſtrãt His nãq; ut Cadmeiam uictoriã aſſequerẽtur obuenit. Vaſtatiſq; eoꝝ domi bus:& paucis in ſingulos accedentibus exuuiis cum eis qui fuere ſuper ſtites fides nulla haberetur:ex periculis ad piraticã cõuerſi ſunt.Et Græ ci tum ſpoliati tum dedecore infamati:tãdiu ſine ſuis manſiſſe ignomi/ niam putabant. Tum uero ad illos inanem ſe redire quiſque turpe eſſe ducebat.Rurſus error Aeneæ & Anthenoris & Henetorum ſimiliter & Diomedis & Menelai & Vlyſſis memoriæ ꝓditus eſt:aliorumq; cõ/ plurium.Poeta igitur tot militiarũ & ad ultima hiſpaniæ gnarus opeſq; & alias uirtutes intelligens:hoc enim Phœnices indicant eo in loco pio/ rum regionem & Elyſium campum eſſe finxit. Quo Proteus Menelaũ tranſmiſſurum eſſe dicit.

Elyſium in campum terrarumque ultima tandem
Dii te tranſmittent:ſtat flauus ubi Rhadamantus.
Exiſtitq; uiris ubi uita facillima durans.
Non hyemis uis multa:niues:non ingruit hymber:
Stridula ſed ſemper zephyrorum flamina mittit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ingens oceanus lenimina grata uirorum.
Aeris enim salubritas & suauis zephyri spiritus eius regionis peculiaris est quæ in occasum uergẽs nunq̃ tepore caret. Tũ uero terræ terminus: ubi poetam infernũ esse fabulatum esse diximus. Adiectus etiã Rhadamantus proximũ Minoi locũ describit: de quo hunc in modũ loquitur.
Hic minoa Iouis clarum de sanguine uidi.
Qui aurea sceptra tenens dat iura rigentia functis.
Posteriores inde poetæ uulgare cœperunt & expeditionem in Geryone boues. Itidẽq; in hesperidum aurea mala. Nominatimq; insulas quasdã fortunatas celebrãt: quas impræsentiarũ commõstratas nouimus nõ lõge admodũ a Mauritaniæ ꝓmõtoriis disiunctas: quæ Gadibus opposita sunt. Phœnices & Hispaniæ & Africæ nuntios assero. Optimam isti regionẽ ante Homeri ætatẽ occuparunt. Locosq; tãdiu ditione tenuerunt: quoad Romani suũ soluerũt imperium. Hispanarũ quidẽ opum hæc testimonia sunt. Carthaginenses ductore Barca aduersus Hispanos ducẽtes exercitũ eos (uti scriptores prodidere) argẽteis í Turditania præsepibus & doliis utentes in potestatẽ redegerũt. Coniecturã faceret qspiã e plurima eorũ felicitate homines eo tractu í lõgæuos appellari: prícipes maxime. Ob hanc causam Anacreontẽ hunc in modũ dixisse.
Eqdẽ Amaltheæ cornu nolui: neq; annorũ. c. &. l. imperiũ tenuisse Tartessi. Cæterũ Herodotũ regẽ ipsũ nominatim descripsisse & Arganthoniũ uocitasse: uel enim sic accipi potest. Vel huic dicto pariter illud anacreontis uel cõmunius. Nolim mlto tẽpore Tartessi tenere regnũ. Nõnulli Tartessũ huius tẽporis Carteiã appellant. Verũ ad regionis felicitatẽ mãsuetudo ímul & urbanitas accedit Turditanis & Gallis propter uicinitatẽ cognationẽq; ut testis ẽ Polybius: Cæteꝝ illis minor: utplurimũ enim uicatim habitãt & uiuunt Nã Turdetani præsertim qui circa Betim loca tenẽt in Romanos penitus ritus transformati sũt. Nec proprie memoriã linguæ seruãt amplius. Plurimiq; Latini facti secũ accolas accepere Romanos. Itaq; paꝝ abest qn uniuersi Romãi sint: & nũc habitate urbes: & in Gallia pax Augusta: & aliæ in Turdulis augustemerita: & í Celtiberis Cæsaraugusta: & aliæ Coloniæ quædã ꝑmutatos dictarũ ciuitatũ ritus demõstrant. Hispani quoq; q hoc ístitutiõis genus seruãt: stolati uel togati dicũtur: í qbus sũt et Celtiberi: q quódã omís immanitate supare credebãt. De his qdẽ hactenus. Ab sacro promõtorio rursus ad alterum littoris latus initiũ capiũt qd spectat ad Tagũ sinus ẽ. Deíde ꝓmõtoriũ barbarũ & eruptiones Tagi í quas recti nauiũ cursus. Sunt autẽ stadia decem. Hoc in loco & maris infusiones ingruũt. E quibus una ultra stadia. cccc. extẽditur ab turri iã dicta. Ea í ꝑte aquãtur ἐπιπολάκειᾳ. Tagus ad ostiũ latitudinẽ habet stad. xx. altitudinẽ uero ꝑ magnã: adeo ut a nauigiis millia decẽ uectãtibus nauigari facile possit. Superioribus autẽ in cãpis cũ æstus fit duæ inundationes diffundũtur: ut ad stad. c. &. l. facies extet pelagi. Reddatq; planicies tota nauigabilis. In superiore uero inundatione insula quædã circũplectit longitudinis stad. xxx. Latitudinis autẽ paulo minoris fertilis & uitibus optimis consita. Ea in monte flumini proxía iacet distans a mari stad circiter. d. ager circũcirca bonitate conspicuus: habẽs aduersis aquis nauigatiões admodũ faciles etiã grãdioribus magnũ ad spatiũ nauibus. Reliquũ uero ad cursum fluuiaticis lẽbis Supra Moronẽ etiã prolixior ẽ nauigatio. Brutus cognomento callecus hac urbe ad faciẽdas excursiões usus bellige/rauit in Lusitanos. Eosq; deniq; expugnauit. Ad quorũ uastationem fluminis inundationibus adortus ẽ ut liberas nauigationes & cõmeatuum importationes haberet. Vicina uero Tago cæterorũ opulentissima sunt oppida. Amnis quidẽ piscíũ feracissimus est: ostreorumq; redundãs. Ex Celtiberis autẽ originẽ habẽs ꝑ Vettiones & Carpetanos & Lusitanos í æquinoctialẽ labitur occasũ: aliquãtisper spatio pari ab Ana & Beti fluuiis distans. Postea se mouetur ab illis ad littus australe declinãtibus: supra mõtes autẽ quos diximus. Oretani maxime uergunt í meridiẽ peruenientes usque ad maritimã aliqua ex parte intra columnas. Post quos Carpetani declinant ad aquilonẽ: Inde uettiones & uaccei: per quos Durias labitur ad Conciam urbẽ Vacceorum transitũ habẽs. Calleci autẽ nouissimi montana habitãtes utplurimũ: unde et bellacissimi & subigatu difficilimi: etiam ei qui Lusitanos superauit cognomen præstiterũt: & per hosce annos maxima Lusitanorũ pars: ut Calleci uocitẽtur cõparati sunt. Excellentissima igitur Horitaniæ ciuitas est Cetulum & horia. Tagi uero regio ad aquilonẽ spectans Lusitania est inter hispanos gens amplissima: & ãnis plurimis Romanorũ armis oppugnata. huius regionis latus Australe Tagus cingit. Ab occasu uero & Septentriõe Oceanus. Ab aurora Carpetani Vettiones Vaccei & Calleci fame maioris populi. Reliqui sũt indigni de quibus uerba fiant propter humilitatem & ignobilitatem. Contra uero nonnulli & hos Lusitanos nominant. Ab ortu finitimi sunt Calleci quidem Asturiorum genti ac Iberis. Reliqui Celtiberis: longitudo quidem stad millium. xiii. Latitudo uero minor admodũ quæ ad oppositã maris ripam orientale latus efficit. Orientale quidem est altum atque asperum. Subiecta inde ora tota ad mare usque lata planicies patet: paucis dumtaxat montibus exceptis: nec sane magnis. Posidonius Aristotelem haud recte sensisse ait: qui littus & Mauritaniam inundantium; ac decrescentium aquarum causam esse refert. Maris enim refluxum fieri dixisse propter alta & rigida

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝓmotoria: quæ cū ūdas durius accipiāt ī hiſpaniā cōtra refūdāt.Cōtraria enim ſūt plurima:arenoſa uidelicet littora atq; humilia.Recte igitur dixit.Regio itaq; de qua ſermo ē felicitate præſtat ānibus paruis & magnis irrigua:qui omnis tago ab ortu pariter diſiuncti ſūt:& maiori ex ꝑte nauigabiles: atque auri grūmulis abundātes. Deinceps poſt Tagum nobiliſſima flumina ſūt Muliadas paruas habēs nauigationes. Itidē uacua fluuius:poſt quos Durius lōgo fluēs curſu penes Numātiā & alias cōpluris Celtiberorū & Vacceorū habitatas terras. Magnis hi nauigiis permeabiles ad ſtad fere.ccc. Alia porro flumīa:poſt quæ & Lethe qd a plæriſq; Eſſemea uocitat. Ab aliis Belō:& hoc a Celtiberis & Vaccēis labitur.Poſtea Benis:uel(ut alii aiūt) Minium omīs Luſitaniæ fluuios magnitudine ſuperās.Et hic ipſe ad ſtad.ccc.nauigabilis. Poſidonius & hūc e Cantabris fluere dicit:ante cuius eruptionē procūbit inſula:& inſtar unguiū ſcopuli duo portus habētes fluuioꝝ. Digne laudari poteſt naturæ ingeniū:quoniā adeo īminētes extant ripæ:ut intra ipſoꝝ alueos maris inundatiōes ſatis excipiāt:nec excedāt:nec cāpis ſtagnēt.Hic igit prætura Bruti terminus ē. Alia quoq; plura flumīa ulterius ſūt prædictis æquali diſtātia cōtigua Extremi Artabri incolūt:circa Neriū ꝓmōtoriū:quod occidentalis & aquilonaris finis ē lateris.Circūhabitāt Galli qui colentes Anam fluuium cognatione cōtingunt. Nam cum ii paritet atq; Turduli ſotiis eo armis peruenīſſent ſeditionem egiſſe ferunt: poſteaq̄ Lineam fluuiū traiecerūt.Cæterū poſt ſeditiōem eoꝝ amiſſo duce pallantes ac diſſipati ea in regione deſederunt . Hanc ob cauſam flumē Lethes: ideſt obliuionis appellatū.Habent Artabri frequētes urbes in ſinu pariter habitatas Quem nautæ & qui eis ī locis uerſant:Artabroꝝ portū appellāt. Noſtræ homīes ætatis artabros arotebras uocitāt. Gētes igit circiter.xxx.tractū iter Artabros & Tagū ihabitant.Cū fertiliſſima ſit regio & fructuū & pecoris & auri:& argēti mꝫtoꝝq; ſimiliū.Ex his cōplures:omiſſis agroꝝ cultibus:ī marinis latrociniis uitā agitates uꝫ aſſiduis iter ſe bellis diſceptāt:uꝫ traiecto Tago finitimos armis īſectātur Donec Romani hoīes humiliora ſapere cogētes repreſſerūt:& plurimis eorum redactis in uicos urbibus plæraſq; manſuetius ipſi incoluerunt Huius impietatis initium a montanis(uti par eſt)ortum fuit. Sterilē nāque colentes agrum & paucorum prædiorum poſſeſſiones tenentes alienorū auiditate trahebantur. Qui uero illos propulſare conabātur: opum ſuorum domino priuati:ea in neceſſitate conſtituebantur: ut pro agricolatione bellis implicarentur. Euenit igitur ut neglectus ager innatis priuatus bonis a latronibus habitaretur. Luſitanos itaque inſidioſos ſcrutatores ueloces agiles uerſatiles eſſe fama ē.Scutū duum pedum ad latitudinē geſtant curuū ad āteriora proſpectās loris depēdens:cui neq; fibula neq; anſa ulla eſt.Gladiolus aut pugio lateri adhæret. Plurimi lineos Thoraces habēt.Perpauci loricis utūt aut criſtatis caſſidibus.Nōnulli neruatis galeis.Peditibus ocreæ adſūt: unuſq;ſq; plura fert iacula. Quidam utunt & haſtilibus:cuſpides ſūt æreæ. Aliquos Durio uicinos amni Spartano ritu degere tradūt duobus utētes unguentis: Ad calefaciēdūq; ignitis utunt lapidibus & frigida lauant . Vnicus illis eſt cibus mūdus quidē ac ſimplex:ſacrificiis dediti extra perſpiciūt: nihilq; cōcidunt. Inſpectāt ex lateris fibras Et contrectātes uentura coniectāt: Extestinis quoq; hominū:maxime captiuorū: diuinationes captāt ſagis uelantes.Inde ubi plaga infligitur ab inteſtinis ſub aruſpice primū ad hominis caſū uaticinātur.Abſciſſas captiuorū dextras diis offerūt. Omnes montiū habitatores uictu ſimplici utūtur. Aquarū potores:humi cubitores:longas ut fœminæ inferius diffūdunt comas:mitratis frōtibus pugnas ineūt:hirco maxime ueſcūtur:quē & Marti īmolant:ſicut & captiuos & equos.Faciunt etiā Hecatōbas.i.cētenario numero ſacrificia quolibet ex genere ritu Græcanico.Et(ut inquit Pindarus)omnia cētena immolant.Gymnica etiā conficiūt certamīa. Armis exercēt ludos & equis & ceſtibus & curſibus & tumultuaria pugna & īſtructo ꝓ cohortes prælio.Montani homines duabus āni partibus querna ueſcūtur glāde: quā cū ſiccauerint frangūt molunt panes conficiūt & ad tēpus reponūt. Ordeatio utūtur uino.nā e uite inopia ſūma laborāt.Idq; ita confectū: eueſtigio abſūmunt conuiuia inter cōſanguineos celebrātes.Pro oleo butyrū uſurpant:ſedētes cœnitant ædificatos ī pariete hemicyclos habentes. Primus ſedēdi locus cœnantibus in orbē ætati præſtat & honori. Interpotādū ducto ad tibiā uel tubā choro ſaltant īflexis exultātes pollicibus. In Baſtetanis mulieres inuicē manibus promiſcuæ innectūtur: omīs fere pullis amicti ueſtibus & ſagis:in quibus ſuoluti per ſtramēta cubant. Cærea illis:ut Gallis:in uſu ſūt uaſa.Mulieres in roſeis degūt ornamētis.Hi loco numorū graui admodū ſarcinarū ꝓmutatiōe utunt:uel extē ſi argēti lamīe fruſtū abſciſſū exhibēt. Deſtiatos neci lapidibus obruūt: parricidas extra mōtiū confinia uel ultra flumīa eiectos ſaxis opprimūt. Cōiugia de more Græcorū cōtrahūt.ægrotos uetuſto ritu ægyptiorum in plateis deponūt:ut qui eo morbi genere tentati ſūt cōmonefacere eos ualeant.Pelliceri uſque ad Bruti aduentum nauiculis utebantur per īundantes aquas & ſtagna. His autem ānis lintres uno cauatas ex ligno: monoxyla uocāt uſurpāt:& qdē raro.Sal colore prius purpureo: ſimul ac teritur:albeſcit.Hic aē mōtāis uiuēdi ritus quē cōmemoraui: eis inq̄ q̄ boreale Hiſpaniæ latus terminant Callecis Auſtribus Cātabris uſq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Vaſcones & Pyrenen. Cunctis enim eadē eſt uiuendi formula. Ve/
reor autem explicandis abūdare nominibus: ne iniucūda reddatur ipſa
deſcriptio: niſi cuipiā uoluptatis loco fiat cum ad aures perueniāt Pleu/
tauri Bardyetæ Allotriges: cæteriq; deterioris & deformioris appellatio/
nis homies. Agreſtis aūt eoꝝ īmanitas: nō ſolū ex ipſo bellādi uſu: uerū
etiā ex auia locorū lōgīquitate ꝓuenit: lōgīqua enī ad eos ē nauigatio:
longinqua etiam itinera. Cumq; nullis cōmiſceant aduenis: quæ ītet
homies cōmuia ſūt abiecere: & ōnē exuerūt hūanitatē. Quæ tn̄ ꝓ hoc tē
pus minus mīuſq; patiūt cū uigēte pace ad illos Rōani ꝓficiſcāt. Qui/
bus uero id mīus obuēit ꝑportuiores ſūt & ritu bæluaꝝ ſæuiores. Talis
cū adſit illis locorū ſterilitas: & qbuſdā mōtana duricies eius generis in/
cōmoditatem intēdi credibile eſt. Cæterū bella omīa hac tēpeſtate deſi/
erunt: ut dixi. Nā Cantabros & uicinas illis gētes: quæ adhuc latrocinia
retinēt Cæſar Auguſtus oppreſſit. Et q Romanorū ſotiorum prædōes
erant nunc pro Romanis rei militari ſeruiunt. Coniaci uidelicet & qui
Iberi amnis fontes incolunt: præter Tuiſos. Cui Tiberius ſuccedēs tri/
bus militū ordinibus impoſitis locos ipſos ex Auguſti Cæſaris inſtituto
nō modo pacatos: ueꝝ etiā urbanis præditos moribus effecit. Reliquus
Hiſpaniæ tractus eſt noſtrū a colūnis uſq; ad Pyreneos montes littus: &
huic incūbēs regio tota mediterranea. Latitudo quidem inæqualis: cæte/
rū longitudo paulo plurium q̄ ſtad mille quaternū. Spatia uero mariti/
mæ ſupra ſtad mille duo dicta ſunt. Ferūt aūt a Calpe proxīo columnis
monte ad Carthaginem nouam duo ſtad mille &.cc. Hoc uero littus a
Baſtetanis: qui & Baſtuli dicūtur: & ab Oretanis partim habitari tradit
Hinc habent aliæ ferme totidē uſq; ad Iberum: & Heletani. Intra Iberū
autē uſque ad montem Pyreneū & Pompeiana Trophea ſtad mille &
dc. habitare paruam Heletanorum partē. Reliqua Indicetos (ſic enim
appellantur) quadrifariam diuiſos. Inchoantibus uero a Calpe: dorſū in
parte quoddam montanum eſt ad Baſtetaniā & Oretanos pertinens ne
moroſum proceris arboribus maritimam mediterranea oram ſeparans
Hoc in tractu & auri & cæterorū effoſiōes multa per loca ſūt. In hoc lit/
tore primarium extat oppidū Malaca: quod tanto a Calpe quanto Ga/
des diſiungitur interuallo. In ulteriore terra Emporium eſt ingentia ha/
bens ſalſamentaria. Idipſū nonnulli Menacen opinātur: quam Phocen/
ſium ultimā urbē percepimus: quæ ad occaſum uergit. Cæterum ea ne/
quaq̄ eſt. Sed enim illa longinqus diſtans a Calpe a fundamētis effoſſa
iacet: græcæ urbis ueſtigia ſeruās. Malaca uero Phœniciæ ciuitatis pro/
pinquioris tenet formā. Deinde exitanorū ciuitas eſt: a qua ſalſamētaria
præcipuū nomē adepta ſunt. Dehīc Abdera Phœnicū ipſa ēt ædificiū.

Superiora regionis montanæ loca Vlyſſeam oſtētāt: in qua ē Mineruæ
tēplum: ut autor ē Poſidonius & Artemidorus & Aſclepiades Myrle/
anus: qui ī Turditania litterarii ludi magiſter extitit: q̄ de regiōis illius
gentibus exponēdis librū ædidit. Is monumēta quædā de Vlyſſis erro/
re in Mineruæ tēplo eſſe commemorat. Parmas ſuſpenſas Apluſtria ro
ſtraq; naualia. In Callecis autē quoſdā ex Teucri cōmilitōibus habitaſ/
ſe: ibiq; oppida fuiſſe: e quibus unū Hellenes. i. Græci: alterū Amphilo/
chi nominatū ē: ſicut Amphilochus eo in loco diē ſuū obiit: & comites ī
mediterranea errabundi fuere. Sic etiā nonnullos Herculis ſotios. Scri/
ptores etiam aliquos tradidiſſe refert Coloniam e Meſſana in Hiſpaniā
eſſe deductā. Lacōes etiā Cātabriæ partē tenuiſſe: & hic ipſe & alius te/
ſtis eſt ſcriptor. Illic & Obſicellā eſſe: quod & Lactiſma uocant urbem
Anthenoris & ſotiorū eiuſq; filiorū: quū in Italiā curſum tenuerunt. In
Africa quoq; credidere nōnulli Gaditanorū mercatorum fidē ſequuti:
ſicut Artemidorus ſcriptū reliquit: quoniā æthiopes Mauritaniæ acco/
læ in occaſū ſpectantes Lotophagi uocitantur loti cibus carpentes. Gra/
men ac radicē quādā nullo indigentes potu. Nec facultatē eius propter
aquaꝝ penuriā habētes. Horum natio uſq; ī Cyreneoꝝ loca extēditur.
Alii rurſus Lotophagi nominant alteram inhabitantes e regione paruæ
Syrtis inſularū Meningē. Haud ſane mirādū eſt poetā hoc pacto erro/
rē Vlyſſis fabuloſe deſcripſiſſe: ut mīta de Vlyſſis rebus memoriæ pro
ditis extra colūnas in Atlantico pelago diſpoſuerit. Quæ enim ab hiſto/
ricis tradūtur non multū abſunt. Sic de locis ſic de reliquis ab eo ꝓ fig/
menta enarratis: unde non longe a fide poeticum figmētū erat. Nec ſiq
hiſce credētes hiſtoriis: & multimodæ uatis ipſius cognitioni Homericā
poeſin ad cognatas ſcientiæ ac peritiæ materias cōuerterūt: quēadmodū
a Crate Malota: & aliis quibuſdā factitatū ē. Quidā uero adeo ruſtice ta
lē aggrediendi operis rationē admiſerūt: ut uatē ipſum non ſolū cuiuſ/
dā foſſoris aut meſſoris inſtar ex omni eius generis ſciētia extruſerīt: ue/
rum etiam eos q tale negociū attigerint furiis agitatos fuiſſe cēſeāt. Pa/
trocinium aūt caſtigationēue aut tale aliquid in eoꝝ maledicta cōferre:
ex iis auſus eſt nemo qui grāmaticā aut mathematicorū acumina tenere
profiteat: q̄uis eximius. Atqui aduerſus multa eorū maledicta & patro/
cinium & erroris emēdatiōem adducere fieri poſſe mihi uideī: ī ea præ/
ſertim quæ Pytheas quoſdā ſibi credentes fruſtratus eſt: quod per loco/
rū occidētaliū & aqlonariū ignorationē & Oceani contīgit. Cæteꝝ hæc
ꝑpræſētiaꝝ miſſa faciamus: quæ peculiari ſermōe ꝓlixius diſerēda forēt.
Græcos autē ad barbaras natiōes errabūdos pagraſſe: hāc cauſā habuit:
q̄a puas ī portiōes diſſipati fuerāt cū īperia ꝓ elationē atq; cōtumaciam

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuicem minime coaleſcerẽt: & conſpirationẽ inter ſe nequaq̃ haberẽt. Vnde contra externas inuadentiũ opes imbecilli facti ſunt : hoc uero ꝑ elatos ſpiritus. Quod quidẽ inter Hiſpanos maxime latius extendit: cũ ad uerſutũ natura ingeniũ: ſubdolã quoq; mentẽ adiungerẽt. Nã iuaſores & prædones effecti uitã degebãt. Ad parua primũ audaces: nec dũ ingẽtia aggrediebantur facinora: cũ magnas nódũ uires aut ſotietates cõparaſſent. Si enim ſeſe mutuo tutari uoluiſſẽt: neq; Carthaginenſibus: neq; prius Tyriis plurimã eorũ regionẽ ꝑ maiorẽ potẽtiã incurſantibus deſtruẽdi fuiſſet occaſio. Neq; Celtis q̃ nunc appellãtur Celtiberi atq; Berones: neq; Piratæ Viriaſtho: neq; Sertorio poſtea: neq; ſi alii plærique ãplificãdæ potẽtiæ auiditate ducebãtur: & Romanus populus augẽdæ potẽtiæ gratia aduerſus Hiſpanos particulatimq; cõtra ſingulas ciuitates bellũ multos protraxit ad ãnos: nũc hos nũc illos delẽs: donec ad annũ fere ducẽteſimũ atq; ãplius uniuerſos í poteſtatẽ redegerit. Ad iſtiutã igit᷑ orbis enarrationẽ redeamus. Poſt ea igit᷑ loca Abdera ẽ & Carthago noua: quã ædificauit Aſdrubal: is qui Barcæ Hannibalis genitori ſucceſſit. Ea ſane ẽ cunctaꝝ eo í tractu urbiũ potẽtiſſima. nã & munimine & murorũ ſtructura atq; pulchritudie & portuũ cõmoditate & lacus amœnitate ornatiſſima ẽ: nec minus argẽti effoſſionibus: de quibus ãte diximus. Hic & in propinqs locis frequẽtiſſima ſũt ſalſamenta. Hoc etiam ampliſſimũ ẽ Emporiũ: ſiue de rebus e mari ad mediterraneã ꝑportãdis ſiue ex ipſa regione foras ad omnis exportãdis. Hæc uero pars maritima hinc uſq; ad Iberũ in medio quodãmodo interuallo Sucronẽ habet fluuiũ & eius excurſum: & eiuſdẽ nominis urbẽ. Labit᷑ aũt e monte: qui ícũbenti cõtiguus ẽ dorſo: & e Malaca & ex íminẽtibus Carthagini locis pedeſtri uadabilis: undiq; ab Ibero æqualiter diſtãs: paululũ a Carthagine atq; Ibero diſiunctus inter Sucronem & Carthaginẽ tria maſ ſiliẽſiũ ſũt oppidula haud procul a flumine. Ex iis celeberrimũ ẽ Hemeroſcopeũ. i. diurna ſpecula in extremitate Dianæ Epheſiæ ſacellũ habẽs frequẽti religione cultũ: quo Sertorius ad res maritimas uſus ẽ receptaculo. Nã munitiſſimũ ẽ: ad rẽ piraticã itẽ percõmodũ: Nauigãtibuſq; lõginquũ præſtãs proſpectũ. Vocat᷑ aũt Artemiſiũ tanq̃ Dianiũ: ferrarias habens effoſſiones feraces ex propinquo: puſillas etiã inſulas Planeſiam Plũbariã & Limnothalaſſã íminẽtẽ: quæ in circuitu ẽ ſtad᷑. cccc. Dehinc Herculis íſula ẽ ad Carthaginẽ ſpectãs: quã a ſcõbroꝝ multitudine captorũ Scõbriã uocãt. Ex qbus Garũ (optimũ hoc ſalſamẽti genus ẽ) cõdit᷑. Abeſt aũt a Carthagíe ſtad᷑. iiii. &. xx. Rurſus altero Sucronis ex latere ad Iberi exitũ ꝑgẽti Sagũtus occurrit a Zacynthiis cõdita: quã Hãnibal cõtra Romani populi fœdera diruẽs: belli punici ſecũdi ſuſcitauit

incẽdium. Proximæ urbes ſunt Cheronneſus Oleatrũ Cartalia In ipſo que Iberi tranſitu Dertoſſa Colonia. Labitur autem Iberus a Cãtabris e meridie ortũ habẽs ꝑ magnũ cãpoꝝ ſpatiũ pari ſẽp íteruallo a Pyreneis diſtans montibus. Inter Iberi uero deflexiones & extremas Pyrenei partes: a qbus Põpei monumẽta fixa cernũtur prima ẽ urbs Taraco portu carẽs in ſinu quodã ſita Cæterũ in reliqs idonee cõparata nõ minus hac tẽpeſtate q̃ Carthago uiris probis ornata. Ad excipiendas enĩ príncipum peregrinationes egregie nata: & nõ ítra Iberũ modo : ſed etiã extra late Metropolis ideſt ciuitatũ mater ẽ. Gymneſiæ etiã íſulæ cõtra nõ longe iacẽtes & Eboſus dignitate præſtãtes oportunũ urbi ſitũ oſtendũt. Eratoſthenes aũt ei ſtationẽ eſſe affirmat iaciẽdis anchoris nõ admodũ cõmodã: ſicuti cõtra differẽs Artemidorus íqt. Vniuerſa ab colũnis huc uſq; maritima íportuoſa ẽ . Deíceps autẽ hoc ex loco commodis ornata portubus. Ager quoq; bonitate præcellẽs Leetanorũ & Lartoleetaꝝ aliorũq; taliũ uſq; ad Emporiũ. Illud enĩ ẽ a Maſſilienſibus ædificatũ a Pyreneis mõtibus ſtad᷑ mil. iiii. íteruallo & Hiſpaniæ finibus ad Galliã díſtãs. Hic ẽ aũt uniuerſus tractus agroꝝ & portuũ cõmoditate præſtans. Eo í loco Rhodope oppidulũ ẽ Emporiẽſiũ: quod plæriq; ab Rhodiis cõditũ fuiſſe tradũt. Et hic & in Emporio urbe Dianã Epheſiam eximia ueneratione colũt. In rebus Maſſilienſibus cauſã aperiemus : habitabãt aũt prius Emporienſes puſillã quãdã oppoſitã inſulã. Q̃uã nũc Paleãpolin. i. urbẽ ueterẽ nominãt. hoc uero tẽpore in cõtinẽti habitacula poſuere. Diopolis ẽ quã murus diuidit uicinos antea quoſdã ex Indicetis habẽs íquilinos. Qui et ſi ꝑ ſe ſuã agerẽt rẽpublicã: cõmuía tamẽ habere mœnia cũ Græcis tutelæ gratia uoluerũt. hæc aũt duplicata ſunt medio dirimente muro . Tempore íde procedẽte í eadẽ ciuitatis gubernacula cõuenerũt. Quod & in aliis multis euenit: barbaris & Græcis legibus mixtim tẽperatis. Præterfluit uero amnis ex Pyrene exoriens: cuius q̃dẽ egreſſio Emporienſibus portum efficit. Emporienſes egregie circa colligẽda lina opus agunt. Interiorẽ agrum: cũ aliaꝝ reꝝ: tum uero ſparti feracẽ habẽt. Qui uero inutilior ẽ ac tenuis iuncũ ꝓducit: ut etiã iuncariũ cãpũ appellẽt. Plæriq; ultimas Pyrenei mõtis ꝑtes uſq; ad Põpeii trophea tenẽt. Per quæ ex Italia ad interiorẽ Hiſpaniã ꝑgẽtibus iter eſt maxime ad Beticã. Hæc uia nũc quidẽ mari proxima: nũc aũt lõginqua reddit᷑: præſertim ubi ſpectat occaſũ. Ducit᷑ aũt Taraconẽ a Põpeianis monumẽtis ꝑ iuncariũ cãpũ & Betterones: & Marathoniũ: i. fœniculariũm: quẽ a naſcẽtibus late fœniculis: ſic latina lingua uocitãt. Dehinc ex Taracone ad traiectũ Iberi amnis ꝑ ciuitatẽ Dertoſſam: hinc ꝑ Saguntũ ꝓducta & urbẽ Setabin ſẽſim a mari diſcedit: & Spartario cãpo: q̃ ſicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

& alter Iuncarius:ita & ipſe Spartarius appellaꝫ:ſeſe applicat. Hic autē & ſpatioſus & aquarū indigens implicatū ſparto iuncū procreat: qđ ad omnis oras:potiſſimū in Italiā deuehitur. Antea mediū per cāpū atque Egelaſtas uiā ipſā & longinquā & aſperā eſſe contingebat. Nūc autē ad maritimā facta ē iuncariū tātūmō attingēs capū:ad idēq; pertēdes quo prior illa:ad Claſtonē ſcilicet & Obulconē:p quas & ad Cordubā & ad Gades uia perducitur:quæ duo ampliſſima ſūt Emporia.Diſtat autem a Corduba Obulco ſtaꝺ circiter.xxx. Ab rerū ſane ſcriptoribus traditū eſt Cæſarē e Roma Obulconē.vii.ac.xx.die peruenisſe in caſtra.Illa ibi dē eo tēpore fuerant:quo ad Mundā Martē cōſerturus erat. Tota quæ eo tēpore fuerat a columnis ad Hiſpaniæ Galliæq; terminos maritima huius generis eſt.Super hanc uero ſitus mediterraneus ager: is inq̄ qui inter Pyreneos montes: latuſq; ſeptētrionale uſq; ad Satyros ē duobus maxime finitur mōtibus.E quibus unus æqualiter a Pyrene diſtās producit a Cātabris exoriēs.In noſtro aūt finit pelago Idubeda uocitatus. Reliquus a medio in occaſū ꝓmeat: defluxus quidē in auſtrū & litus a colūnis protēdens.Hic uero nudus ac tenuis ab initio eſt tumulus:per Spartariū excurrēs cāpū. Applicatur autē ſyluæ ſup Carthaginē & Malacæ regionē:& Oroſpeda nominatur.Inter Pyreneū & Idubedā Iberus fluuius labit ab ābobus exæquo diſiunctus montibus & fluctibus hinc amnibus:ac reliquis refertus aquis. Ad Iberū urbs extat. Auguſtacæſaria uocitata: & Colonia quædā celſa habēs pōtis lapidei tranſitum.Ora compluribus habitatur gentibus:e quibus nobiliſſima Iacetana dicitur. Hæc a pyrenes radicibus inchoans ī cāpos uſq; latius extēdit: & Ilerdæ ac Ileoſce Ilergetarū locis adiungit non procul ab Ibero. Quibus in oppidis Sertorius pugnas geſſit extremas: & in Vaſconum urbe Calagurio & maritima Taraconis & Hemeroſcopio cum e Celtiberis fuiſſet electus: ubi aduerſa captus ualitudine diem ſuum obiit. Ad Ilerdam uero poſterioribus annis Afranius & Petreius Pōpeiani ductores ab diuo Cæſare debellati fuere. Diſtat Ilerda ab Ibero tēdentibus in occaſū ſtaꝺ.c.&.lx.A Taracone autē ad Auſtrū circiter ſtaꝺ.cccc.&.lx. Ad aquilonē uero Iſca ſtaꝺ.d.&.xl.Per hoſce mōtes ex Taracone ad poſtremos ad Oceanū Vaſcones ad Pōpelonē & Oedaſunē uicinā Oceano urbem uia eſt ſtaꝺ mille duobus &.cccc.ad Aquitaniæ & Hiſpaniæ confinia: Iaccetani ſunt in quibus ea tempeſtate ſertorius cum Pompeio belligerabat.Poſtea uero Pompeii filius Sextus aduerſus Cæſaris pæfectos. Supra Iaccetanos ad Septētrionem gens incolit Vaſconum In qua Pōpelon ſita eſt:ueluti Pompeiopolis:Pyrenes uero ipſius latus ī Hiſpaniā uergens conſitum ē uariis arboribus materiæ multitudine:& quæ ſemp

uirēs germinet. Alterū autē Galliam ſpectans: nudum omnio. Media uero loca conualles continēt:quas frequētes cultores habitāt.Quas quā maxima Hiſpaniæ nationis portio Cerretani tenēt:a quibus multifariā Perne condiunt Cātabricis perquāſimiles:prouētū non mediocrē hominibus exhibētes. Vbi uero Indubedā tranſieris: eueſtigio Celtiberia frequens diſpar occurrit.Magna illius pars inculta & aſpera:& fluuialibus inundationibus uaſta:q; per hos Anas defertur: & Tagus.& deinceps flumina plurima:quæ in occaſū irrūpunt oceanū. originē ex Iberis agris habentia.Quorū Dureias præter Numātiam:orāq; Sergūtiam currit.Cæteq; Betis ex Oroſpeda oriēs:per agrū Oretanū fluit ī Beticā. Eregione autē Septētrionis Berones Celtiberis proximi: & Cantabris Comiſcis habitāt:& ipſi e Gallica tranſmigratione orti. Horū urbs ē uaria:ad Iberi trāſitū ſita.Coniuncti ſunt & Bardyitis:q nunc Bardyuli uocātur. Ab occaſu Aſtures quidā ſūt: & ex Callecis aliqui:atq; Vacceis: uettonibuſq; & Carpetanis. Ab Auſtro uero Oretani:& ex Baſteranis quicūq; Oroſpedā īcolūt:& ex Dittanis. Ad oriētē autē Iubeda.Cumq; Celtiberi ipſi quadrifariā partiti ſint.Fortiſſimi ad ortū ac Meridiē ſūt: Vraci ad Carpētanos ptinētes:fonteſq; Tagi.Eorū nobiliſſima ciuitas eſt Numantia:quæ in bello Celtiberico:quod aduerſus Ro.populū geſtū eſt:uirtutē propriā oſtentauit.Quod uiceſimum perdurauit ad ānū. Complures enim exercitus cū Imperatoribus ad internitionē detracti. Nouiſſime aūt Numantini obſidiōe cincti:diuturna patiētia tolerarūt. Paucis dūtaxat exceptis:qui cedētes murū dediderūt.Sunt & Luſones: qui ad ortū ſpectātes:& ipſi ad Tagi fōtes pertinēt.Oppidū ē Aruactorum Segeda: & Pallātia.Numantia ab Auguſta Cæſarea:quā ſup Ibeq; ſitam eſſe diximus: abeſt ad ſtaꝺ. dccc.Celtiberoq; etiam urbes extant. Segobrica:& Bilbilis:circa quas Sertorius & Metellus prœlium cōmiſerunt.Polybius uero:cū Vacceorum:& Celtiberorū populos dinumeret:cum aliis ciuitatibus & Sageſamam:& Intercatiam colligit Poſidonius auctor eſt.M. Marcellū tributum ex Celtiberia exegiſſe talētum dc.Ex quo coniecturā facere licet:q; Celtiberorū natio frequentiſſima fuerat:& auri atq; argenti copia excellēs:rametſi agrum incolentes ſterilem.Polybius.ccc.urbes illorum:a Tiberio Graccho ſubuerſas eſſe:memoriæ prodidit quod ritu Comico: Tib. Gracchi gratia: dictū ē ab eo: qui turres urbis appellat.Vt in triumphalibus pōpis fieri mos ē Quod ab re nequaq̄ dictū eſſe crediderim. Nam Imperatores & rerum geſtaq; Scriptores:ut ornatiora efficiāt negotia:ad hoc mentiēdi genus efferūt. Cū etiā q urbes Hiſpanorū ſupra mille fuiſſe prædicāt:huc deduci mihi uideātur:ut ingentes uici: oppida nominētur. Haud enim agri illius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ígenium tam multas capere ualet urbes:tum quod ſterilis ſit:& alienus a moribus noſtris: & ímanſuetus: Tum quod eorũ uictus:& actiões lõge a littoribus noſtris:ad tale aliquid non edoceat. Nã qui per uicos habitant:agreſtes ſunt:cuiuſmodi magna ex parte ſunt Hiſpani. Ciuitates autẽ comitate & maſuetudine condiunt incolas. Neq; tamẽ id facile:potiſſimum cũ ad uicinorũ detrimẽtũ ſiluæ materiã occaſionẽq; ſuppeditent. Poſt Celtiberos:ad Auſtrũ ſunt montani:Oroſpedã habitantes: & ſpectãtẽ ad Sucronẽ regionẽ:Sidetani uſq; Carthaginẽ:& Baſtetani: & Oretani:ferme uſq; Malacã. Iberos autẽ uniuerſos: ſicut & de Luſitanis diximus: peltas geſtaſſe conſtat: & armaturis agiles:propter latrocinia: iaculo:fũda & gladio utebãtur. Inter pedites equitatũ ímiſcere cõſueuerant:equis ad conſcẽdẽdos mõtes edoctis: nec minus ad curuanda leuiter genua:quotiẽs iuſſi fuerint:ubi uſus exigit. Producit capreas Hiſpania:equoſq; ſilueſtres affatim. Quibuſdã in locis: Lacus incremẽta ſuſcipiũt. Cygni & eius generis aues plurimæ. Similiter & Otides ãnes procreant & Caſtoras. Et Caſtoriũ quidẽ:nõ eã quã Põticũ habet uim. Põtico enim propriũ eſt:ut uenenoſũ ſit:ut & aliis ꝓmultis. Cũ Poſidonius dicat:ſolũ ex ære Cyprio lapidẽ Cadmiã gigni:& Vitreolũ & Spodiũ. Peculiare uero Hiſpaniæ eſſe Poſidonius aſſerit: ut nigræ ibidem ſint Cornices. Cũq; Celtiberorũ equi ſubalib ſint:ſi ieexteriorẽ traducantur Hiſpaniam:colorẽ permutant. Sunt aũt Parthicorũ ſimiles. Nã & agilitate:& currendi dexteritate:reliquos anteire. Radicũ ad tinctura idoneaꝝ copia permaxima Oliua:uite:ficulnea:arboribuſq; ſimilibus:Hiſpanũ ad nos ſpectans littus abundat. Et exterius frequẽs eſt. Quibus oceani pars: Aquilonaris maxime:propter frigus indiget. Reliqua uero amplius:propter hominũ incuriam:cũ nulla educatione inſtituti:ſed neceſſitatis magis:& brutarũ animantiũ affectione: & deprauatis moribus uitã agant. Niſi quiſpiã ad educationẽ bonã: eos uitã degere exiſtimet:qui ex lotio:diutius intra cloacas ſeruato:lauacra ſibi cõficiãt. Quiq; ſibi ſuiſq; uxoribus: intritis purgamẽtis dentes abſtergãt:quẽadmodũ Cantabros:confineſq; illis factitare fama eſt. Humi dormitare: Iberis Galliſq; cõmune. Callecis deũ nullũ eſſe qdã aiũt Celtiberi & uicini ſui i Boreã habitantes:cuipiã deo:cuius nomẽ non extat:rotũda luna tẽpore noctur no ante fores:per omnis domos pernoctãt ſaltus agitantes. Vettones cũ primũ Romanoꝝ caſtra ítuentes:quoſdã cẽturiões de ãbulationis cauſa:deflectere uiã cernerent: íſanire hoíes ſuſpicati ſunt. Itaq; eis præcedẽtes uiã ad tabernacula cõmõſtrabãt:ꝓinde ac:aut fixos ꝓ qerẽ manere aut pugnare:neceſſariũ arbitrarẽtur. Quis aũt mulieꝝ nõnullaꝝ mũdũ: ĩter barbaricã nõ ponat formã? de quo mẽtionẽ fecit Artemidorus. Eas enim monilia ferrea:collo circũdata geſtare refert: ſupra uerticẽ coruos ícuruos habẽtia:& ãte frõtẽ lõgius ícũbẽtes. Hos uero ad coruos uelũ: cũ uelint attrahũt:ut extẽtũ faciei præbeant umbraculũ. Hocq; magnũ ducunt ornamẽtũ. Quadã í ꝑte tympanulũ circũducit: ad poſterioreſq; í occipite neruos capiti:uſq; ad auriculas adſtrictũ í altũ:latũq; paulatim ſupinatur. Alias ſinciput expilatũ enudare:adeo ut ãplius q̃ frõs ipſa pateat. Aliquas ípoſitũ ad pedis menſurã í ſublime ſtilũ erigere:cui Cæliẽ circũtexũt. Deinde pileo nigranti exornãt. Multa re uera ꝓſpecta ſermonẽ de omnibus diuulgãt Hiſpaniæ gẽtibus:potiſſimũ de iacentibus ad Boreã. Nec ſolũ de illaꝝ fortitudine:ſed etiã crudelitate: & amẽtia ritu beluaꝝ. Matres in bello Cãtabrico filios: prius q̃ í hoſtiũ manus capti peruenirẽt necauerunt. Puer qdã cũ parẽtes ac germani captiui:uinculis adſtricti iacerẽt:eos omĩs neci tradidit. Ita enim pater iuſſerat:attributo in poteſtatẽ ferro. Idẽ fecit mulier quædã de iis:qui ſecũ capti fuerãt. Quidã intra uinoſorũ cõuiuiũ inuitat:ſupra rogũ ſeſe coniecit. Hæc cũ Gallis Tracibuſq; cõmunia cõueniunt:& gente Scythica. Virorum mulierũq; cõmunis ẽ uirilitas. Rẽ ipſæ ruſticã exercent. Puerperæq; uiris miniſteriũ exhibẽt. Quos illæ earũ uice accũbere iubẽt. Interagẽdũq; ipſe lauãt. Ipſæ ad aliquẽ fluminis alueũ accũbentes:ſãtẽ pãnis ſuoluũt Poſidonius tradit hoſpitẽ ſuũ Charmoleũ ei cõmemoraſſe:uiꝝ quẽdã genere Maſſiliẽſẽ:uiroſ ac foẽinas í agro Liguſtico:data mercede ad agri foſſionẽ una cõduxiſſe. Vnã aũt ut pariẽdi dolores eã uexare cœperũt: nõ procul ab ope diſceſſiſſe. Enixãq; confeſtim opus repetiſſe:ne mercedẽ amitteret. Ipſe uero cũ eã difficulter cũ doloribus operãtẽ ítueret: cauſæ prius ignarus demũ edidicit. Itaq; mercedem exhibens:ipſã abire ſiuit. Elatum igit̃ tollẽs infantẽ:fõticuli cuiuſpiã lauit aquula. Et pannis quos habuit inuoluẽs:ſaluũ baiulauit ad ediculã. Nec illud Hiſpanis ẽ proprium:ut duo pariter uno uehant̃ equo. Cæterũ interpꝛeliãdũ alter pedeſter certamẽ init. Nec illis ẽ peculiaris ingẽs muꝝ multitudo. Vnde peſtilẽtes ſæpenumero ſecuti ſunt morbi. Hoc aduerſus Romanos aduenit in Cãtabria:ut eſſẽt qui accepta mercede: mures uenarentur:& quantitate deſignata:ſaluẽ uix aſſequerẽt̃. Eos aũt tum rerum aliaꝝ:tũ uero tritici deprehenderet ĩopia:ex Aqtania magno cum labore ac difficultate:ꝓpter locoꝝ aſperitates frumẽtabant̃. Hoc etiã de Cãtabroꝝ diuulgatur amẽtia. quod nonnulli cũ in manus hoſtiũ ueniſſent:crucibus deíde ſuffixi:lætitiæ pœna canebant. Huius qdẽ generis mores agreſtis cuiuſdã ferocitatis exẽpla ſint. Talia uero cum minus ciuilia ſint:nõ tamen beluaꝝ uitã referũt. Quẽadmodũ apud Cãtabros:uiros uxoribus dotes tradere:& filias hæredes deſignari:a qbus fratres earum uxoribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

exhibent'.Hoc qđē cū nō admodū ciuile ſit:muliebrē quandā habet tē/
perātiā.Hiſpanū & illud ē:ut de more toxicū apponat': quod ex olere:
apio cōſimili cōficiūt:nullū afferēs dolorē:ut ſi qđ afferat' iuitis:iprom/
ptu illud habeāt.Illud etiā eorūdē ē:ut ſeſe pro iis:qbus concilient' imo/
let:& pro eis morti ſe deuoueant : Quidā igit' hanc Regionē duas ī par
tes diuiſā eſſe tradūt.Sicut & ipſi diximus . Alii uero quinq; ptitam aſ/
ſerūt.Nec certū ī hiſce exponi poteſt:& ꝓpter ꝓmutationes: & locorum
ignobilitates.In notiſſimis enī ꝓtibus & fama celeberrimis:uarietates no
titia illuſtrātur:& agri ꝓtitiones:& uocabulorū trāſformationes & ſi quid
eiuſ generis ē.A multis enī diuulgatū ē:a Græcis maxīe:q ōniū facūdiſ/
ſimi fuere:ueꝝ quæcūq; & Barbara:& lōginqua & exiguos cōtinētia lo/
cos & diſſipatī ſita ſūt:de iis cōmētaria:nec tuta nec admodū mꝰta fue/
rūt.Adeo ut quotcūq; a Græcis rēota ſūt: ignoratiōem ītēdāt.Cæteꝝ La
tini qđē Scriptores Græcos ipſos ſane imitant'.At uero nō mꝰtū. Nā q̄
illi memoriæ cōmēdarūt:a Græcis accepta cōuerterunt . Ex ſeipſis uero
nō lōge ſuæ natiōis ſtudiū dilatauere. Vnde ſiq̄ ex illis diminutio defe/
ctuſq; fiat:nō mꝰta ab aliis ſuppleméta parāt'.Alioqn ipſis Græcoꝝ no/
minibus:claritate plurima excellētibus.Cū igit' tractus uniuerſus extra
Rhodanū terrāq; ītra Gallicos ſinus artatā:a priſcis illis uocitet' Iberia:
Noſtri ſæculi homīes ipſius cōfinia Pyreneos mōtes ponūt.Eādēq; Ibe
riā & Hiſpaniā noīant:q̄ ītra Ibeꝝ cōtinet'. Vetuſtiores aūt hoſipſos Igle
tas appellāt: non mꝰtū paſcētes agꝝ:ſicut auctor ē Aſclepiades Myrlea
nus.Romani uero totā eodē mō nomināt Iberiā & Hiſpaniā.Partē qđē
unā exteriorē:Alterā uero īteriorē dictarūt. Alio aūt ī tēpore:alio quoq;
pacto:pro reipublicæ magiſtratibus diuiſerūt:cū ꝓuintiæ nūc plebi Se/
natuiq; deſignētur. Nūc duci Romano. Betica plebi attribuit'. Ad quā
Prætor mittit': q Legatū habet & quæſtorē.Eius terminū ad ortū uſque
Caſtaonē cōſtituerūt.Reliqua Cæſaris ē:qui duos mittit Legatos: Præ/
toriū:& cōſularē.Prætorius quidē ſecū legatū habet:q̄ Luſitāis ius dicit
uicinis Beticæ.Extēdūturq; uſq; ad Amnē Duriā & eius oſtiū Hūc enī
agrū ſic appellāt:proprio in hūc diē nomine.Eo in loco ſita eſt Auguſta
Emerita reliqua.Hæc aūt ē plurima Iberiæ pars:Prætori ſubdita ē Cō/
ſulari.Haud īdignū habēti exercitū:tribus īſtructū ordinibus:ac legatis
tribus.E qbus unus duos ſecum ducens ordines:tractū trans Duriā ſer
uat uniuerſū:ad Arctos:quē antea qdā Luſitanos appellabant.Alii uero
nūc Callecos uocāt.His aūt ſpectātes ad Septētrionē mōtes:ꝓpīq; ſunt
cū Aſturibus:& Cātabris.Per Aſtures ſane defluit Melſus ānis: paulo/
que remotus ē Noega oppidū.Prope aūt ē Oceāi refuſio Aſtures a Cā/
tabris ſepās.Dehīc mōtiū ſūt radices:uſq; ad Pyrenē. Secūdus Legatus
cū altero adeſt ordine. Tertius autē interna cuſtodit.Cōtinet autē gētes
dictas ī pacis & māſuetudinis morē . Italicāq; formulā :cū togatā ſubīde
ueſtē īduāt.Hi autē ſūt Celtiberi:quiq; utrāq; Ibero ꝓpinquā regionē:
uſq; ad maritima īcolūt.Ipſe uero Imperator ī oris maritimis : maxīe ad
Carthaginē: & Tarraconē Iuriſdicionē agitās : ducit Hyberna.Aeſtiuis
autē diebus aliqua ſemp obit:intuēs quæ emendationis indigeāt.Adſūt
& Cæſaris procuratores: Equeſtris ordinis uiri: qui militibus ad uictus
ſui diſpenſationē pecunias diſtribuunt.E regiōe Hiſpaniæ inſulæ iacēt.
Duæ quidē Pityuſæ. Duæ uero Gymneſiæ:quæ Baleares appellantur:
quas inter Tarraconis & Sucronis maritimam eſſe ſitas contingit. Sup
hanc cōditū eſt Saguntum.Pityuſæ longius in bello exiſtentes:magis q̄
Gymneſiæ:declinātnr ī occaſū. E quibus una quidem uocatur Ebuſus:
urbē eiuſdē nominis continēs.Circuitus inſulæ ſtad'.cccc.Latitudo inæ/
qualis:uti etiā longitudo.Prope iacet Inſula Ophiuſa:lōge ac minor de/
ſerta.Gymneſiarū una qđē maior:duas habet urbes: Pallamā atq; Potē/
tiā.Hæc ad ortū ſita eſt.Pallama uero ad occaſū.Inſulæ longitudo ſtad'.
paulominus.dc.latitudo.cc.Artemidorus autē lōgitudinē: latitudinēq;
duplicauit.Minor autē altera a potētia ſtad'.circiter.lxx.diſtat. Multo q̄
altera īferior magnitudine minor eſt. Virtute uero ea nihilo īferior.Fer
tiles enim ambæ:& portuū bonitate præſtātes: licet oſtia latētes ſub aqs
petras frequētes habeāt:ut ſubeuntibus attētiore cura opus ſit. Locorū
autem uirtus paci deditos efficit incolas: quemadmodum & Ebuſi cul/
tores.Quom autem pauci quidam improbi: aduerſus maris prædones:
communis emolumenti gratia conſpiraſſent:crimine uniuerſis īſparſo.
Metellus cognomento Baleāricus:eos inuaſit. Qui etiam ciuitates mœ/
nibus circūſepſit: eandem ob uirtutem : aliorum inſidiis obnoxii: licet
ſtudio pacis intenti:tamen funditores optimi uocitantur:q; ut fama eſt:
ex quo Phœnices Inſularum potiti ſunt:egregie exercuerunt. Hi primi
mortales laticlauum induiſſe feruntur.Ad pugnas diſcincti erumpunt:
manu ſcutum geſtantes:& peruſtum iaculum raro ferratæ cuſpidis ha/
ſtam. Ternas circum caput fundas: e iuncis compactas geſtant : quos
melancrenas appellant:e quibus funes texuntur. Vnde & Philetas in li/
bro interpretationum:Hirta inquit ueſtis ſordida : rarus limbus inuol/
uitur : & iunceum ornamentum : perinde ac iuncis circūcinctis : fun/
das uero aut iunceas :aut ſetis contextas : aut neruis geſtant . uel lon/
gioribus habenis : uel breuioribus : uel mediocribus : ad remotiores
iactus uel propinquiores uel medios. A puerilibus hoc pacto ad fun/
das exercebantur annis : ut alioquin ne panis quidem pueris exhibe/
retur:niſi funda quicq̄ prius attingerent.Quocirca Metellus propius

Insulas adnauigans:pelles nauiũ tectis prætẽdit: ut aduersus fundarum iactus tegmina essent.Deinde ex Iberia tria Romanoꝝ milia introduxit accolas.Præter agri uero feracitatẽ:& illud hisce in locis cõmoditatis ad/est:ut ullũ noxium animal nõ facile repias.Nã cuniculos nequaq̃ idige/nas esse asserũt.Q uinimo cũ ex propiqua Insula:qdã marem ac fœmi/nã attulisset:tanta ab initio facta eoꝝ ẽ procreatio:ut ex subterraneis cu/niculis domicilia subuerterẽtur:& arbores &(ut superius cõmemorauí) homines ad implorãdã populi Romani opẽ:cõfugere coacti sint.Nunc autẽ cũ ad tractãdã eorũ uẽationẽ aptissimi facti sint : nulla inualescere sibi dãna permittũt. Veꝝ possessores magnã ex terræ fructibus utilita/tẽ assequuntur.Hæ quidẽ intra colũnas: quas Herculeas uocãt existũt. Iuxta has paruæ duæ adiacẽt insulæ.Q uorũ altera Iunonis nominatur Insula Quidã sane & has uocauere columnas.Extra colũnas Gades sũt: de qbus tãtũ solũmodo diximus:q̃ a Calpe stad'.dcc.&.l.iteruallo dis/iungũtur.Prope autẽ erũpẽtem Betim sitæ sunt:de quibus prolixa dis/seminat' oratio.Hi etenim sunt uiri:qui & plima:& ingentia emittentes nauigia:nostrũ & exterius mare nauigãt:cũ neq̃ magnã habitẽt Insulã: neq̃ multũ e cõtinẽte fructum legãt:neq̃ aliaꝝ ubertate fruãtur Insula/rum:sed magis pelagus inhabitent.Pauci admodũ rẽ domesticã curant. uł Romæ morã ducũt.Nã incolaꝝ magnitudíe:nullis extra Romã po/sitis:gẽs esset iferior.Igit' accepi i uno ætatis nostræ cẽsu: equestris ordi nis Gaditanos uiros quingentos esse cẽsos;quot i nulla Italicaꝝ urbium: præter Patauinos obuenere. Tot autẽ numero cũ sint:Insulã habitãt nõ lõgiorẽ stad'.c.cũ latitudo uspiã stad'.unũ nõ excedat.Oppidũ initio in/habitabãt sane pusillũ.Balbus uero Gaditanus uir triũphalis:aliud ísu/per illis ædificauit:qd' Neapolin uocãt.Ex ãbabus deducta ẽ Didyma: nõ ultra stad'.xx.cõplexa:nec ea qdẽ anguste habitata:quippe cum mo/dici sint eius cultores.Cum maiore ex parte maritimas nauigatiões om/nes exerceãt:partim etiã continẽtem incolant:præsertim uicinã quãdam Insulã:ꝓpter ipsius fertilitatẽ:quã uelut æmulã Didymæ fecere ciuita/tẽ:tãta ẽ loci delectatio.Pauci in illius cõparatione:& hic habitacula te/nent : illius etiam naualis gratia : quod quidem nauale illis in opposita continente Balbus extruxit. Ciuitas ad occiduas Insulæ partes iacet.Ipsi quoq; ísulæ proximũ i extremis ẽ Croniũ. Ad alterã ptẽ ad ortũ cõuer/sũ ẽ Heracliũ:quo ex loco maxime cõtinẽti coniũgit' Insula:ad stadii la/titudinẽ:medio iteriacẽte pelago semota. Tẽplũ ab urbe. xii.milia pas/suũ abesse ferũt:quãtũ certaminũ:tãtũ & miliariorum numeꝝ faciẽtes. Maius autẽ ẽ ferme tãto:quãta ẽ Insulæ lõgitudo.Est autẽ Insulæ ab occa/su i ortũ magnitudinis spatium . Pherecydes autem Gades: Erythiam uidetur appellasse.In qua ea:quæ de Geryone uulgãtur fabulis ísinuãt. Alii uero adiectã huic urbi Insulã: quã stad'.iteruallo Euripus iterlabẽs segregat.Lætitiã autẽ pabuli uident:quod pascẽtiũ ibi pecudũ lac:serum nõ efficit.Caseũq; multũ imiscentes aquã cõficiũt:tãtũ exuberat pígue. Triceſimo die animal suffocat':nisi quicq̃ cruoris exhauriat'.Herba ue/ro quã pascũtur oues:sicca quidẽ est:sed incredibilẽ gignit aruinã. Qui bus ex rebus fabulã: de Geryonis armẽtis cõfictã esse cõiecturas faciũt. Littus autẽ uniuersũ cõmune frequẽtibus habitatoribus ẽ.De Gadiũ ue/ro ædificatione:Gaditani talia memoriæ mãdauere. Tirus datũ esse ora/culũ:quo ad Herculis colũnas coloniã mittere iuberẽtur.Q ui speculã/di gratia missi fuerãt:ubi ad fretũ & ad Calpes angustias peruenere:or/bis terminos esse rati:& ibi Herculeæ expeditionis finẽ: & has ab Ora/culo colũnas nominari:ítra angustias:quẽdã ad locũ constiterũt: in quo nũc Axitanoꝝ ciuitas ẽ.Ibi facto sacrificio:cũ læta nequaquã hostiæ por tẽderẽt:retro flexere rursũ.Post tẽporis iteruallũ missi:extra fretũ stad'. mille &.d. ꝓgressi:in Insulã Herculi cõsecratã peruenere:quæ ad Nobã Iberiæ urbẽ iacet.Existimãtes hic esse colũnas Herculis:deo sacrificium ístituisse.Nõ portẽdentibus læta rursus hostiis domũ repetisse . Tertio cũ classe missos Gades cõdidisse & Phanũ:ad spectãtes ad oriẽtẽ insulæ partes ædificasse.Vrbẽ autẽ ad Occasũ.Q uamobrẽ nonnullis angusti ipsius freti ultima:Colũnas uideri.Q uibusdã uero Gades.Aliis lõgius a gadibus foris iacere. Aliqui colũnas Calpen:& abilycẽ opinati sũt: mõ tẽ ex Africa ꝓcũbentẽ.Q uẽ Eratosthenes i Metagonio:Numidaꝝ gẽ/te sitũ asserit.Q uidã autẽ exiguas prope utrãq; Insulas:e qbus alterã Iu/nonis Insulã nũcupãt. Cæterũ Artemidorus : Iunonis qdẽ Insulã:illius tẽplũ appellat.Atq; aliã quãdã esse iqt: Neq; mõtẽ Abilyca: Neq; Me tagoniũ gẽtẽ esse.Errabũdos autẽ scopulos:atq; Symplegades:horũ nõ/nulli trãsferũt:eas esse colũnas opinati:quas Pindarus portas Gaderidas uocat:ad has nouissimas Herculẽ profectũ esse dictitans. Verũenimue ro Dicearchus:Eratosthenes:Polybius:& Græcorum plurimi:ad Euripi angustias:colũnas esse manifeste demonstrãt. Hispani autẽ & Afri:apud Gades esse inquiũt.Ex iis enim quæ circa fretũ illud existãt:nihil esse co lumnis simile. At qdã alii colũnas dici illas aiunt:quæ ítra Herculis ædẽ i Gadibus existãt. Sũt autẽ ex ære:cubitoꝝ.viii.In qbus cõstruẽdi tẽpli sũ ptus iscriptus ẽ. Ad quas cum peruenĩãt: qui nauigationem absoluerit: Herculi sacra ferentes : a deo se iuuari instruuntur. Hic maris & terræ finem esse . Hunc uero similiorem esse sermonem : etiam Posidonius arbitratur:qui de oraculo:deq; legatis dicta mẽdatiũ:de Phœnicũ more putat esse. De legatis sane quis contra fidẽ :aut argumẽtum:neutram in

partem incredibile affirmare ausit. Illud aũt quippiam habet itelligentiæ: nõ paruas quasdã Insulas aut mõtes: pro colũnis uideri dicere: sed inuestigare: quæ nã proprie colũnæ dicant. Qui sunt mũdi: & habitabilis terræ: uel expeditiõis Herculeæ termini. Veteribus enĩ hic mos affuit: huius generis cõfinia ponere: quẽadmodũ Regini columellã: turrim quandã exilẽ: super freto locauerũt. Et huic columellæ turris: quã Pelori nuncupãt: e regione sita est: & quæ Philenorũ dicuntur aræ: in media quodãmodo Syrtiũ tellure sunt. In ipso quoq; Corinthiaco Isthmo: colũ nã quãdam locatã fuisse: memoriæ proditũ ẽ. Quã Iones dum atticũ: & Megarensẽ occupassẽt agrũ: constituere cõmuniter. Simul & q ejectis illis e Peloponeso: Peloponesũ i potestatẽ redegerũt. E parte quæ Megara spectat: hoc inscribentes pacto: Hac nõ qdẽ Peloponesus ẽ: ueꝝ Ionia. Ex altera aũt pte: Hac Peloponesus: nõ Ionia ẽ. Alexãder uero Indicæ militiæ fines posuit: i iis uidelicet locis aras: ad quos i oriẽtẽ puenit: ad Indoꝝ extremos Herculẽ ac Liberꝝ patrẽ imitatus. Iste qdẽ mox extitit. Cæterꝝ locos ipsos titulos pmutare credẽdũ ẽ. Maximeq; quom tẽpus locatos absumit termios. Haud enim hac tẽpestate Philenoꝝ pdurãt aræ. Sed locus alia assũpsit uocabula. Nec uero in terra Indica: ullas Herculis stãtes: aut Liberipatris colũnas: spectatas fuisse memorat. At locis qbusdã idicatis: Macedones illos colũnas esse credidisse dicimus. In qbus signũ aliquod offẽderũt: de rebus gestis Herculis: aut Liberipatris: quas historiaꝝ scriptores posteritati cõmẽdarũt. Hic etiã haud icredibile ẽ: priores illos fabricatis manu finibus: usos esse. Altaribus scilicet aut turribus aut columellis: eos apud locos: ad quorũ ultima illustres uiri puenerũt. Illustria uero sũt huiusmodi freta: icũbẽtes montes: minores Insulæ: ut Regionũ prios: aut postremos designemus limites. Quõ aũt manu cõstructa: defecere monumẽta: i locos ipsa traducta sũt nomina: siue Insulas siue promõtoria dicere malueris: a qbus fretũ ipsũ efficitur. Hoc uero iã definire arduũ ẽ: utris cognomẽtũ applices: cũ utrisq; similes esse columnæ uideãtur. Dico aũt similes esse: quoniã i eius generis locis constitutæ sunt: qui aperte ultima denominant: pro quo & fretũ os dicitur: & hocipsũ & alia complura. Ipsus os quidem intronauiganti/bus: initium est. Foras autem e nauigantibus: exitus & extremũ. Itaq; Insulæ i ore pexigue: quæ descriptionẽ facilẽ & insignẽ habẽt: nõ tenuiter colũnis eqperari possũt. Pariter & iminẽtes freto mõtes: q eminẽtiã quã dã eiusmodi ostẽdãt: sicuti columellæ uł colũnæ. Recte ꝓinde Pidarus portas dixit Gaditanas: si i Ostio colũnæ itelligant. Ora nãq; silꝝia portis habẽt. Gades aũt talibus i locis nõ cõsistũt: ut extremitatẽ ostẽdãt. Sed i magni medio littoris: multis insignito finibus iacent. Ipsas uero colũnas Herculeas: ad ipsũ referre littus: minus profecto pat est: minorisq; ut cẽseo rationis. Nõ enim credibile dixerim huius nominis gloriã a negotiatoribus potius: q̃ Principibus atq; ductoribus: accepisse primordium: & simul inualuisse memoria: sicut & de Indicis columnis. Cui quidẽ rationi: alioquin testimoniũ ipsa affert inscriptio: quæ ut ille inquit: non tẽpli ædificationẽ: sed ipensæ summã indicat. Et enim Herculis colũnas: non Phœnicũ ipẽsæ: sed illius magnificentiæ monumentũ extare. Polybius aũt scriptũ reliquit quẽdam Gadibus: in Herculis tẽplo fontẽ esse: gradibus modicis ad aquã descẽsũ habentẽ: quæ potionibus idonea ẽ. Ei cõtraria maris fluxibus obuenire. Quõ enim illud augeat: hic ipse deficit. Quom uero refluit cõpletur. Causã aũt allegat: quod spiritus qui e fundo i superficiem: & supnas terræ partes excurrit: dũ terra ipsa operitur ab undis: secũdum maris accessũ: cohibet ab propriis huiusmodi egressibus. Ad interna uero reuersus: fõtis meatus obdurat: & aquæ defectũ efficit. Ea uero iterũ nudata: directos meatus agens spiritus: fontis uenas liberat usq; adeo ut facile & ubertim scateat. Artemidorus huic cõtradicẽs: quãdã a se causã ponit. Silaniq; opinionẽ memorãs Historici: nulla mihi memoratu digna uideat afferre. Perinde ac ipse cũ Silano prorsus ad hæc imperitus. Verũ Posidonius mendacẽ hanc historiã esse asserẽs: duos in Herculis æde puteos esse ait: Tertiũ in urbe. Ex iis q in Herculis tẽplo sũt: Alterum paruum assidue aquis exhauriri: & eadẽ hora destitutũ aspici. Cumq; aquari desierint: impleri denuo. Maiorẽ alterũ per diem uniuersũ aquationẽ exhibere. Aliorũ tamẽ more puteoꝝ diminutũ: noctu ipleri cũ aquatores destiterint. Cũ autẽ in ipso repletionis tempore crebro recursus aquarũ simul obueniat: ei esse contrarium maris refluxũ: inaniter arbitrati sũt idigenæ. Quod igitur historiæ fides abhibita fuit: & hic ipse dixit: etiam nos inter admirãda uulgatũ accepimus. Puteos quoq; tum ante oppidũ in hortis: tum interius esse audiuimus. Verum propter aquarum uitium: cloacas per urbem: aquæ fossatilis inundare. Si tamen & horum quisquam puteorũ ullã reciprocationis suspitionẽ ostentat: haud sane nouimus. Quod si hæc accidãt: ipsas inter difficilia causas accipi oportet. Nam eo modo: quo Polybius inquit: ieiunum habere uerisimile est. Credibile etiam est: uenarum aliquas fontanarum exterius humectatas lassari: & aquis i obliquum effusionem magis præstare: quam per pristinum alueum i fontem retundere. Humectari aũt inundante fluctu necessarium est. Deinde sicut Athenodorus inquit: quod circa aquarum incrementum: aut decrescentiam obuenit inspiratiõi: aut expiratiõi pq̃simile uidetur. Si aliquæ fluentes aquæ: p alios qdẽ meatus effundũt effluxionẽ: secũdũ naturã in supficiem: aquarum

ora fontis appellamus. Per alios uero meatus: ad maris fundum contra/
hunt. Illud ſimul extollentes: ut iundet. Quando uero ipſa expiratio fi/
at ut propriū: nūc deſtituat: nūc repetat alueū: cū & illud reuerſionē ac/
cipiat. Neſcio aūt quonāmodo Poſidonius: cū Phœnices cæteris ī rebus
idoneos eſſe demonſtret: hoc loco eorū fatuitatē potius: q̄ acumē dānat.
Nā dies ac nox per ſolis mēſuraſ ambitū: iterdū ſub tellure: interdū ſu/
pra tellurē apparētis. Oceani uero motū ait ſyderis ſubire circuitū. Quē
dā quidē diurnū: Quēdam mēſtruū: Quēdā ānuum: ut Lunæ contigit.
Quo enim tēpore iſta Zodiaci magnitudinē excedit orizontis: mare ter
ram aſcendere incipit: ſenſu teſte: quoad in cæli mediū cōſenderit. Vbi
uero declinare ſydus ipſū cœperit: ſenſim rurſus pelagus reuertitur: do
nec occidentis ſignū Luna exuperat. Deinde tanto eadē ī conſtātia tēpo
re manet: quanto luna ad ipſum coniungiť occaſū: & adhuc tāto magis:
quanto ſub terrā mota: ſignum ab orizonte diſtet. Poſtea rurſus aſcēde
re: quouſq; ſub tellurē in cæli medio ſit. Deinde regredi quoad in ortū
Luna ſit procedens: ac ſignum diſtat ab orizonte. Conſiſtere uero uſque
quo ſignū ſupra terrā eleuetur: & rurſus aſcendere. Hanc diurnā quidē
eſſe circuitionē aſſerit. Menſtruā uero quoniā maximi circa coniūctiōes
reflexus efficiunť. Deinde uſq; ad dimidiam minuūť. Iterū augētur uſ
que ad rotūdā Lunæ formā. Diminuuntur uſq; ad dimidiā decreſcētē.
Poſtmodū uſq; ad coniunctiones incrementa fiunt. Tēpore aūt & uelo
citate creſcētias abundare. Annuos uero a Gaditanis perdidiciſſe refert.
Hi qiudē aiunt: ut circa tropicū æſtiuū maxime creſcāt: & receſſus & ac
ceſſus. Ipſe aūt a Tropico uſq; ad æquinoctialem: diminui exiſtimat. At
creſcere uſq; ad hyemalem tropicum. Deinde ad uernū æquinoctiū de
creſcere. Porro creſcere ad tropicū æſtiuum. Itaq; cum circuitiones iſtæ
die noctuq; fiant: in utriuſq; ſimul tēpore mare bis accedat: atq; bis di/
ſcedat: & diurni tēporis atq; nocturni ordo ſeruetur. Quonammodo
putei repletiones: pro maris incrementis: multotiens euenire putāt? Nō
autem ſæpe aquarum defectiones? uel multotiens quidem: non autem
paribus uicibus? uel etiam paribus uicibus? Gaditanos uero ad hæc ob
ſeruanda minime idoneos extitiſſe: quæ cotidiana fiant. Cæterū quæ co/
tidiana fiant: obſeruaſſe ex iis: quæ ſemel quotannis eueniant: per circu/
itiones ānuas. Quibus eū tamē fidē adhibere liquet. Ex q̄bus diminu/
tiōes & acceſſiōes fieri ſupplicať: e tropico ī alteꝝ tropicū: & īde reuerſio
nes denuo. Atq; nec illud credibile fit: qd̄ cū ad obſeruādū accurati ſint:
eueniētia nō uiderīt: nō eueniētibus aūt crediderīt. Itaq; Seleucū quēdā
a rubro mari profectū ait: quādā ī his æqualitatē ī æqualitatēq; ſecundū
ſignorum differentias referre. Cū enim in æquinoctialibus ſignis Luna
cōſiſtat: æqualia fieri quæ accidāt. In tropicis aūt īæqualitatē & multitu/
dine: & celeritate prorſus exiſtere. Ex reliquis uero ad ſingula: ſecundū
appropinquationes proportionē effici. Ipſe autē ſe dicit: cū rotunda cir/
ca tropicū æſtiuū Luna: in Herculis tēplo Gadibus uerſaretur dies cō/
plures: ānuas differentias intelligere nequiuiſſe. Circa menſis illius aūt
coniunctionē: magnā ī Ilipa annotaſſe permutationē: præter ſuperioris
tēporis fluminis Betis refuſionis. In quibus nec ad medietatē ripas irri/
gabat. Per id uero tempus: adeo ſupfuſas inundaſſe aquas: ut eodem in
loco milites aquarentur. Ilipa uero a mari ſtaď. dcc. abeſt. Finitimoſq; pe
lago cāpos ad ſtaď. xxx. altitudinē: ex inundatione demerſos. Ita ut inſu/
læ deprehenderentur: & fūdamētorū Herculei tēpli ſublimitas & ipſi/
us aggeris: qui ante portū Gadibus procumbit. Qui ab eo mēſura quæ/
ſitus ut aſſerit: decem etiam cubitis cohoperiri uix poſſit. Quod ſiqs fa/
ctas aliquo in tēpore acceſſiones duplicatas adiecerit: ſic magnitudinem
inundationis in cāpis manifeſtiſſime exhiberet. Hoc cōmuniter accide/
re traditur: per uniuerſā circumiacētem. Oceano plagā. At nouū quid/
dam de Ibero amne: eiq; peculiare iſte cōmemorat: Siquidem eū inquit
nonnullis in locis abſq; hymbribus: abſq; niuibus inundationibus late
ſpargi: ubi ab Aquilone uenti frequētes ingruāt. Cuius rei cauſam eſſe
aſſerit lacū per quē elabitur. Cum illo enim lacus aqua: impellentibus
uētis extrudiť. De arbore quoq; Gadibus exiſtēte ſcriptis ꝓdidit: quæ
ramos humum uſq; incuruatos habeat: frōdes ſæpiſſime mucronis ſpe/
cie geſtantes: quaꝝ ad cubitū longitudo eſt Latitudo uero digitoꝝ quat/
tuor. Circa nouā Carthaginem arborē eſſe: quæ de ſpina corticē emittat:
ex quo telæ pulcherrimæ conficiantť. Huic quidē Gaditanæ nos ī ægy/
pto: in ipſa ramorū curuatura ſimilē perſpeximus. Cæterū fronde diſſi/
milē: ac infructuoſā. Hanc autē fructū ferre dicit. In Cappadocia quoq;
e ſpinis collecta texuntť. Arbor autē nulla ſpinas affert: e quibus cortex
extet. Verum humi ſerpens herba. Gaditanæ uero arbori & illud ínatū
eſſe traditur: quod uno fracto ramo lac effluit. Quod ſi radicem abſcide
ris minii humor exudat. De Gadibus hactenus. Caſſiterides aūt Inſulæ
decem numero ſunt: inter ſe propinquæ: ad Aquilonem iacentes: ī pela/
gus expoſitæ ab Artabrorū portu. Earum una deſerta eſt. Reliquas ha/
bitāt homines colore fuſco: talares induentes tunicas. Cingula pectori/
bus geſtantes: cum baculis deambulāt. Tragicarū perq̄ſimiles furiaꝝ.
Victus illis utplurimū ex armētis nomadice: ideſt ritu paſtorali. Stagni
ac plūbi metalla: ideſt occultas ſub terra uenas habēt: ꝓ q̄bus ſimul &
pellibus tegulas ꝓmutāt: & ſales cū negotiatoribus. Nec mīus ærea uaſa.
Hanc negotiādi uiam ſoli ātea Phœnices e Gadibus miſſi aggrediebāť.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum interim curſum iſtum cūctos mortales ipſi celarēt. At enim Romani ut empori a illa noſcitarent:quendā conſectati ſunt naucleꝝ:qui p inuidiam ſponte limoſos in locos illiſa naui:eandem in cladē ſectatores inducens:ab naufragio euaſit ícolumis. Quo ex facto amiſſi oneris pretium:publice reſtitutum accepit. Romani tamen facientes crebro periculum:curſū illum nauigatione frequenti perdidicere. Poſtea uero q̄.P. Craſſus aduerſus eos trāſmittens metalla: paruæ altitudinis effoſſa cognouit:& mortales ipſos pacis ſtudio:maritimis omnío deditos actionibus:hanc optantibus induſtriam apperuit:licet amplius hoc ipſum mare ſit:q̄ quod inter Brittaniam iteriacet Inſulam. De Hiſpania quidem: & de adiacentibus Inſulis hactenus.

Libri quarti hæc ſunt Capitula.

Quæ ad Galliam:& Hiſpaniam pertinent.

Quantum intra ſe Italiæ alpes continent.

In his & Brittania:& nōnullæ í Oceano Inſulæ:quot eaꝝ habitari uidēt.

De Barbarorum plaga.

Quæ gentes ulteriora Iſtri habitant.

Einceps Tranſalpina Gallia exiſtit. Cuius forma prius adumbratione quadam deſcripta eſt:parirer & magnitudo. Nunc ſingula dicēda ſūt. Quidā eā tris in partes diuiſere. Aquitanos:Balgas:Celtaſq; nominatim appellantes. Aquitanos nō modo lingua:ſed etiā corporibus permutatos. Hiſpanis magis q̄ Gallis ſimiles. Reliquos uero Gallica ſane facie. Verum eadem non uſquequaq; lingua omnes: Sed pleroſq; paululū uariata. Rerū publicarū moderationes:& uiuēdi formulæ pauliſper immutatæ. Aquitanos & Celtas eos appellabant:quos Pyrene monti adiacentes:Cemmenus mons diſterminat. Montes ſiquidē Pyrenæi hanc Galliæ partē ab occaſu terminare dicuntur mare:utroque ex latere pertingentes:& internum & externū. Ab ortu Rhenus:qui æquali a Pyrenæis montibus ſpatio:ad lineā diſtat. Ab Aquilone & Meridie ſic iacet: ut ab Septētrionalibus promōtoriis Pyrenes íchoās Oceanus ambiat: uſq; ad Rheni eruptiones. E regione autē Maſſilienſe:ac Narbonenſe pelagus. Subinde alpes:ab ora incipientes Liguſtica:uſq; ad Rheni fontes. Cemmenus uero mons in Pyrenen:medios per campos recta pducitur:& in medio deſinit prope Lugdunū:ad ſtad. millia duo prolixus. Aquitanos igitur nūcupabant:qui ad Septentrionalem Pyrenes partē: & Cemmeniam habitant: uſq; ad Oceanū & intra Garumnā fluuium.

At Celtas qui ad alteram pertinēt plagā:ad Maſſiliæ:ac Narbonis mare:q; rupes Alpiū: aliqua ex parte attingūt. Belgas uero nominabāt reliquos Oceāo cōfines:uſq; ad oſtia Rheni:& nōnullos Rheni:& Alpium uicinos ícolas. Sic nanq; & Diuus Cæſar in cōmētariis ſcriptū reliquit. At.n. Cæſar Auguſtus quadrifariā ptinēs:Celtes qdē Narbonēſis prouinciæ definiūt. Aquitanos uero:quos & ille ſane extollens:inſuper decē adiecit gētes:ex iis quæ inter Garumnā:& Ligirin fluuiū colunt Reliquā dupliciter partiuit:unā quidē Lugduno applicans: uſq; ad ſuperiorē Rheni plagā. Alterā uero Belgis. Quæcūq; igitur ſecūdū naturæ partes diſtincta ſunt:orbis deſcriptori dicēda ſūt: & quæ ſecundū gentium habitationes:quicquid mentiōe dignū eſt. Quæcūq; uero principes reipublicæ tēporibus obſequentes:uariis modis inſtituunt:ſūmatim cōmoraſſe ſatis eſt. Diligentia uero cæteris concedenda. Hæc igitur plaga: omni ex parte fluuiis ſpargit. Cū alii ex Alpibus:Alii ex Cēmēo:& Pyrenæ deferātur. Nōnulli etiā í Oceanū: Aliqui í noſtꝝ pelagus erūpant. Loca uero per quæ diffluūt: utplurimū cāpeſtria ſunt: tumuliſq; prædita:fluentiſq; nauigabilibus cōmoda. Sic aūt naturæ bonitate:inuicē ſeſe ānes habēt:ut ab utroq; in utrūq; mare facile ſarcine deportētur:puſillo terræſtris itineris ſpatio:cū plurimū p ānes: aut aduerſos ſubuehāt aut ſecūdos deuehāt: Eā ad rē nonnihil excellit Rhodanus. Nā multis ex locis aquæ in illū cōfluunt:ueluti dictū eſt. Iſq; noſtro adiūgit mari: qd externo melius eſt:feliciſſimos quoq; p agros huius regiōis diffluēs. Narbonenſis enim ora:eoſdem quos & Italia fructus producit. Quod ſi proficiſcaris ad arctos:mōtēq; Cēmenum:oliueta ficiq; deficiūt. Alia uero procreantur. Vlterius uero progrediēs:nō facile uitē:uuas ad maturitatē conficere perſpicies. Alia uniuerſa frumēta:miliū: glādē: ubertim gignit:& omnis generis pecora. Nulla ipſius pars inculta iacet: excepto dūtaxat ſi quid paludes:ac ſiluæ coli prohibeant. Atq longe magis hominū frequētia:q̄ cura incolit:aut diligentia. Et enim mulieres quidem fœcunditate:& educandi ſtudio optime. Viri autē bellorū magis:q̄ agri colēdi ſtudioſi. Hac autē ætate terraꝝ cultionē: depoſitis armis cogūtur amplecti. Iſta quidē de tota exteriore Gallia:cōmunia dicimus. De quadrifaria uero ſic facta diuiſione:ſingulas repetentes partes:in figuræ modū diſſeramus:& de Narbonēſi prío. Huius forma diſtātibus quodāmodo inter ſe ad Pyrenē lineis:ab occaſu deſcribitur. Ab Septētrione aūt ad Cēmenū. Ex reliquis autē:aliā ſane ad Auſtrū mare cōficit: quod inter Pyrenē:Maſſiliāq; iacet. Ab oriēte uero partim Alpes & interuallū: quod iter Alpes p rectā ítercipitur:& radices Cēmeni:ad Rhodanū uſque ptinētes. A qbus ad prædictā Alpiū rectā:directus efficit angulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad Auſtrale autem latus:ad dictã figurã deinceps maritima iacet: quã tenent Maſſilienſes:& Sallyi uſq; in Ligures.Italiã uerſus:& flumẽ Varũ.Hic facile ẽ ut antea diximus:primus Narbonẽſis ore finis & Italiæ. Aeſtiuo quidẽ tẽpore:ſane perexiguus: Hyeme uero ad ſtad'.uſq; .vii. latius expãdit'. Hic igit' littus uſq; ad Pyreneæ Veneris tẽplũ extẽdit'. Hic eſt & huius prouintiæ:& Hiſpanienſis terminus. Quidã uero hũc tractũ:in quo Põpeii Trophoea ſunt:Hiſpaniæ & Galliæ cõfinia declarãt.Hoc ex loco uſq; Narbonem.lxiii.miliaria ſũt.At hinc Nemauſum .lxxxviii. E Nemauſoq; per Vgernũ:atq; Taraſconẽ; ad calidas aquas: quas Sextias nominant:prope Maſſiliã:ſunt milia.iii.&.l. Hinc uero ad Antipolin:& Varũ flumẽ.mil.lxxiii. Vt ſimul mil.fiant.cc.lxxvii.Quidã ſane ab Aphrodiſio:ideſt uenerio:uſq; ad Varũ ſtad'. eſſe milia.ii.& .dc.ſcripſerũt.Aliqui uero.cc.adiecerũt.Haud enim de interuallis concordãt.Per uiã autẽ alterã per Vocõtios:& Cottium:uſq; Gernũ:& Taraſconẽ:cõmunis eſt tranſitus ab Nemauſo.Hinc ad Vocontioꝝ fines: ad initiũ conſcẽdendarũ Alpium:per Druẽtiã: & Cabbalionẽ: miliaria. lxiii.Rurſus hinc ad alteros Vocõtiorum fines:ad Cottiũ mil.c.uno minus. Ad uicũ Epebrodunũ.Inde totidẽ per Brigãtu uicum:& ex Cingomago:& tranſitione Alpiũ;ad Ocelũ:ubi terra Cottii finem habet:& ab Cingomago iã Italia nominat'.Hinc autẽ ad Ocelũ mil.ſũt. xxvii. Phocẽſium uero ædificium ẽ Maſſilia:petroſo i loco ſita. Cui quidem portus ſubiacet.Saxũ uidelicet i Theatri forma:ad Auſtrũ ſpectans. Vrbs uniuerſa pulcherrimis circũcincta mœnibus:magnitudĩe eximia.In cuius arcæ Epheſiũ:& Apollinis Delphinii tẽplũ cõditũ eſt. Hoc quidem nomini Ionico omni cõmune eſt . Epheſium autẽ Epheſiæ Dianæ ædes ſacra eſt:Nã cũ Phocenſes a natali ſolo diſcederẽt:ſermonẽ excidiſſe traditur nauigatiõis pricipi atq; duci:ut ab diana Epheſia curſus initiũ auſpicarẽtur.Igitur Epheſũ appulſos percõtari; quonammodo ex dea imperatũ aſſequerẽt'. Porro Ariſtarchæ matronæ admodũ honoratæ:deã i ſomnis aſtitiſſe iperãtẽ ut accepto quodã a ſacris ſimulacro:una cũ Phocẽſibus nauigationẽ Ariſtarcha ſubiret.Eo autẽ confecto:ut primũ Colonia curſũ expleuit:& Phanũ ædificatum eſſe:& Ariſtarchã eximia ueneratiõe habitã: Tẽpliq; ſacerdotẽ deſignatã.Subĩde i ciuitatibus p colonias deductis:deã hãc ubiq; honorẽ i primis aſſequutã: Et eundẽ diui næ ſtatuæ ordinẽ: & reliqua eodẽ ritu ſeruari:quæ i ipſa Metropoli cõſueuere.Cæterũ Maſſiliẽſes rẽ urbanã p Optimates:& Ariſtocratiã regẽtes:oẽs legũ æqtate ſupant:cõſiliũ.dc.ex uiris iſtituẽtes:q quo ad uita ſupſit:id honoris genus habent.Quos Timuthos.i.honorificos appellãt.Quindecim uero Senati ſũt prĩcipes; qbus quæ ad manus prompta obueniunt:moderati ac regere datũ eſt.Rurſũ ex hiſce quindecim: tres ſũt præſides: quibus plurimũ poteſtatis attribuitur. Verũ ex his nemo Timuchus creatur:qui liberos nõ habet.Neue de ciuiũ ſanguine:tertiã p generationẽ ortus ſit.Eoꝝ leges Ionico de more:ſũt publice ꝓpoſitæ. Ipſoꝝ ager oliuetis ac uineris natura cultus:ferẽdis aũt frumẽtis:ob aſperitatem ſane tenuior ac ſterilis: Ea propter mari magis q̃ telluri fiduciã habẽtes:nauigationẽ pro eorũ ingenio delegerũt. Poſtmodũ tamẽ uirorũ fortitudine ualẽtes:quoſdã uicinoꝝ cãpos occuparũt:eodẽ ſane robore quo & urbes cõdiderũt:nonnullas inter Hiſpanos:quibus & Dianæ Epheſiæ ſacra:more patrio tradiderũt : ut & græcanicis ritibus immolarẽt.Amnis Rhodani curſus non parũ cõmoditatis Barbaris affert accolis.Eſt & Taurẽtium:& Olbia:& Antipolis:& Nicea:ad Sallyoꝝ gẽtem pertinẽs:& ad Ligures Alpiũ incolas.Iis adſunt naualia:& armamẽtaria. Superiori uero tẽpore: magna nauium facultas & armoꝝ . Inſtrumenta quoq; tum ad nauigãdi uſũ:tũ obſidẽdis urbibus idonea.Quibus & aduerſus Barbaros:obſiſtere ualuerũt: & Romani populi amicitiã concilirũt.Qui cũ illis permultũ utiles exiſterẽt: magnum ex ipſis ſuſceperũt incremẽtũ. Sextius potiſſimũ redactis ipoteſtatem Sallyis: non longe a Maſſilia:ſui nominis ædificauit oppidũ.Suæq; appellationis aquas dixit calidas:quarũ partẽ in frigidas permutatã eſſe ferũt.Ibi Romanoꝝ præſidiũ collocãs:Barbaros ex eis repreſſit littoribus:quæ ex Maſſilia ducũt in Italiã:cũ eos penitus cohibẽdi:Maſſiliẽſibus uires deeſſent . Nec ipſe plus ualeret:q̃ quãtũ per portuoſa loca ex mari : aduerſus Barbaros per ſtad'.xii. icurſaret.Per Thraconẽ uero ſtad'.viii.Relictã autẽ ab iis regionẽ:Maſſilienſibus attribuit.Cõplures in oppido ſuſpenſæ oſtendunt' exuuiæ:quas ab illis rapuerãt:q omni tẽpore maria crudeliter uexantes: bellis naualibus ſuperati fuerãt. Prioribus qdẽ ãnis: cũ cæteris i rebus: tũ uero ex Romani populi amicicia:eximia felicitate florebãt:de qua pmulta quis capeſſeret indicia.Romani Auẽtinæ Dianæ ſimulacrũ eodẽ modo diſponentes:apud Maſſiliẽſes collocauerũt.In Põpeiana uero aduerſus Cæſarẽ ſeditione:cũ uicte parti ſeſe addixiſſent: magnã ſuæ felicitatis iacturã fecere. Tamẽ penes illos:non pauca priſtinæ beatitudinis ueſtigia relinquũtur.Maxime circa machinarũ fabricã :apparatus nauales.Cũ autẽ confines iuxta Barbari mitiorẽ quot ãnis uictũ accipiãt. Et ab rerũ bellicarũ cogitatione:ad ciuiles iã iſtitutiones:terrarũq; cultum: propter Romanorũ uictoriã ſeſe conuertãt:nec iis ipſis tantũ circa prædicta ſtudiũ amplius obuenit.Inditio ſũt res ipſæ:ut hoc tẽpore cõſtitutæ ſũt. Nã primores urbis ad eloquentiæ:& philoſophãdi artes uertũt'. Adeo ut cũ ciuitas ipſa paulo ãte Barbaris diſcendi refugio remitteret':

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Gallos Græcis familiares cõparaſſet doctrina ingẽs Maſſiliæ:etiã cõ/
tractus græca oratione ſcriberent. Hac ſane tẽpeſtate nobiliſſimos Ro/
manos:pro Attica peregrinatione eo ad capeſſendas diſciplinas aduẽta/
re ſuaſit:q bonarũ artiũ cupiditate capiãtur. Hos igitur Galli uidẽtes ſi/
mul in pace degẽtes:ad tales uiuendi ritus:eorũ ocia pronis diſpoſuerũt
animis.Idq; nõ modo per uiros ſingulos:ſed etiã per cõmuia cõmoda.
Nã & priuatim:& publice ſapiẽtes ſuſcipiũt præceptores mercede col/
lata:ut de medicis mos ẽ.Frugalis autẽ uictus:atq; modeſtie. Maſſilien/
ſiũ:nõ minimũ quiſpiã illud ſignũ poneret: Dos enĩ illis ampliſſima cẽ/
tũ aurei ſũt.Ad ueſtẽ quinq;. Ad mundũ aureũ quinq;. Amplius uero
nullo pacto licet. Cæſar autẽ:& ſuccedẽtes porro ſecũdũ illũ Imperato/
res:aduerſus patrata in bello delicta:modeſtius ſeſe habuere:ãtiquæ me
mores amiciciæ.Suoq; iure uiuendi poteſtatẽ ſeruauere:quam ab urbis
conditæ primordio ciuitas habuerat.Adeo ut miſſis ĩ prouintiã Prætori
bus:non ciuitas ipſa: nõ ſubditi parere neceſſũ habeant. Hæc quidẽ de
Maſſilia.Iuxta mõtana Sallyorũ regio ẽ:ab occaſu ad ſeptẽtrionẽ ãpli/
us uergens: & paulatim abſiſtens a mari. Maritima ĩclinat ad occaſum:
modicũ a Maſſiliẽſiũ urbe progreſſa:circa ſtad. c.ad promõtoriũ ingẽs
admodũ:uſq; ad quaſdã lapidũ exciſiones ideſt latomias.Hĩc ĩ ſinũ cur
uari ĩcipit:& Gallicũ ſinũ efficere ad Aphrodiſiũ hoc ẽ ueneris promõ/
toriũ Pyrenes. Sũt qui Maſſiliẽſe nũcupãt.Eſt uero ſinus duplex.In ea/
dẽ enim circũſcriptione mõs excurrit Sigius:duos diſterminãs ſinus:&
Blaſconẽ prope ſitã aſſumẽs Inſulã. His e ſinibus:maior quidẽ proprie
Gallicus iterũ appellat:ĩ quẽ Rhodani oſtiũ euomit. Minor autem ad
Narbonẽ ſpectãs:uſq; ad Pyrenen eſt.Narbo nãq; ãpliſſimũ eius regio
nis Emporiũ:ſupra exitũ Atacis flũinis: Narbonẽſeq; lacũ iacet.Rhoda
no autẽ adiacet oppidum: Emporiũq; nõ paruũ Arelate.Hæc ipſa pari
& ĩter ſe interuallo Emporia diſtãt:& a memoratis promõtoriis. Narbo
qdẽ ab Aphrodiſio: Arelate uero ab Maſſilia. Vtrĩq; autẽ circa Narbo/
nẽ labũt ãnes alii.Nõnulli de Cẽmeniis mõtibus.Pleriq; aũt a Pyrenæ
is habentes oppida: in quæ non longa eſt aduerſis fluuiis nauigatio:par
uis quibuſdã nauiculis.E Pyrene qdẽ Rhuſceno:& Ilibirris ãnes exeũt.
E qbus uterq; eiuſdẽ nominis urbẽ habet.Iuxta Rhuſcenonẽ lacus ẽ:&
ager quẽ alluit: exiguus ſupra mare refertus ſalinis. Habet & effoſſiles
Ceſtrias piſces.Nã ſi qs duos aut tris fodiat pedes:& ĩ limoſã aquã fuſci
nã demiſerit piſcẽ eximiæ magnitudinis fixũ penetrat .Limo autẽ inſtar
anguillarũ alit.Hæc qdẽ flumina e Pyrenæo monte inter Narbonẽ:&
Aphrodiſium ex utraq; Narbonis parte:ac etiã ex Cẽmeno mõte ferũt
ĩ mare:quo ex mõte & Atax orit & Obris & Rhauraris.Sup altero qdẽ
ciuitas admodũ munita:apud Narbonẽ ſita eſt Blittera.Sup altero autẽ
Agatha: a Maſſilienſibus ædificata.Maritima quã dixi regio:unũ illud
de effoſſilibus mirãdũ habet piſcibus.Alterũ longe fere mirabilius qd
dicã.Nã in medio Maſſiliæ:& Rhodani ubi erũpit ſpatio cãpus ẽ:a ma/
ri centena diſtãs ſtadia. Tãta enim ipſius diametros exiſtit:cũ forma cõ/
ſtet circuli.Ab eo uero quod accidit petroſus appellat: lapidibus q ma/
nus impleant pleniſſimus.Sub quibus gramen exorit:a quo pecoribus
pabuli ſuppeditat ubertas.In medio ſaliæ ſcatent aquæ: Saliſq; uis ma/
gna. Vniuerſa circũadiacens ora: uentis expoſita ẽ. Egregie autẽ campũ
hunc Melãbotiũ:uẽtus uehemẽs terribilis & uiolẽtiſſimus procellis in/
feſtat.Quædã igit ſaxa diſtrahi uerſariq; tradũt. Et mortales e curribus
fractos euolui:Ipſoſq; uẽtorũ uiolẽtia:& ueſtibus & armis nudari . Dicit
igit Ariſtoteles:lapides a terræmotibus:quos Braſtos ideſt ebulliẽtes ap
pellãt: eiectos in plana:& ad curua loca prolapſos fuiſſe. Poſidonius ue/
ro lacũ eũ exiſtẽtẽ fluctuatione cõgelatũ fuiſſe inquit:quapropter ĩ plu/
rimis diſpartitũ eſſe lapides:ſicuti fluuiatilẽ glareã:littoreoſque lapillos:
leues quidem:& magnitudine pares.Cauſãq; reddit uterq;: & ueriſimi/
lis ãbor eſt ſermo.Ita enim aggregatos eſſe lapides:nõ p ſeipſos cõſiſte
re neceſſe ẽ:uel ex humiditate cõpactos ĩgentibus e ſaxis p tot fragmẽta
diſcretos extitiſſe.Eſchylus uero:difficilẽ redditu rationẽ perdiſcẽs: uel
ab alio ſuſcipiens:ĩ fabulæ locũ expoſuit. Prometheus nãq; ĩ exponẽdis
Herculi uiis:quæ ad Heſperidas e Caucaſo ducũt:apud illũ ſic loquit.
Ad fortẽ Ligurũ & timoris inſciũ aduẽtabis exercitũ: Vbi apte ſcio:nul/
lo de prœlio:aut Clypeo lamẽta emittere in trãſeundo. Nã ut tela te de/
ſtituãt:ĩ fator lege datũ ẽ.Ibi ne lapidẽ qdẽ ullũ e terra captandũ habe/
bis:cũ totus mollis locus exiſtat.Spectãs uero te opis egẽtẽ Iuppiter mi/
ſerebit:& nebulam ĩtẽdens:& rotũdar hymbrẽ petrarũ ĩfundẽs ſolum
ĩundabit.Quar ope congreſſus:facile Liguſticũ uaſtabis exercitum.Po/
ſidonius igit perĩde ac ipſos Liguribus inieciſſe:& accumulaſſe lapides:
melius eſſet q̃ Herculẽ tot indiguiſſe lapidibus dixit:tãta uero illorum
multitudo ĩnumerabili turbæ neceſſaria fuit. Vnde qui fabulã conſcri/
pſit:q̃ qui fabulã abnegat:ueriſimiliora dixiſſe uiſus ẽ.Verũ cũ poeta re
liqua fatorũ lege data eſſe dixerit:de rei cauſa indagãtẽ:lamentari nõ p/
mittit.Nã ĩ ipſis de prouidentia & fato ſermonibus:talia rer humanar:
& natura factarũ pmulta cõperies : ut de ipſis dicere liceat: hoc q̃ illud:
lõge præſtãtius factũ ẽ.Sicut hymbribus abũdare Aegyptũ. Sed terrã
Ethiopiã nõ irrigare.Parin quoq; dũ in Spartam nauigat: adiſſe naufra/
gium. Ver cum Helenã rapuiſſet:uiolati iuris nõ luiſſe ſupplicia:cũ rã
tã Græcorũ:& Barbarorũ cladẽ ediderit: qd ĩ Iouem retulit Euripides.

Pater inquit Iuppiter Troianis quidem mala:Græcie uero cladem ĩferi cupiẽs:hæc ſane decreuit.De Rhodani fluminis oſtiis Polybius Timæũ increpat.Eũ nõ quinq; ſed duo habere dicẽs oſtia. Artemidorus aũt tria iquit. Timæus uero poſtea obtuſa cernẽs oſtia accedẽte: & accumulato limo: ingreſſuq; difficiles:nouã icidit foſſã: qua maximã amnis ꝑtẽ excipiẽs:Maſſilienſibus victoriã attribuit:eo ex bello: qđ aduerſus Ambrones:& Toygenos gerebaꝫ.Ex quo ĩmenſas opes cõparũt:dũ abeuntibus & redeũtibus ꝑ fluuiũ:uectigalia exigunt. Nunc tamẽ intrãdi manet iportunitas:propter fluminis ipetũ:aggeratũq; limũ: & locorum humilitatẽ:Vnde ne propiquãtes qdẽ:latentem ſub aqua tertã deſpiciant.Quãobrẽ Maſſiliẽſes:ut quauis ratione locũ hoſpitalẽ efficerẽt:pro ſignis turres altas ædificauerũt.Itaq; & ibidẽ Dianæ Epheſiæ tẽplũ condiderũt:ſũpto loco quẽ fluminis oſtia efficiunt Inſulã. Supra Rhodani uero eruptiones:lacus maris iacet.Lacũ autẽ oſtiũ appellant.Oſtrea ſane cõtinet ĩnumerabilia qdẽ:& alioquin aſpectu pulchra hũc pleriq; oſtiis ãnumerãt Rhodãi præſertimq; ii q illũ ſeptẽ cõſtare oſtiis aſſerũt.Neq; hoc neq; illud recte dicẽtes. Mõs nãq; medius ẽ:q ab ãne lacũ arceat.A Pyrene igiꝫ iuxta Maſſiliã:maritima regio talis:& tanta quædã eſt.Alia uero ad Varũ fluuiũ Ligureſq; uicinas urbes Maſſilienſiũ habet Turoentiũ:& Olbiã:& Antipolin:& Niceã:& nauale Cæſaris Auguſti: quod forũ Iulii uocant.Hoc autẽ inter Olbiã:& Antipolin cõſtructũ ẽ:diſtãs a Maſſilia ſtađ.vi.milibus.Cæteq; uarus Antipolis:& Niceæ medius ẽ. Hinc qdẽ.xx.ſtađ.Inde uero.lx.diſtãs.Adeo ut Nicea:ſecũdum huius tẽporis terminũ deſignatũ ad Italiã pertineat:licet in maſſiliẽſiũ iure ſit. Maſſiliẽſes enĩ hæc aduerſus:iſtãtes Barbaros:ædificarũt oppida: libeq; eſſe mare cupiẽtes:cũ ĩ eoq; poteſtate prouintia foret:quæ ualida & mõtana ẽ.Qua quidẽ Maſſiliã ſpectat:latitudinẽ cãpeſtriũ locoq; mediocrẽ reliqt:uerſus Oriẽtem uero euntibus præruptã omnino ad mare uiam: uixq; ꝑmeabilẽ habet.Prima quidẽ Sallyes occupãt:ultima uero Italiæ coniuncti Ligures:de qbus deinceps habẽdus eſt ſermo.Impræſẽtia aũt tantũ adiiciã:quod cum Antipolis in Narbonenſibus iaceat partibus:& Nicea ĩ Italicis.Nicea quidẽ in Maſſilienſium iure ꝑmanet. Et prouintiæ nimirũ exiſtit.Antipolis uero inter Italicas annumeraꝫ:cũ Maſſiliẽſibus iudicio contendẽs:ab eorũ mãdatis libera facta eſt:hiſce locorum anguſtiis:cum Maſſilienſibus inchoatis:Inſulæ Stoechades incumbũt. Tres quidem digna ſatis amplitudine.Sed duæ perexiguæ:eas exercẽt Maſſilienſes opere ruſtico.Quo in loco & impoſitum antiquitus præſidium contra piratarum impetum habebant:ob egregiam portuum facultatem.Poſt Stoechades Planaſia:& Lero ſunt:colonias habentes. In Lerone Phanum eſt Leronis.E regione Antipolis hæc ipſa iacet.Sunt & aliæ perexiles Inſulæ:haud memoratu dignæ:partim ante Maſſiliã:partim ad reliquum iam dictũ littus. Portus unus ad nauium ſtationẽ: magnitudinis eximiæ.Mediocres uero reliqui ex iis unus eſt: quẽ a Liguribus Oxybiis:Oxybium cognomento nuncupant. Hæc quidem de maritima regione. Supra illam uero loca ipſa talẽ habent deſcriptionem:& ad circũiacentis montes:& ad flumina præcipue Rhodanum.Is enĩ ampliſſimus: cõpluribuſq; intro fluẽtibus auctus aquis: lõgiſſimã aduerſo flumine nauigationẽ habet.De his igitur deinceps differendũ ẽ.A Maſſilia itaq; initio capto:& ducto per medium agrũ inter Alpes:& Rhodanũ curſu:uſq; ad Druentiã amnẽ:per ſtadia quingenta Sallyes incolũt. Vbi nauigio traieceris: ad oppidum Caballionem: tota deinceps regio Quorũ eſt:uſq; ad Iſaris & Rhodani coitiones : hoc in loco Cemmenus Rhodano applicatur . Hucuſq; a Druentia lõgitudo ſtađ.quingentorũ eſt.His in locis & campeſtria:& montana ſuperne Sallyes habitant.Super Quaros:Vocontii:& Tricorii:& Iconii:& Medylli:manſiões habẽt. At inter Druentiam: & Iſarem:alii quinq; fluunt amnes ex Alpibus in Rhodanũ.Duo quidẽ Quaroꝝ:& uarorũ oppida circũfluunt: cõmunibus in Rhodanũ curſibus irrũpẽtes. Tertius uero Sulgas:ad urbẽ undalũ Rhodano cõmiſcetur:ubi Cn.Enobarbus ingenti prœlio:cõplura Gallorũ milia uertit in fugã.Sũt medio ĩ ſpatio urbes Auenio:Arauſio: & Aeria.Quæ ſic appellata eſt:teſte Artemidoro:quia in ſublimi ſit ædificata cacumine.Reliqua tota eſt planicies: fertileq; miniſtrat pabulum. Tranſitus uero Aeriæ ad Durionẽ:nemoroſas locorum habet ãguſtias. Quo in loco Iſar & Rhodanus ad Cẽmenũ mõtẽ cõfluũt:ubi. Q.Fabius maximus Aemilianus.xxx.uix militũ milibus:ducenta Gallorum milia ad internitionẽ dedit.Et de lapide candido ibidẽ Tropheũ erexit. Ac tẽpla duo: Marti quidẽ unũ: Herculi uero alterũ.Ab Iſare uero ad Allobrogũ Metropolin:Viennã:Rhodano adiacentem ſtađ.ſũt.ccc.atque.xx. Prope Viennã ſitũ ſupra eſt Lugdunũ:ex quo Arar una:Rhodanuſq; miſcentur.Ad ipſũ autẽ:pedeſtri per Allobroges itinere:ſtađ. ſunt circiter.cc.Cæterũ ſurſũ nauigantibus:paulo plura ſũt.Allobroges quidem ſuperioribus annis militãdi ſtudio:multis mortalium milibus tenebantur. Hac autẽ ætate: Reiruſticæ dediti:campos & Alpinas ualles arãt.Reliqui ſane uicatim ætatẽ agũt.Clariſſimi uero Viennam:prius quidẽ uicum habitantes: Gentis tamẽ Metropolin appellatã: in ciuitatis formã appararũt . Sita ẽ ad Rhodanũ: qui ſuper Alpes tantus tãq; ĩpetuoſus fertur:ut ꝑ magnũ egreſſus lacũ:ad multa ſtadia:manifeſtum oſtẽdat curſũ. Ad planos deĩde Allobrogũ:& Engoſiauorum deſcẽdẽs

agros:penes Lugdunẽſem Engoſiauorũ urbẽ:Ararim ifluit. Vey Arar quidẽ ex Alpibus labitur.Sequanos:& Eduos:& Lincaſios diſcernẽs:& Dubin poſtmodũ aſſumẽs.Iiſdem e mõtibus nauigabilem delatum:uictorq; nomie factus: ex ambobuſq; Arar effectus:Rhodano cõmiſceť. Rurſus autem ſuperãs Rhodãus Viẽnam defertur. Tribus his fluuiis euenit ut initio i Aquilonem: de hic i occidẽtem deferãtur.Iamq; i unũ tãdem Amnem cõfluẽs:i Auſtrum iterum curuatus excurrit:quoad erumpat:aliis acceptis fluminibus.Et hic reliquum i mare curſũ perficit. Ipſa igitur iter Alpes:& Rhodanũ talis eſt regio. Vlteriores fluuii ptes uolce:quos Arecomiſcos appellãt maximũ icolũt ſpatium:quorum portus & nauium receptaculum Narbo dicitur.Iuſtius ſiquidem & reliquæ Galliæ diceretur:cum per tam multos ãnos tãto excellat Emporio. Volce igiť uicini ſũt Rhodano:cõtra Sallyes:i altera manẽtes ulteriore ripa: ſimul & Cataros. Obtinet autem Catarorũ nomẽ. Sic enim cũctos eius loci icolas appellãt Barbaros.Qui tamẽ nequaq̃ ãplius Barbari ſũt. Sed utplurimũ i Romanorũ ritũ trãſmutãtur: lingua & uiuẽdi cõſuetudie. Pleriq; etiam rerũ publicarũ iſtitutiõe. Aliæ etiã circũ Arecomiſcos adiacẽt gẽtes:parue ſane atq; ignobiles:uſq; i Pyrenæũ mõtẽ. Arecomiſcorũ uero Metropolis Nemauſus extat. Alienigena quidem plebe:& mercatorum numero:lõge Narbone iferior. Cæterum regẽdæ ciuitatis forma ſuperior.Quatuor enĩ & uigĩti eiuſdẽ natiõis uicos habet ſubditos: uirorum fortitudie excellẽtiſſimis : Illi tributa cõferẽtes: & Latii ius habẽtes. Adeo ut qui Aedilitatis: Queſturæq; dignitatem aſſecuti ſũt Romani:Nemauſi adſint.Quãobrẽ huic natiõi nullũ:cũ uenientibus e Roma Prætoribus: negotiũ ẽ. Sitũ aũt hoc oppidũ ẽ i uia:qua ex Hiſpania itur i Italiã.Per æſtatẽ qdẽ ad permeãdũ facili : Cæteq; hyberno tẽpore: ac uerno coenoſa:fluminibuſq; demerſa. Quædã igiť fluẽta nauigiis traiiciũtur: nõnulla põtibus:partim ligneis partim lapideis.Haſce aũt aquarum difficultates torrẽtes efficiunt:uſq; ad æſtatem: ex Alpibus decurrẽtes:quom niues calore liquũtur. Viæ prædictæ pars compendioſa:ſatim per Vocõtios perducit ad Alpes ut diximus.Altera per Maſſilienſe littus atque Liguſticum.Ea prolixior quidem eſt. Cæterum faciliores in italiam habet aſcenſus:cum ibi iam humiliores facti ſint montes.Abeſt autem a Rhodano Nemauſus centena circiter ſtaď. Quo in tractu ulteriore Taruſco exiguũ extat oppidulũ. A Narbõe uero .dcc. &.xx. diſtat: prope montem Cemmenum: Auſtrale latus accipiẽtem:uſq; ad promontoria.Et alii quidem dicti Tectoſages:de uolcis habitãt . De reliquis quidem poſtea dicemus. Tectoſages(ſic enim appellantur) Pyrenæis propinqui ſunt montibus.Paululum etiam Cemmenum attingũt

ex Aquilonis latere:Auriferamque colũt terrã Potẽtia uero & hominũ robore:quõdã ualuiſſe uidẽť. Adeo ut icidẽte ſediriõe: magnũ e ſuis numerũ domo eiecerit: ad eorũ uero fortũas cõmunicãdas:alii aliis ex gentibus cõuenere:e qbus ii ſũt: q finitimam Cappadociæ:& Paphlagoniæ Phrygiã occupauerũt.Huius aũt rei argumẽtũ habẽus: qď hac etia æte Tectoſages appellanť. Nã cũ ternæ gẽtes exiſtãt:una qdẽ circa urbẽ Angyrã habitãs: Tectoſagũ diciť. Reliquæ duæ ſũt: Trocini ſcilicet ac Toeliſtoboſgii. Hos aũt e Celticis digreſſos fuiſſe:ſignificat iũcta cum Tectoſagibus cognatio. Quibus autẽ ex locis cõcitati fuerit:explicare non poſſumus.Nũc enim Trocinos:aut Toeliſtoboſgios ullos: uſpiam habitare nequaq̃ intelleximus:nec intra Alpes: nec extra nec ipſis in alpibus.Eos autem loca deſeruiſſe:propter crebras hominum expulſiões credendum eſt.Sicuti multis aliis obuenit:ut Brenno qui Delphos icurſauit:Quem Prauſum quidam appellant.At enim neq; Prauſos ipſos: quas terras prius habitarit dicere poſſumus.Ipſos quoque Tectoſages in expeditionis ſocietatẽ: cõtra Delphos ueniſſe memorant. Theſauros etiam penes illos ab Imperatore Ro. Scipione:repertos in urbe Toloſa: deprehenſos ex eis eſſe pecuniis : partem memoriæ traditur. Homines autem ipſos: & ex domeſticis fortunis adieciſſe: quibus conſecratis deũ propitium ſibi conciliarent : eas autem quia Scipio attigiſſe auſus fuerat:tot aduerſis caſibus:eiectum e patria : uitam ſubuertiſſe creditũ: perinde ac ſacrilegio contaminatum:& turpiter interiiſſe: & i bonorum ſucceſſionẽ relictos filios: iter ſcorta obſcoene ea abliguriſſe:& turpiter interiiſſe : ſicuti teſtis eſt Timagenes . Quæ a Poſidonio tradita ſunt: ueriſimiliora dixerim Repertas Toloſſe pecunias circiter .xv. milium Talentum fuiſſe . E quibus partem in ſecretis templi ſedibus depoſitam . Partem in conſecratis lacubus: nullos apparatus habentem . Sed aurum atque argentum inelaboratum . Templum autem Delphicum iam per id tempus exinanitum fuiſſe: talibus ornamẽtis a Phocenſibus ante ſpoliatum. Quo tempore ſacrum commiſſum eſt bellum .Quod ſiquid relictum fuerat : per multos diſpartitum extitiſſe. Nec icolumes domum remeaſſe crediderim:tam miſerabiliter digreſſos: poſtq̃ e Delphis diſceſſere:& i diuerſa diſperſos:& ſeditiõe diſcordes abiiſſe. Cæterũ & hoc ipſo:& aliis permultis ita aſſerentibus:cum regio late auro exuberet : & homies ſupſtitioſi tenuẽ uitã agãt:e Gallia paſſim theſauros habuit.Maxime uero lacus ipſi tutos a prædonibus locos exhibebant: ad quos auri & argẽti põdera dimiſerãt.Igiť Romãi locoy potiti:lacus publice uenũ dederãt . Pleriq; dehic ẽptores fabrefactas ex argento molas inuenerũt. Erat autẽ Toloſſe magnæ ſanctitatis tẽplum: quod finitimi

eximia admodum ueneratiõe colebant. Quãobrẽ offerẽtibus plurimis: precioſis muneribus abundabat:& attingere ea audente nullo. Sita uero Toloſſa eſt ad anguſtiſſimũ terræ limitẽ: hoc eſt Iſthmũ: qui a Narbonenſi mari ſubmouet oceanũ tribus ſtad'.milibus minorẽ: Poſidonio teſte. Rurſũ præ omnibus annotatu dignũ eſt: quod etiã in ſuperioribus diximus:regionis confeſſionẽ ad fluuios & mare exterius: ſimiliter & interius. Inſiſtẽs enim aliqs nõ minimã hãc partẽ inueniret uirtutis locoꝝ. Dico utiq; uitæ facultates amplecti: cũ uniuerſoꝝ ocio: ad oẽs & cõmunes utilitates refici:ac præcipue tẽpeſtate:cũ uacationẽ ab armis agentes attẽtiſſima cura agrorũ culturæ inuigilant:& ciuiles uitæ ritus ſtituũt. Adeo ut in talibus ipſius prouidẽtiæ opus teſtari:quis poſſe uideat'. Nõ quidã fortuito:ſed cũ ratione quadã locis inſtitutis. Rhodanus igit' permultã habet nauigationẽ aduerſã: & magnis oneribus: & ad multas regionis partes:qa qui in eũ intrãt fluuii nauigabiles:cũ onuſtis quoq; ſũt nauibus. Accipit & Ararin & Dubin:intrãtẽ i hunc amnẽ. Inde uſq; ad Sequanã fluuiũ uadat'. Hinc iã defertur i Oceanũ: & Lexobios:& Hyadetos: Ab his in Brittaniã minor q̃ diurnus eſt curſus. Cũ autẽ Rhodanus ſit præceps:& uix aduerſa nauiget' aqua:nonnulla hinc onera plauſtris pedeſtri trãſportãt' itinere:quæ ad Aruernos flumẽq; Ligerin ferẽda ſunt:licet iis quadã ex parte propior ſit Rhodanus. Verũ cũ uia per cãporũ planiciem haud multo ſupra ſtad'.dccc.pãdat':ne aduerſa nauigatione utantur: facilior terræ meatus adigit. Hoc ex loco Liger uberius excipit:e Cẽmenis montibus in Oceanũ effluens. A Narbone autem p Atacẽ paululũ ſurſũ fit nauigatio. Longius uero terræſtre ad Garũnam uſq; fluuiũ iter agitur:& hoc ſtad'.dccc. Garũna autẽ excurrit i Oceanũ. Hæc quidẽ de iis:qui Narbonẽſem regionẽ colũt cõmemoramus:quos antea Celtas nominabãt. Ab eis uniuerſos a Græcis:Gallos:Celtas appellatos opinor:ob eorũ claritatẽ. Seu Maſſilienſibus ad hoc:ob eoꝝ uicinitam aſſumentibus. Deinceps de Aquitanis:& de attributis illis gentibus Gallicis numero quatuordecim:dicẽdũ eſt quæ iter Garũnã & Ligerin habitãt. Ex quibus nõnullæ Rhodani amnis aſſumũt regionẽ: cãpoſq; Narbonẽſes. Vt enim ſimpliciter dicã: Aquitani a natione Gallica:corporis habitu & lĩgua differũt:magis Hiſpanis ſimiles. Diſcernũtur autẽ Garunna flumine:inter hũc & Pyrenen montẽ habitantes. Aquitanicæ uero gentes plures q̃.xx.ſunt:exiles quidẽ & ignobiles. Ex iis quædam Oceano uicinæ: Aliæ ad mediterranea & Cemmenorum montium extrema:uſq; ad Tectoſages porrigũt'. Quãdo qdẽ puſilla tãtula hæc erat portio. Quicqd iter Garunnã Ligerinq; cõtinet':adiectũ ẽ. Hi nãq; fluuiis pibus a Pyrenæ diſtãtes iteruallis q̃ſi diductis:& pariter diſtantibus inuicem lineis:duo conficiunt loca. Aliis finita lateribus:Oceano ſcilicet montibuſq; Cẽmeniis. Duobus autẽ ſtad'.milibus utriuſq; fluminis eſt nauigatio. Garunnas aũt tribus ãplificatus amnibus:per Bituriges quos Ioſcos nominant:& Santones:Gallicã utrãq; gentẽ effluit. Nãq; hi Bituriges:ſola inter Aquitanos gens alienigena conſiſtit:nequaq̃ illis confœderata. Habet autẽ Burdigalliã emporiũ:cuidã marino incũbens lacui: quẽ fluminis eruptiones faciunt. Liger uero inter Pictones:& Vamuitas excurrit. Super hunc prius fluuiũ Emporiũ aderat Corbilo:de qua Polybius mẽtionẽ fecit:cũ Pytheæ fabulamẽtorũ memoriã faceret. Quod cõgrediẽtibus quidẽ Scipioni Maſſilienſibus:nemo rẽ ullã memoratu dignã:cũ a Scipione interrogaret' referre potuit:neq; de Brittania: neq; de Narbone:neq; de Corbilone: quæ omniũ eo i tractu urbiũ celeberrimæ fuerãt. Tãta ſane Pytheas mẽtiri auſus ẽ. Vrbs ẽ Santonũ Mediolanũ:ad Oceanũ uergẽs. Inter Aquitanas maxia ex pte arenoſa:& agro tenui. Ex milio alimoniã captãs. Reliqs quoq; fructibus ſterilis. Hoc i loco aũt ſinus eſt:i Narbonẽſi littore Iſthmũ efficiẽs:& ſinũ Gallicũ:eodẽ quo ille cognomĩe. Sinũ hunc habẽt Tarbelli:apud quos effodiẽdi auri ſũmũ iter omnis ſtudiũ ẽ. E ſcorbibus enĩ paululũ defoſſis: ad manus mẽſurã:cruſtæ auri repiunt':paruæ iterdũ purgatiõis idigẽtes. In reliqs autẽ fruſtra & glebulæ:haud magnũ habẽtes opificũ. Interior aũt:& mõtana tellus ẽ lõge præſtãtior. Nã ad Pyrenen Cõuenoꝝ Synclydo ẽ:ubi oppidũ Lugdunum:& Oneſioꝝ aquæ calidæ ad potãdum optimæ. Bona ẽ etiã Plauſcioꝝ aqua. Inter Garunnã uero & Ligerin adiacẽt gentes quædã Aquitanis:Elui qdẽ ab Rhodano ĩchoãtes. Poſt quos Vellai aliquãdo Aruernis cõmixti. Nũc ſibi ipſis adſtricti. Dehinc Aruerni & Lemothrices:& Petrocorii. Poſt hos autẽ Nitiobriges:& Cadurci: & Bituriges:q Cubi nuncupãt'. Ad oceanũ uero ſpectãtes Sãtoni ſũt & Pictones. Hi qdẽ(ut diximus)Garũne accolæ: Alii autẽ Ligeris:Rhuteni aũt & Gabalies:Narbonẽſi terræ ꝓximi. In Petrocoriis igit':& Cubis Biturigibus: Ferrariæ i oppidis ſunt fabricæ. In Cadurcis uero Linificinæ. In Rhutenis autẽ argẽtariæ uigẽt artes: nec nõ & Gabalienſibus. Eis uero & pleriſq; Aquitanoꝝ Romani ius latii tribuerunt: ſicut & Auſciis & Conuenis. Aruerni ſuper Ligeri ſiti Metropolin Nemoſũ ſuper amne poſitum habent. Hic penes Cmenabon:quod Carnuntum Emporium eſt:labitur ad mediam nauigationem habitatum. Fluitque i Oceanum. Priſtini uero roboris Aruerni ĩgens exhibent indicium:quod frequentia aduerſus Romanos bella geſſerunt: Antea quidem milibus bellatorum ducentis. Deinde duplicatis. Tot enim contra diuũ Cæſarẽ militibus cum Vercingetorige prœlium cõmiſerunt. Cum prius aduerſus

maximũ Aemilianũ: & Domitiũ Enobarbũ : etiã.cc.hominum milibus conflixiſſent.Contra Cæſarẽ quidẽ circa Gergouiã: Aruernorũ urbem: in excelſo monte ſitã: collatũ eſt prœlium.Poſtea Vercingetorix occurrit:& pugna ad Alleſiã:Mandibulæ gentis oppidũ: Aruernis finitumæ: hoc etiã in ſublimi locatũ ẽ tumulo:cingentibus mõtibus & fluuiis duobus. Vbi redacto in poteſtatẽ Imperatore finitũ eſt bellum. Aduerſus maximũ Aemilianũ autẽ conflictatum eſt:ubi coitus ẽ Tiſaris & Rhodani. Vbi Cẽmeni etiã montes Rhodano propius accedunt. At uero in Domitium adhuc ad iferiora:ubi Sulga:Rhodanuſq; cõmiſcẽtur.Cæterũ uſq; Narbonẽ fineſq; Maſſiliæ: Aruernorũ propagabat Imperiũ. Subiugatiſq; itẽ uſq; ad Pyrenæos mõtes gentibus: ad Oceanum: atq; Rhenũ.Bitito qui cũ maximo:& Domitio belligerauit:pater fuit Luerius: qui tãtis opibus & lauticia:excelluiſſe celebratus ẽ: ut cum aliquãdo familiaribus facultatũ oſtẽtationẽ faceret:curru uectus per cãpũ:nũmos aureos & argenteos:huc & illuc diſpergeret:quos ſectãtes illi colligerẽt. Poſt Aquitanicã uero partẽ ac Narbonenſem:alia deinceps ẽ:ab Ligere fluuio ac Rhodão:uſq; ad Rhenũ. Eo delatus a fõte ad Lugdunũ:Rhodanus Ligeri coniungit.Huius autẽ regionis partes ſupernæ ad Rheni ac Rhodani fontes:uſq; ad mediũ ferme cãpoꝝ: Lugdunẽſiũ ditioni addite ſũt.Reliqua uero & quæ ad Oceanũ uergũt:alteri addunt particulæ:quã incolunt Belgæ.Nos autẽ ſingula cõmuni magis expoſitione declarabimus.Lugdunũ igit i colle cõditũ:ubi Arar amnis Rhodano cõmiſcet: Romão tenet Imperio. Ampliori quoq; ſupra reliquas:excepta Narbone: ciuitatis floret uirorũ ordine. Nã & uſui magno eſt illis Emporiũ.Monetã argẽteã atq; aureã:eo i loco Romani ſignant duces. Tẽplũ etiã ab uniuerſis Gallis cõmuni deſignatũ impenſa:& Auguſto Cæſari dicatũ:ante hanc urbẽ ædificatum ẽ:ubi fluuiorũ ẽ coitio. Adeſt & ara dignitatis eximiæ gentiũ.lx.numero:inſcriptũ habens titulũ. Earũq; ſingularũ ſtatua una. Alia ſubinde ingens locata eſt ara.Hanc urbẽ gẽti Segoſianorũ præſidere conſtat.Quæ in Rhodani: & Dubidis fluuiorũ medio iacet.Reliquæ dehinc gẽtes:uergentes ad Rhenũ: partim a Dubidæ:partim ab Arare diſcernũtur.Hi nãq;(ut ſuperius dictũ ẽ)amnes ab Alpibus delati:deinde unũ i alueũ confluẽtes:delabunt i Rhodanũ. Alter ẽ fluuius:ſimiliter in alpibus ortum habẽs:Sequana nomie.Effluit autẽ in Oceanũ:parallela ſeparatus a Rheno diſtãtia:per eiuſdẽ appellationis gẽtẽ.Ab oriẽte quidẽ Rheno ꝓpinqor.Ab occaſu uero Arari. Quo ex loco præſtantiſſima ſuillarum carnium ſalſamentaria Romam deportantur.Inter Dubidem atque Ararin Eluorum gens ihabitat:oppidũ penes Ararin Cabyllinũ habentiũ. Arcẽq; Bibractẽ. Cæteꝝ Edui

Romanis ſeſe conſanguinitate cõiunctos aſſerũt. Primiq; eius regionis homines in eorũ amiciciã:ſocietatẽq; conuenerũt. Trans Ararin domicilia tenẽt Sequani:& Romãis & Eduis dudũ aduerſãtes. Germanis enĩ ſæpius adhærebãt.Eorũq; i Italiam ĩpetus inuitabãt.Roburq; nõ mediocre oſtentabãt. Adeo ut illis cõmuniter quidẽ ĩmixti eorũ uires amplificarẽt.Deſiſtentes autẽ diminuerẽt. Aduerſus Eduos:& hæ ſane cauſæ: & fluminis contẽtio inimicicias auxit: q gẽtem utrãq; dirimit: quæ ſibi propriũ uendicat Ararin. Sibiq; uectigalia pertinere certat.Hac uero tẽpeſtate cũcta Romano ſubiacẽt Imperio Rheno aũt uicina omniũ primi colũt Etuatii:qbus fluminis origo uicina ẽ:i Diaduella mõte:hic Alpiũ pars ẽ. A quo Aduas fluuius in cõtrariũ fluit:ad interiorẽ Galliam: Lacũ ĩplẽs Lariũ.Cui proximũ conditũ eſt Comũ.Dehinc in Padũ confluit:de quibus poſtea dicemus.Rhenus quoq; magnas in paludes:Lacũq; magnũ effundit:quẽ Cereti:& Vindoligi propius attingunt.Alpinorũ pleriq;:& Tranſalpinoꝝ nõnulli. Huius loci longitudinẽ ſtad ſex miliũ eſſe Aſinius aſſerit.Quod nõ ita eſt:ſed recto curſu pauloplus dimidio eſt. At enim mille propter anfractus addita ſatis haberẽt.Nam & celerrimis eſt.Quo circa nec pontibus iungi licet:& a montibus defluẽs ſupinus:reliquũ curſũ ꝑ plana agit. Quonã igit pacto ꝑmanere poteſt: celer atq; uiolẽtus:ſi ſupinæ illius eleuationi longos multos ãfractus adiunxerimus? Ei autẽ duo tradit oſtia:eos accuſãs q plura dicant.Iſtæ qdẽ ſimul & Sequana aliqd profecto:non tamẽ tantũdẽ telluris ãbiũt. Vterque aũt i ſeptẽtrionẽ ab Auſtro labit. Ipſiſq; occurrit Brittania:Rheno qdẽ propius: Adeo ut Cãtium eius Inſulæ orientale ꝑmontorium aſpectet.Lõgius autẽ pauliſper Sequana.Hoc ſane i loco diuus Cæſar Brittaniã ad nauigaturus iſulã:claſſẽ ædificauit. Sequanæ ſpatiũ quod nauigationi patet:ad onera capienda:ex quo Arar ĩgredit:paulo minus eſt q̃ Ligeris atq; Garunnæ. A Lugduno autẽ uſq; ad Sequanã: ſpatiũ eſt mille ſtad. Ab ingreſſu Rhodani uero uſq; Lugdunũ:minus q̃ bis tãtũ intereſt.Eluetios magnã auri uim poſſidere tradit. Qui cũ Cimbrorum opes cernant:nihilominus ad latrocinãdũ ſtudia conuerterũt . E quibus cũ tres nationes exiſterent:duæ ꝑ militiã deletæ ſunt. E reliqs tamen locis:quãta prognatorũ fuerit multitudo:bellũ aduerſus diuũ Cæſarẽ geſtũ maxime declarauit.In quo circiter hominũ.cccc.milia interierũt.Reliquos ad milia.viii.ſaluos emiſit:ne Germanis finitimis deſertũ agrũ ſineret.Poſt Eluetios Sequani : & mediomatrici : Rhenum incolunt . In quibus Tribocchi natione Germani : relicto natali ſolo:Rhenoque tra iecto ſedes poſuerunt.In Sequanis uero mons eſt Oeuraſius : Eluetios Sequanoſq; diſcernẽs. Sup Eluetios:& Sequanos:& Edui:& Ligões:in

cenũ igit poſt Vmbriæ ciuitates: quæ inter Ariminũ Anconẽqꝫ iacent
extẽdit. Profecti ſunt autẽ Piceni a Sabinorꝫ terra. Qui cũ ductu & Au
ſpicio Pici: iter ineuntibus auctoribus proficiſcerẽtur:nomẽ deinde na/
cti fuere. Auẽ enim iſtã Marti dicatã: uetus opinio ẽ. E mõtibus autem
uſqꝫ in plana:& pelagus eorꝫ incipiunt domicilia. Quorꝫ ager ĩ longum:
magis q̃ ĩ latũ excreſcit:bonus ad oĩa. Cæterꝫ lignariis q̃ frumẽtariis fru/
ctibus lõge præſtantior. Eius latitudo ex mõtibus ad mare patet: ſpatiis
inæqualis. Lõgitudo autẽ ab Eſi fluuio nauigabilis uſqꝫ ad Leaſtrũ ſtad.
dccc. Vrbes uero habet: ex quibus Ancon Græca ciuitas ẽ. a Syracuſa/
nis condita: Dionyſii tyrãnidẽ fugitãtibus. Sitaqꝫ ẽ ĩ promõtorio:inclu/
ſũ cõplectẽte portũ:dũ ad Septẽtriones circũflectit. Vini autẽ ac frugũ
uberrima. Prope illã uero paululũ ſupra mare Auxumũ ẽ. Inde Septẽ/
peda:& Pneuentia:& Potentia:Et Firmũ Piceni. Eius autẽ Emporiũ Ca/
tellum ẽ. Porro uero Cypræ tẽplum ſitũ ẽ: Thuſcorꝫ ædificium. Nã illi
lunonẽ Cyprã nominãt. Deiceps Druẽtũ flumẽ:& eiuſdẽ nominis op/
pidũ. Dehĩc Trunoũ & Homatrinus fluuius:ab Adrianorꝫ urbe fluẽs.
Emporium Adriæ eiuſdẽ appellationis habẽs. In mediterranea uero &
ipſa eſt:& Aſculum Picenũ. Locus munimĩe præualidus. Cui & murus
& circũſtãtes montes ſupeminẽt :nullis penetrabiles exercitibus. Vltra
Picenũ autẽ Veſtini ſunt:& Marſi:& Peligni:& Marrhycini: & Fereta/
ni. Sãnites populi:regionẽ mõtanã poſſidẽtes: & mari non admodũ pro
ximi. Hæc autẽ natio exigua ẽ qdẽ:cæterꝫ fortitudine cõſpicua: oſtenta/
ta Romanis eorꝫ ſæpiſſime uirtute. Primũ qdẽ:cũ aduerſus eos bellum
gerebant. Secũdo uero:cũ ipſorꝫ militiæ ſocietatẽ inibãt. Tertio cũ & li/
bertatẽ:& ciuitatis cõmunionẽ aſſeq uolẽtes: repulſã paſſi deſciuerunt.
Vnde Marſicum exarſit bellũ: Corfinium : Pelignorum Metropolin:
communẽ uniuerſis Italis ciuitatẽ demonſtrantes : eãqꝫ trãſlato nomine
Italicã appellãtes:contra populũ Romanũ receptaculũ: propugnaculũ/
que conſtituerunt. Adunatiſqꝫ cõplicibus:Imperatores creauere. Biẽnio
igit bellum protraxere:donec perfectũ eſt:ut in ciuitatẽ cõmuniter uo/
carentur:cuius rei gratia tãtũ belli conflatũ fuerat incendiũ. Marſicum
autẽ ideo nominatũ ẽ bellũ:quoniã a Marſis rebellandi ſuſcitatũ fuerat
initiũ:præſertim a Põpedio. Cũ aũt alioquin ꝑ uicos ætatẽ degãt:habẽt
urbes ſupra mare Confiniũ:atqꝫ Sulmonẽ: & Maruuiũ: & Tegeatem:
Marrhucinorꝫ Metropolin. Ad ipſũ autẽ mare & Auternũ: Piceno con
terminũ quo nomine:& fluuius eſt Veſtinos Marrhucinoſqꝫ diſtermi/
nãs. Per Amiterninũ enim fluens agrũ Veſtinoſqꝫ: a dextera relinquẽs
Marrhucinos:ſupra Pelignos iacẽtes Põte traiicitur. Oppidulum uero
pari uocatum nomine: Veſtinorꝫ eſt:cæterꝫ & Peligni:& Marrhucini eo
cõmuni Emporio pariter utunt. Abeſt pons ipſe a Corfinio:ſtad. iiii. &
xx. Poſt Amiternũ quod & Ferẽtanorꝫ Emporiũ ẽ:Buca:& Ferentanum
ipſũ Theano Apulo propinquũ manet. Ortoniũ ẽ in ferẽtanis. Petram
pirataꝫ eſſe conſtat. Q ui domicilia ſua ex naufragiis conſtruũt. Et in re
liqua uita ĩmanitate bæluas imitari ferũt. Inter Ortoniũ aũt & Amiter/
nũ:medius Sagrus excurrit amnis:Ferẽtanos a Pelignis ſeparãs. Ex Pice
no ĩ Apuliã:quã græci Dauniã uocãt:maritimus curſus ẽ ſtad. cccc. &. l.
Deinceps poſt latinã Cãpania eſt:ad mare pertinẽs. Supra quã in medi
terranea Samniũ ẽ:uſqꝫ ad Ferentanos & Apulos: deinde & ipſi Apuli:
& gẽtes aliæ uſqꝫ ad fretũ Siculũ. Primum autẽ de Cãpania dicẽdũ eſt.
E Sinueſſa quidẽ ad reliquũ deinceps littus:uſqꝫ Miſenũ quidã nõ exi/
guæ magnitudinis ſinus eſt. Alterqꝫ ab eo:multo q̃ prior ille maior eſt:
quẽ Cratera uocãt. A Miſeno uſqꝫ ad Atheneum: cum duobus coeunti
bus promontoriis ſinuetur. Super has ripas tota eſt ſita Campania:Cã/
pus omnes felicitate ſuperãs. In eius circuitu uero iacent tumuli:mirifi/
ca fructuũ ubertate conſpicui. Monteſqꝫ Samnitũ: pariter & Oſcorum.
Antioch us ſane reliquit ſcriptũ: hanc olim ab Spicis regionẽ habitatã
fuiſſe. Iſtos autẽ Auſonios appellatos. Cæterũ Polybius duos hos fuiſſe
populos oſtẽdit:falſa ductus opinione. Nã Opicos & Auſonios: agrum
circa cratera incoluiſſe : memoriæ prodidit. Alii uero aſſerunt Opicos
prius:& Auſones habitaſſe. Q uidã gentẽ Oſcã illos poſteriore tẽpore
ſubiugaſſe. Hanc ipſã a Cumanis eiectã:illos ab Thuſcis expulſos. Cã
peſtria enim illa: propter loci uirtutẽ: per auiditatẽ bella concitaſſe. Cũ
autem urbes duodecim populoſæ forent. Capuã perinde ac illarꝫ caput
nominarũt. Cum autẽ per uoluptatẽ ad lauticiã emolliti ſeſe conuertiſ/
ſent: Sicut ex circũpadana fugati demigrarant ; ſic & ex hoc agro ceſſere

Universidad de Deusto
Biblioteca

Samnitibus. Hos autē ipſos eiecere Romani. Quodq; magnæ ubertatis
documētū eſt: Far omni Oriza præſtātius paruo in tēpore triticeā ſupat
alimoniā. Scriptis ſane mandatū eſt: in nonnullis eorȝ aruis: bis āno Zeā
ferī: genus id frumēti eſt. Tertio panicum: Aliquo ſemine uero quarto
oleribus ſeminari. Atq; uina optima hīc Romā aduehi: Falerna: Setina:
atq; Calena: quibus Surentina contendūt: facto nup eorȝ periculo: quo-
niā longā accipiunt uetuſtatē. Pari modo laudē habet olei totus maxie:
Venafranus ager planis finitimus aruis. Prope mare poſt Sinueſſā Li-
ternū eſt oppidū: ubi prioris Scipionis: cognomēto: Africani: ſepulchrū
iacet. Ibi enim extremā cōſūpſit ætatē: omiſſis (propter aliquorū ſimulta
tē) rei publicæ negotiis. Præterfluit aūt eodē quo ciuitas nomine flumē.
Sic & Vulturnus: pari cū urbe appellatione deinceps ſita. Labiturq; iſte
per Venafrū: mediāq; Cāpaniā. Dehinc ordine poſt has Cumæ ſūt: ue-
tuſtiſſimū Chalcidenſium: & Cumeorȝ ædificium. Antiqtate enim cū-
ctas & Siciliæ & Italiæ urbes antecellit. Ipſius autē claſſis ductores Hip-
pocles Cumeus: & Megaſthenes Chalcidenſis: inter ſe pepigere: ut horȝ
quidē colonia fieret: horū autē appellatiōe nominaretur. Q ua ex re hac
ſane ætate Cumæ nuncupant. A Chalcidēſibus tamē conditū putatur
oppidū. Superioribus annis Fortunatus erat: & cāpus nomine Phlegre-
us: in quo res a gigātibus geſtas fabulæ diuulgant: nullā aliā ob cauſam(
ut credi fas eſt) q̄ quod terra ipſa ſuapte uirtute prœliorū concitatrix ē.
Poſterius uero potiti urbis Cāpani: multis per contumeliā: homines in-
iuriis afficientes: etiā eorū ſeſe uxoribus cōmiſcebāt. Tamē adhuc mul-
ta græci ritus: & ornamēti ueſtigia ſeruātur: tū legū tum ſacrorū. Nōnul
li Cumas ob Cymata ideſt fluctus nomē duxiſſe memorāt. Littus enim
proximū frequētibus abundat tergoribus: quibus: illeſæ ferunt undæ.
Præſtantiſſima uero ſunt & ipſis oſtrea. Hocque ī ſinu fruticoſis uirgul
tis frequens: & arboribus ſilua eſt: multis porrecta ſtadiis aquarū indiga.
Cæterȝ fabuloſa: quā Gallinariā uocant ſiluā. Hic ſex Pōpeii claſſis præ
fecti: piratica ſtruxere nauigia. Qua tēpeſtate Siciliā ab Romano deſci-
ſcere fecit Imperio. Proximū Cumis ē Miſenū promōtoriū. In medioq;
palus Acheruſia: quædā ſane a mari refuſio: alto coeno referta. Vbi Mi-
ſenū circūflectēti: ſtatim ſub rupe lacus obuiat. Deinde reductū profun
dū littus in ſinū Baias aperit. Aquaſq; calidas & ad uoluptatē: & ad ſanā
dos morbos accōmodiſſimas. Contiguus Baiis Lucrinus adeſt ſinus. In-
tra quē Auernus eſt: qui comprehēſam uſq; Miſenū tellurē: Cherōne-
ſum. i. manualē efficit inſulā: a maris ſpatio ītet ipſū atq; Cumas. Exigu-
us enī ē reliquus Iſthmus. i. circūdatū pelago: paucorȝ ſane ſtadiorū ſo-
lū: p foſſā qua Cūas itur. & ad mare ipſū. In Auerno aūt maiores noſtri

Homerica defunctorȝ uaticinia fuiſſe: fabulis edidere. Ibiq; cum oracu-
lum extitiſſe traditū ſit: Vlyxem eo nauigaſſe. Eſt autē Auernus: & fun
do & oſtio: ſinus cōmodus & magnitudine & natura portum cōtinens:
uſū tamē portus nequaquā præbēs: quoniā ante illū Lucrinus portus ia
ceat. Supercilia quædā ardua Auernū undiq; circūcludunt: præter Oſti
um. Hoc quidē in tēpore: amœnis culta modis: olim autē agreſtibus re-
ferta nemoribus: & proceris arboribus in uia: quæ ſuperſtitione quadā
umbris obſcurū ſinū reddebant. Rumor erat indigenarȝ ſuperuolantes
aues: quas teter exhalās odor exanimaret: in ipſas aquas decidere: ſicut ī
locis ad Plutonē deferēribus. Hāc autē locorȝ partē: Plutoni dicatā opi-
nabātur. Hic etiā Cimmerios dici: placatiſq; prius p ſacrificia diis Mani
bus illuc intrari. Aderant enim qui talibus exponandis ductores eſſent
ſacerdotes: locorȝ fructus pcipiētes. Fons uero ibi fluuialibus ſcatēs aqs
excurrit in mare. Ab eius uſu abſtinebant oēs: ſtygias opinātes eſſe aq̄s.
Eo in loco cōſtructū eſt oraculū. Ex aquarūq; feruore uicinarū Phlege-
tōtē eſſe: cōiecturā factitabāt: & ex Acheruſia. Ephorus autē quidā uici-
nus Cimmeriis habitās: ī ſubterraneis eos habitare domiciliis: quas Ar-
gillas appellāt cōmemorauit: eoſq; p foſſas quaſdam inter ſeſe commea
re: Et aduenas intra oraculū ueniētes excipere: maxima ex parte ſub ter-
ra conditū. Victū uero ex metallorȝ effoſſione quæritare: & ex diuinatio
nū mercede: atq; prouētibus ab rege deſignatis. Patriū eſſe latrocinanti-
bus morē: ut nemo ſolē aſpiciat. Noctu autē extra telluris hiatus egredi.
Quocirca de ipſis dixiſſe Poetā: eos ſol phæton nullo intuetur ī tēpore.
Homines ipſos poſtea quodam a rege deletos: cū illi nequaquā ſucceſſe
rit oraculi fides. Nūc aūt ædes ipſa diuina ī aliū tranſlata locū permanet.
Huius generis apd maiores noſtros extitere fabulamta. His aūt ānis: cū
Auerni lucū ſuccideriſ Agrippa: locis p pulchra adornatis ædificia: cō
ſciſaq; deinde uſq; Cumas ſubterranea foſſa oīa illa fabulæ apparuerūt.
Cocceiū eā quidē cōdidiſſe foſſā memoriæ proditū eſt: & eā quæ ex Di
cearchia: i. Puteolis extat Neapolin ad Baias: quodāmō eū ſequutus ſer-
monē: q proxime de Cimmeriis explicatus eſt. Forſan & huic loco mo-
rē patriū eſſe cogitauit: uias fieri per foſſas. Lucrinuſq; ſinus uſq; Baias
latitudinē pādit. Qui ex exteriori pelago: per aggerē longitudinis ſtad.
viii. Latitudinis aūt unius orbitæ arceť. Illū aūt ab Hercule: traducēdarū
Gerione boū cauſa: aggeratū fuiſſe phibēt. Quē cū pedibus pambulari:
propter fluctus ingruentes p hyemes ſuperne uix poſſet: Agrippa exor
natū melius cōſtruxit. Leuioribus enī Lēbis præſtat īgreſſū: ſtātibus ī an
chora prorſus incōmodus. Captādis uero Oſtreis uberrimus. Q uidam
hūc Acheruſiæ ſtagnū eſſe aſſerūt: At Artemidorus ipſū Auernū, Baias

autem ab Vlyxis ſotio Boia nomine uocabulum traxiſſe ferũt atq; Miſenũ. Deinceps Puteolanũ littus extat: & oppidũ ipſũ quod antea quidẽ Cumanorũ fuerat Emporiũ: quodã in ſupcilio cõſtructũ. Bello autẽ qđ ductu & auſpicio gerebat Annibalis: Romani frequẽtibus accolis habitatũ reddiderũt: & nomine e Dicearchia permutato: a puteorũ frequẽtia Puteolos appellauere. Sũt etiã qui ab aquarũ putore: qui per totũ illũ & Baiarũ & Cumarũ tractũ exiſtit: ubi & ſulphuris & ignis & aquarũ calidarũ plena ſũt oĩa. Quidã autẽ Phelgrã ob eã cauſã Cumanũ agrũ uocatũ opinant. Talibuſq; ignis & aquæ profluuiis gigãtum uulnera: fluminibus deiectorũ attribuũt. Vrbs autẽ ãpliſſimũ factũ eſt Emporiũ: manufactos Cotones & ſtatiões habẽs. Quas ad res cõmodũ cõducit Arenarũ ingeniũ: quæ calcis q̃ſimillime cõpactæ ualidiſſimum cõglutinantur in modũ. Vnde cõmixta ſabulo glarea: aggeres proiectãtur in pelagus: Ripaſq; patẽtes ſinuoſos in receſſus redigũt: ſic ĩgentes onerariæ naues iactis ibi conquieſcũt anchoris. Super urbẽ uero ſtatim Vulcaniũ forũ ĩminet: cãpus ardẽtibus incluſus ſuperciliis: quæ uelut a fornacibus exhalationes: magno cũ fremitu paſſim habent. Cãpus aũt tracto plenus ẽ ſulphure. Poſt Dicearchiã quidẽ Neapolis ẽ Cumanorũ. Poſtea uero & Chalcidẽſes ĩcoluerũt: & ex Pithecuſis Atheniſq; ueniẽtes. Vnde & noua ciuitas. i. Neapolis appellata fuit: ubi Parthenepos unius e Serenibus ſepulchrũ oſtẽdit. Et Gymnicũ agonẽ: iubẽte oraculo celebrãt. Orta de ſeditione: quoſdam inqlinos admiſere Cãpanos: & inimiciſſimis peridẽ ac cõiũctiſſimis uti coacti ſũt: quãdo quidẽ cõiunctos alienatos haberẽt. Res quidẽ Cãpanorũ initio græcas fuiſſe: deinde græcis ꝑmixtas: documéto ſũt præfectorũ urbis nomina. Ritus & educationis græcorũ: hoc in loco plurima ſeruãtur adhuc ueſtigia. Gymnaſia ſcilicet puberũ cœtus & græca uocabula: tãetſi Romana ibidẽ adſit multitudo. Apud eos uero nũc quinquẽnalis ſacer ille muſicus: & gymnicus cõplures ꝑ dies celebratur Agon: illis æmulus q ꝑ græciã clariſſima celebritate geruntur. Extat & his ĩ locis ĩtra mõtẽ effoſſa ſpelũca: ĩ Dicearchiæ Neapoliſq; medio: ſicut altera Cumas tẽdẽs facta: ĩ qua uia obuiis curribus ꝑuia: multis pãditur ſtudiis. E ſuperna ſane montis parte: exciſis multifariam feneſtris: lumẽ in ꝑfũditatẽ ĩfundit. Habet & Neapolis calidarũ aquarũ ſcatebras: & apparatiſſima balnea: nulla ex ꝑte Baianis inferiora: numero aũt & multitudine cedẽtia. Alia enim ibi urbs cõdita ẽ: Imperatore alio ſuper aliũ magnificentius: q̃ puteolis ædificãte. Plurimi uero e Roma Neapolin ſeceſſũ faciẽtes: uictũ græcanico ritu perducũt: aut quietis atque ocii gratia. Præſertim qui eruditiõi dãt opam: aut remiſſioris uitæ deſyderio: maxime quos ſenectus affligit: uel aduerſa ualitudo. Pleriq; etiã Romani eodem uiuendi genere delectati: cũ tãtã mortalium multitudinẽ in ſimili degentẽ inſtituto: ipſa in ciuitate uerſari cõtẽplẽtur: ſtudioſe ac libẽter urbẽ incolunt: ibi ducẽtes ætatẽ. Proximũ eſt oppidũ Heracleæ: ĩcũbens mari promontoriũ habẽs: mirũ in modũ uẽro afflatũ Afro: eo: adeo ut ſaluberrima ipſa addat habitatio: Hãc quoq; tenuerũt Oſci: & deĩceps Põpeios: quos Sernus ãnis alluit: Poſtmodũ Thuſci & Pelaſgi: deĩde Sãnites: Ii etiã his e locis eiecti fuere. Nolæ uero & Nuceriæ & Acherarũ Emporiũ ẽ: eiuſdẽ nominis coloniæ: quæ circa Creonẽ ẽ: qđ ad Sarnũ flumẽ fit: onera excipiẽtẽ & emittentẽ. Hiſce locis ĩcũbit mõs Veſuuius: amœniſſimis habitatus agris: excepto cacumine. Id magna ex parte planiciẽ habet: fructũ nullũ omnino ferẽtẽ: & cineres ĩ proſpectu habẽs: Cauernoſaq; mõſtrat antra: cõbuſtis ex petris: ut color indicat: ut pote quas ignis abroſerit: Quare coniecturis aſſequare plagã iſtã prioribus annis ardere ſolitã: & ignis habere crateras: Reſtinctã autẽ eſſe: ceſſãte materia. Forte hanc fertilitatis: quæ circa locũ eſt: cauſã dixeris: ſicut de Catana proditũ eſt. Eiectũ ab Etneis ignibus cinerẽ ea ex parte lætã uinetis telluré effeciſſe. Excoctas enim igne glebas: pingue aliquid habere: quod uberioris fructus afferat. Vapore nãq; ipſo magis uliginis abũdãtes cõmodiores fieri quẽadmodũ & ſulphureæ oẽs. Humectatæ deinde: & exuſtis cineribus reſtictæ: ad frugũ procreationẽ: permutationem induerũt. Põpeiis contiguũ eſt Cãpanorũ Syrreũ: unde Atheneũ ideſt Mineruiũ ĩminet: quod quidã Prænuſſũ nominant Promõtoriũ. Extat autẽ in extremo eius Mineruæ ſacellũ: quod Vlyxes ædificauit. Hinc ad Capreas inſulã: curſus eſt undis breuiſſimus. Circũflectẽti uero promontoriũ: exiguæ quædã occurrũt inſulæ: Saxoſæ quidem atq; deſertæ: quas Sirenas appellãt. Ex ea quæ Surrentũ aſpicit regione: quædã ſacra mõſtrat ædes: uetuſtiſſima oſtẽdẽs munera: quæ accolæ loci ueneratione: frequẽtes obtulerãt. Hactenus terminatur ſinus: quẽ craterem appellant: duobus diuiſus ꝑmõtoriis: meridiẽ ſpectãtibus: Miſeno uidelicet & Atheneo. Totus uero ornamẽtis ĩſignit: tũ iã dictis urbibus: tũ ædificiis arbuſtiſq; conſpicuus. Quæ cũ intermedia continẽter porrigantur: unius ciuitatis aſpectũ offerũt. Ante Miſenũ Prochyta iacet inſula: a Pithecuſſis quãdoq; diuulſa. Eretriẽſes autẽ ſimul & Chalcidenſes Pithecuſſas habitarunt. Qui cũ terræ frugibus: & auri foſſionibus beatiſſimi forẽt: coorta ſeditione inſulã reliquere. Poſtremoq; terræmotibus expulſi: & exhalantibus ignibus & inualeſcente mari & aquarũ feruoribus exceſſere. Huius enim generis eructationes habet Inſula: Ob quas miſſi ab Hierone Tyrãno Syracuſanorũ: paratũ iã a ſe muꝝ deferere coacti ſũt: ſimul & ĩſulã: Accedẽtes poſtea Neapolitani locũ occupauere. Quã

ob cauſã nata eſt fabula:quæ Thyphonẽ ea in inſula ſepultũ aſſerat.Cũ que is latus uertat:euaporare flãmas & aquas: Quãdoq; autem contigit: ut minores inſulæ efferueſcẽtẽ aquã habeãt. Veriſimiliora quidẽ ſunt: quæ Pindarus dixit:ex iis quæ cernũtur cõmotus. Quod omnis iſte tractus:ſi a Cumis incipias:uſq; ĩ Siciliã ignitus eſt: & profũdas quaſdam: inunũ coeuntes habet Cauernas:& in Græciã & continẽtes in terram expectãtes.Ideoq; & Etna & Liparẽſes inſulæ: & Puteolanus ager & Neapolitanus & Baiãus & Pithecuſæ talẽ habẽt: qualẽ cũcti ſcriptũ reliquere naturã.Quæ cũ intelligeret Pindarus:cũctis ſub his locis ſepultũ iacere Typhonem cecinit.

Timuæs quoq; priſcos illos:multas de Pithecuſis fabulas ædidiſſe ait. Paulo ante illũ collẽ Epomeũ in inſulæ medio ſitũ:per quoſdã terræmotus: incẽdia euomuiſſe tradit. Et terrã intermediã in pelagus ignes non paucos eiectaſſe.Quodq; telluris redactũ eſt ĩ cinerẽ:cũ ſublimus exhalet Typhonis:i.ardoris:rurſus ut fulmẽ recidat in ĩſulã.Quæ cũ in pelagus ad tria excurriſſet ſtad':nõ mĺto poſt regreſſa eſt: Inde recurſũ maris ĩſulã ĩmerſiſſe.Et ita inſulæ ignẽ reſtinctũ eſſe.Quo ex fragore:q cõtinẽtẽ habitãt:relicto littore in ſuperiorẽ effugiſſe Cãpaniam.Calidæ locoq; iſtorũ aquæ laborantes lapide ſanare credũtur. Caprearũ duo antiqtus fuerant oppidula. Nunc uero unũ:quod Neapolitani occupauere.Iĩ amiſſas bello Pithecuſas recepere: denuo Auguſto Cæſare illis donãte. Iis Capreas magnificentiſſimis ibi ſtructis ædificiis : peculiare ſibi fecit receptaculũ.Hæ quidẽ ſũt maritimæ Cãpanoq; ciuitates:& adiacẽtes huiuſmodi ĩſulæ.Intra meditterraneã aũt:urbiũ mater.i. Metropolis:& pro uocabuli etymologia:uere caput ẽ Capua. Reliquas enim ſi ei cõpares: caſtella quædã cẽſeas:præter Teanũ Sidicinũ.Hæc enim dignitate præſtãs:ĩ Appia uia iacet.Et quæ ab ea Brunduſiũ ducũt:Callateria & Calydiũ & Beneuẽtũ.Romã uerſus aũt Caſilinũ ſitũ ẽ:ad flumẽ Vulturnũ: In quo Prænestini milites.xl.& quingenti:aduerſus Annibalẽ uariis inſtructũ copiis:tãdiu obſidionẽ ptulere:ut inualeſcẽte fame:modius drachmis.cc.uenũdaret'.Et uẽditor quidẽ mortẽ oppetierit : emptor autẽ ĩcolumis euaſerit.Cũ autẽ Annibal eos rapas prope murũ ſeminaſſe cõſpiceret:tantã animoq; tolerãtiam admiratione proſequutus ẽ qd' homines tãdiu obſiſtere poſſe ſparẽt:quoad rapæ matureſcerent.Itaq; paucis exceptis mortales illi uictores extitere oẽs: niſi quos aut fames confecit aut prœlia. Vltra iam dictas: ſunt hæ quoq; Cãpaniæ ciuitates . Quarũ mentionem ſuperius fecimus: Calce & Teanum Sidicinũ. Quas duæ fortunæ ædes ſeparant:utroq; ex latere conſtructæ latinæ uiæ. Itẽ Sueſſula & Atella & Nola & Nuceria & Acherræ & Auella : & aliæ his minores habitatæ:E qbus aliqs Sãniticas eſſe aiunt. Prioribus ſane ãnis Sãnites uſq; ad latinã & Ardeam excurſiones facientes: poſtmodum & Cãpaniam populantes:late imperium obtinebant. Alioquin etenim imperioſe dominantibus parere diſcẽtes:ſtatim edictis obtemperabant. Nũc autẽ cũ ab aliis:tũ uero a Sylla:dominatu Romanos obtinente: peracta res eſt.Q ui poſtq̃ Italorũ rebelliones multis diſſipauit prœliis: hos ferme ſolos conſiſtẽtes:& in unũ aduerſus Romã conſpirãtes conſpicatus: ante illorum mœnia caſtris locatis:eos in pugna obtruncauit: nullis uitã impartiens captis. Alios uero qui arma ꝓiecerãt:ad milia tria: uel ut alii quattuor in cãpo Martio ad Ouilia coactos: ĩmiſſis militibus triduo iugulauit.Factis inde proſcriptionibus: non antea deſtitit:q̃ Samnitũ nomen deleuerit. Aut ex Italiæ finibus omnes eiecerit.Cum autem de tanta incuſaretur iracũdia: reſpondebat magiſtra ſeſe experientia didiciſſe: ne unum quidem Romanum pacem producturum: quoad per ſe Samnites ipſi conſiſterent.Itaq; per uicos conſtitutæ fuere ciuitates. Aliquæ uero radicitus defecere. Boianum: Eſernina. Panna : Teleſia Venafro cõiuncta. Et aliæ tales:quarum ne unam quidem pro dignitate cẽſueris ciuitatẽ.Nos autẽ pro Italiæ potentia & claritate: quantum ſatis eſt percurrimus. Tamen Beneuentum & Venuſia:probe ac feliciter conſiſtebant.De Samnitibus huiuſmodi uulgatus eſt ſermo:Sabinos quidẽ aduerſus Vmbros:diutino certãtes bello:quorũdam more Græcorum uotum feciſſe:ut eo nata ãno immolarẽt. Re igitur benegeſta: reuerſi nata partim ſacrificarũt:partim conſecrarũt.Cæterum facta ſterilitate:uulgatum eſt a quibuſdam:oportere & liberos cõſecrari: quod & patrauerũt. Siquidẽ æditos in lucẽ pueros Marti conſecratos acclamauerũt.Eos tamẽ uirilem ĩgreſſos ætatẽ: ĩ coloniã emiſerũt:quibus dux factus ẽ Taurus.In Opicorũ autem agro cubãtes:qui uicatim uitam agebant eos eiiciunt.Eiectiſq; illis:ſedes ibi locarũt:& de Augurũ ſẽtẽtia:Marti Tauꝝ exhibuerat. Quãobrẽ eos diminutiuo uocabulo a parẽtibus: Sabellos appellatos fuiſſe crediderim :Sabĩos autẽ ob aliã cauſã:quos Græci Sãnitas nuncupant. Aliqui uero Laconas eos ſibi ſotios habitandi feciſſe memoriæ tradidere.Eapropter illos Græcos beniuolẽtia cõplexos fuiſſe:pleriq; illos Pithanatas appellant.Exiſtimãt autem ex Tarentinis eos originem ducere:qui finitimos:& homĩes potentia præualidos:blandimẽtis alliciant & caritate deuinciant.Q uippe qui pedeſtris exercitus.lxxx. milia : & equites octo milia aliquando domo omiſerunt . Legem honeſtam quidem: & quæ ad uirtutem uehementer excitet:Samnitibus extare ferunt . Haud enĩ filias ſuas qbus collibuerit:nuptũ dare fas ẽ. Verum quotannis decẽ præſtãtes decerni

Universidad de Deusto
Biblioteca

uirgines:ac optios totidē adolescētes. Ex iis primā primo locari: Secūdā secūdo:Et ita deinceps. Hoc pacto quod si is q primā accepit: honestam institutionē mutauerit in deterius: habitus cōtemptui per ignominiam est:& ei locata adimitur. Ordine dehinc sunt Hirpini:& ipsi Samniticæ gentis. Q ui quidem ex Lupo nomē adepti fuerūt:qui eis in deducenda colonia dux oblatus est. Samnites enim Lupū uocāt Hirpū. Confines ii autē Lucanis adiungūtur:qui in mediterraneis habitāt. De Samnitibus quidē hæc: At Cāpanis:ob loci ubertatē idē bonoꝝ ac maloꝝ usus euenit. Ad tātū enim deliciaꝝ prouecti sūt:ut ad Gladiatoꝝ paria depugnaturoꝝ cūuiuas inuitarēt ad cœnā. Numerū quidē eoꝝ:pro cœnarum dignitate definientes. Cū uero Annibali sese dedidissent: exercitū eius ad hyberna suscipiētes:adeo uoluptatū illecebris homines demolitos effœminarūt:ut Annibal ipse dixerit. Victor ipse piclitor:ne hostilis præda fiā. Quippe q milites:uiros dederim:fœmias recipiā. Illis autē potiti nouissime Romani:pmultis eos calamitatibus castigatos reddidere: Ad extremūq; agrū eoꝝ sorte diuiserunt. Verūtamē hoc tēpore felicē ducunt ætatē cū finitimis cōcordiā habētes:priscāq; seruātes dignitatē:& ciuitatis āplitudine:& flore uiroꝝ. Post Cāpaniā uero: & terrā Sānitū:usq; ad Ferētanos:ad mare Tyrrhenū:Picētinoꝝ natio colit. Eorum pars modica Picentinoꝝ:qui adriam habitāt. Q uos quidē Romani Posidoniatē i sinū colonos traduxere. Hoc uero tēpore sinus ipse Pestanus nūcupat. Veꝝ urbs ipsa Posidonia Pestū uocat:medio i sinu locata. Porro Sybaritæ ad mare urbē posuere Ipse qppe āte eos habitātes alios extruserūt: Ipsos posteriori tēpore Lucani eiecerūt. Lucanis ide Romāi oppidū iter cepere:quod īsalubre facit ānis: diffusus in paludes uicinus oppido. Inter Sirenusas uero & Pestū Marcinna est: Thuscorū ædificiū: Cæterū ab Samnitibus habitatū. Hinc Pōpeios p Nuceriā Isthmus iacet:nō ultra stadia centum & uiginti. Picentes autem usq; Silarin perueniunt flumē:qui ab hoc agro ueterem separat Campaniam. Cui quidem fluuio propriū illud īesse tradit:ut ī eius aquas demissa uirgulta saxificēt:forma tamē colorecq; seruato:Picētū uero metropolis erat Picētia. Nūc uero p uicos uitā agūt:ab Romanis expulsi: propter initā cū Annibale societatē. Quo quidē ī tempore:pro militari officio ut uiatoris publici aut Tabellarii operam explerent:assignati sunt. Quemadmodum & Lucani & Brutii easdem ob causas. Paulū autem supra mare Romani Salernum:custodiæ gratia in eos munierunt. Cæterum e Sirenussis ad Silarin:stad.cc.&.lx.intersunt.

STRABONIS GEOGRAPHI LIBER VI.

Ost Silaris autē ostiū Lucania est:& Iunonis Argiuæ templū:quod ab Iasone constructū fuit. Proximaque ad stad quinquaginta Posidonia. Hinc cū enauigaueris:Leucosia occurrit īsula:puum ad cōtinētē habēs cursū:nomē e Sirenū una sortita:quæ hoc in loco iniecta periit:cū ī profū dū(ut fabulæ tradūt)sese abiecissent. E regione Sirenussarū Promtoriū adiacet Posidoniatē sinū efficiēs. Alius itē flectēti cōtiguus sinus offertur. Vbi urbs ab ædificatoribus Phocēsibus Hyela nominata est:cū eā quidē Helā a fonte quodā nominarint. Nostra uero ætas Eleā dicit:e qua Parmenides:atq; Zeno ducunt originē:Pythagoricæ sectæ uiri. Eā per illos prioribus etiā annis:legibus & īstitutis bene formatam extitisse arbitror. Quocirca & aduersū Lucanos obsistere. Cōtraq; Posidoniates ualidiores euasere:licet & agro & hominū multitudine cederēt. Igit ob sterilis terræ tenuitatē: magnā rebus marinis opā dare cogūtur:& piscīū cōdimenta cōficere:& operatiōes eiusmodi reliquas. Antiochus scriptū ædidit:capta Phocide:ab ductore Cyri Harpago:qui naues cū familia ipsoꝝ tota cōscēdere potuere:primū eos ad Cyronē cursū tenuisse:atq; Massiliā Creontiada duce. Inde reiectos Eleā cōdidisse. Quidam ab Eleete fluuio nomē inditum esse tradūt. Ciuitas autē a Posidonia stad ad ducēta distat: Post illāq; promōtorium extat Palinurus. Ante agrum uero Eleæ duæ cū statione iacent Insulæ: Oenotriæ dictæ. Dehinc post Palinurū Pyxuntis promontorium prominet: & portus & amnis. Tria enim uno contenta sunt nomine. Eo habitatores induxit Micytus Messanæ Siculæ princeps:Q ui rursus inde:paucis relictis cō migrarūt. Secundū Pyxuntē sinus est Talaus:& amnis Talaus & urbs Lucaniæ postrema: paulum a mari semota Sabaritarū colonia. Ad quā ab Hela.cccc.intersunt stadia. Vniuersus Lucaniæ nauigationis tractus: stad.dc.& quinquaginta est. Iuxtaq; sacellum Draconis est: qui comitū Vlyxis unus extitit. De quo illud Italis uulgatum est oraculum.

Olim Laio cadet heu plebs multa draconi.

Ibi enim Græci qui in Italia erant populi:adunato exercitu: re malegesta a Lucanis deleti sunt:ab isto decepti oraculo. Hæc sunt ad Tyrrhenum littus Lucanorum loca:qui initio quidem; alterum nequaq̄ attigerant mare. Verum omnia Græcorum tenebantur Imperio qui Tarentinum habent sinum. Necdum ulli ante græcorum aduentum:usquam Lucani uersabantur. Cæterum Chones & Oenopi locis ipsis pascebantur. Cum autem res Samnitica eo magnitudinis creuisset: ut & Chones & Oenotros eiecissent:Lucanos eam ī partem colonos Samnites deduxerunt. Cūq; Græci utrūq; simul littus; ad fretū usq; tenerent inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græcos & Barbaros: diutinū cōflatū ē bellū. Siciliæ uero tyrāni: & postmodo Carthaginēſes: nūc quidē contra Romanos de Siciliæ īperio decertātes: nūc autē de Italiæ regno: oēs eorū locoꝝ incolas uaſtraunt: Poſt Græcos etiā magnā mediterraneæ partem intercæperūt: a Troianis orſi tēporibus. Iā enim tātopere res Græca āplificata fuerat: ut & hanc & Siciliā Magnā græciā appellarēt. Hoc aūt tēpore præter Tarētū Regiūq; & Neapolin: oēs ī Barbaros trāſiſſe mores obuenit. Et alia ſub Lucanoꝝ: alia ſub Brutioꝝ ditiōe teneri: aut Cāpanoꝝ Cāpanos qdē nomīe. Vere autē Romanos dico: Nam ipſi Romani facti ſūt: ſed terræ ambitum tractāti: & quæ hoc tēpore ſint: & nōnulla ſuperioris ætatis dicēda ſūt. Præſertim cū gloria nobilitata fuerint. De Lucanis quidē: qui Thuſcū littus attingūt dictū eſt. Qui uero mediterraneā plagā tenent: ſupra Tarētinū ſinū incolunt. Adeo autē funditus ipſi & Brutii: & eoꝝ auctores generis Samnites deleti ſūt ut eoꝝ domicilia diſtinguere: ac terminare difficillimū ſit. Quoꝝ quidē cauſa ē: quoniā nulla gētiū ſingulaꝝ: ulla in ſede cōmunis exiſtit multitudo: nō ſermonis proprii ritus: nō armaturæ: nō indumētorū: nō ſimiliū reꝝ cōſuetudo: quæ omnino defecit. Alioquin ſingulorū habitacula penitus ignobilia ſunt. Quæ uero de illis accepimus: ipſoꝝ communē ſermonē faciemus. Neq; eos qui interius incolunt: ad hoc agimus. Lucanos ſcilicet: & iis propinquos Samnites. Petelia quidē Lucanorū Metropolis putatur. Satis ad hoc tempus incolarum habens. Hanc Philoctetes e Meliboea p ſeditionē profugus ædificauit. Egregiis munimentis ualidā. Adeo ut Samnites eā quādoq; caſtellis exædificatis corroborarīt. Circa loca ipſa Philoctetes & uetuſtā cōdidit Crimiſſam. Apollodorus quidē ī expoſitione nauiū Philoctete mentionem inſerēs: nōnullos dixiſſe ait: ut Philoctetes ad Croniatarū agꝝ ꝓfectus: promōtoriū Crimiſſam habitari fecerit. Et ſupra illud oppidū Chonin: a quo Chones incolæ dicti. Ab eo uero quidā in Siciliā: ad Ericē miſſi: una cū Troiano Egeſta: Egeſtæ mœnia feciſſe: Et Pumentum item: & Vertine īterius & Calaſerna & exigui quidam alii uici: uſq; Venuſiā urbē celebrē extant. Hanc ſane & reliquas ordine deinde ſitas: qua Capaniā petas: Sānitias eſſe arbitror. Super Thurios aūt: & regio patet: quā Thurianā uocāt. Lucani qdē ab Samnitibus genus ducūt. Qui ſupatis bello Poſidoniatis: & eorū ſociis: eorum potiti ſūt urbiū. Hi autem cum alio tēpore populari ſtatu regerent: ingruentibus bellis: Regem magiſtratus ipſi diligebant. Nunc gens tota Romana eſt. Poſitam deinde maritimā plagam: ad Euripum uſque Siculum: Brutii poſſident: ſtad ſpatio mille tricentorum & quinquaginta. Antiochus in conſcripto ab eo de Italia uolumine: hanc uocari ſolitā Italiam aſſerit. Deq; illa ſeſe cōſcribere: quā priſci Oenotriā appellauere: eius terminū oſtēdit: quē e Tyrrheno qdē mari: Brutiæ terræ diximus: Laum flumē: E Siculo autē Metapontinū. Tarentinā uero: quæ Metapōtino cōfinis eſt: terrā extra Italiā: nominatim explicat: quā Iapygiam uocat. Itē antiquius Oenotros: & Italos ſolos appellatos fuiſſe dicit: qui intra Iſthmū ad fretū uergūt Siculū. Eſt autē Iſthmus ipſe. ī. incluſa terra pelago: ſtad cētū & ſexaginta ītra ſinus geminos: Hipponiatē ſcilicet quē Antiochus: Napitinū dixit: & Scyllaticū alterū. Nauigationis autē ipſius ābitus: & ſpatiū terræ cōpræhenſū: ad interiorem euripū: duū miliū ſtad ē: hucuſq; uero inquit Italiæ: & Oenotriæ nomē extēditur: ad Metapontinos & Siritides: Videlicet hanc regionē Chones: gentē Oenotriā: & quidem īſignē habitaſſe: & terrā nominaſſe Choniā. Hic quidem modo quodā ſimpliciore: atq; uetuſtiore diſſeruit: nulla Lucanoꝝ ac Brutioꝝ facta diſtinctione. Eſt uero Lucania inter Tyrrhenū Siculūq; littus interiacēs. Hinc quidē a Sylari uſq; Laū: Hinc autē a Metaponto: uſq; ad Thurios. Ad ipſā uero continētē: e Sānitibus uſq; ad Iſthmū: qui a Thuriis ī Cerillos extēdirur prope Laū. Stadia autē ſūt ipſius Iſthmi. ccc. Supraq; hos Brutii Cherōneſū habitant. Et in hoc ſane alia cōprehendit Cheronneſus: Iſthmū habēs: qui a Scyllatio ad Hipponiatē ſinū porrigit. Eis autē hoc a Lucanis nomen īditū eſt. Brutios enim Lucani rebelles fugitiuoſq; uocant. Antea nanq; Brutii Lucanoꝝ paſtores fuerāt: a quibus trāſfugerūt. Dehinc remiſſi in libertate uitā exegerūt: q̄ tēpeſtate Dion: aduerſus dionyſiū exercitu ducto: cūcta ī cūctos pturbata effecit. Hæc qdē tā de Lucanis q̄ de Brutiis: ī uniuerſū dicta cōſcribius. Ab Lao ſane pria urbs Brutiæ extat Temeſa: Quā Auſonii condiderunt. Noſtræ autē ætatis homines Tēpſā eā uocitant. Poſt illos eā habuerūt Thoantis comites Etoli: quos eiecere Brutii. Brutios dehinc & Annibal: & Romani fūditus extinxere. Prope Temeſam Sacellū ē: oleaſtris circūſeptū: Polite Vlyxis ſocio dicatū. Quē Barbaroꝝ fraude trucidatum: graues excitaſſe iras tradunt. Ad eoſq; extare prouerbium: Heroē Temeſe ingruere ſibi dicat nemo. Locrenſibus autem Epizephyriis ipſa urbe potitis Euthymū fabulantur pugilē: poſtq̄ ad eum deſcendiſſet: uictorē euaſiſſe pugna. Atq; ut finitimos ab eo tributo abſolueret coegiſſe. Huiuſq; Temeſe Poetam meminiſſe aiunt: Nō autē illius: quæ in Crypto eſt Temeſe. Nam utroq; modo dicitur: quod ad Temeſam ærarium eſt. Et ærifodinarum locus oſtendit. Quæ hiſce defecere ānis. Huic proxia Terina ē: quā cū Annibal tutari poſſe deſperaret: ſolo æquauit: Qua tēpeſtate ī ipſam confugerat terram Brutiā. Poſtea Brutioꝝ Metropolis ē Cōſentia. Supra illā paululū Pādoſia eſt: ualidum propugnaculū: ubi Moloſſorū Rex Alexander trucidatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

eſt:Dodoneo deceptus oraculo Acherontẽ:atq; Pandoſiã cauere iubẽte: cum ſimilis appellationis loca in Theſprocio monſtrẽtur agro. Triuertex autẽ ipſũ ẽ propugnaculum:cui Acheron amnis præterfluit. Aliud inſuper fraudauit oraculũ. Pãdoſia perdes populũ quãdoq; Triuertex Credidit enim hoſtiũ: non ſuorũ cladẽ oſtẽtari. Oenotrioꝝ quoq; regũ regiam fuiſſe Pandoſiam : memoriæ proditũ eſt Poſt Coſentiã Hippo niũ eſt:Locroꝝ ædificiũ:Quod Brutiis obtinẽtibus eripuere Romãi. Et mutato deinde uocabulo: Vibonã Valentiã appellauere. Ad hæc uero loca Proſerpinã e Sicilia aduẽtaſſe:legẽdos ad flores: credidere ueteres: Quoniã florẽtiſſimæ regionis amœniſſima prata eſſe cõſtat.Hic matronis uſus inualuit:ut collectis ex floribus coronas texãt: Cum per dies feſtos empta geſtare ſerta:uitio illis det̃.Habet Emporiũ:quod olim Agathocles Siciliæ Tyrannus:ea potitus urbe iſtituit. Inde cũ ad Herculis portũ nauiges:extrema Italiæ circũflectis: quæ ad fretũ iacẽtia:in occaſũ ſpectãt.In quo nauigationis tractu Locroꝝ ciuiras Medama eſt.Nec longe eiuſdẽ nominis fons magnus: cũ Emporio nobili : propeq; fluuius ẽ Metaurus:& eiuſdẽ nominis ſtatio. Ante littus hoc:Liparentiũ iacẽt iſulæ:lõge ab Euripo ſtad̃.cc.Quidã Aeolias uocãt ab Aeolo:cuius i Odyſſea poeta meminit.Sunt aũt numero ſeptẽ:cũctoꝝ proſpectui patentes: ſiue a Sicilia:ſiue a cõtinẽte prope Medamã aſpectẽt:de quibus tũc diſſeremus: cũ de Sicilia ſermonẽ babebimus.Poſt fluuium Metauꝝ:Metaurus alter occurrit. Inde Scylleũ excipit ſublime ſaxum:qd̃ humilẽ a tergo tellurẽ: alluentibus undis habeat: i Cherrõneſi faciẽ. Quã Rheginoꝝ Tyrãnus Anaxilaus ædificato muniuit muro: ut Thuſcis nauale ſtrueret̃. Et prædonibus nauigãdi per Euripũ facultatẽ interciperet. Finitima enim Cenys ẽ:a Medama ſtad̃.cc.&.l.diſtãs. Ea ultimas conficit oras:& ãguſtias freti:ad prominẽs Siciliæ promõtori ũ Peloꝝ. Hoc e tribus unũ ẽ:quæ triãgulã efficiũt Inſulam. Hoc i æſtiuos uergit ortus: ſicut Cenys in occaſum:Cum mutuam inter ſeſe faciant inflexionem. A Cenyde uſq; in Poſidonium receſſũ: & Rheginã columellã:ad Euripũ:anguſtus prouenit meatus:ad ſtadia ſex ubi minimus traiectos paulo maior eſt.Ab ipſa uero columella ad Rhegium ſtad̃.c.Cũ ꝓdeuntibus in exterius & oriẽtale pelagus:quod Siculũ appellat̃:latior extẽdat̃ Euripus.Cæteꝝ Chalcidenſes cõdidere Rhegiũ. Qui cum ex oraculo Apollini: ꝓpter ſterilitatẽ decũatim oblati fuiſſet: poſtrẽo e Delphis eo coloniã deduxiſſe tradũt̃:& aliis ſecũ aſſũptis e domo. Vt aũt auctor eſt Anthiochus:Zãclei Chalcidẽſes ad ſe accerſiuere:& ſtruẽdæ colõiæ principẽ Antíneſtũ cõſtiterũt.In eius coloniæ ꝓte:& meſſeniorũ e Pelopõneſo exules fuerunt. Hi per ſeditionem ab iis: qui dare pœnas recuſabant expulſi erãt. Miſſas enĩ a Lacedæmõiis:ad faciẽda ſacra uirgines ꝓ uim corruperãt:ad Limnas & auxilio ſubeuntes occiderant. Exules igitur ad Maciſtũ ſeſe recipientes: ad Apollinẽ querimoniam facturos legant.Et ad Dianã:Si eius generis mercedẽ aſſequãtur: pro allato diis ipſis ſubſidio ſubíde rogitãtes: Quonã pacto ex eorum erumna ſalutẽ cõparaꝛẽt? Quibus reſpõdit Apollo:ut una cũ Chalcidẽſibus Rhegium cõmigrarẽt:ſuæq; ſorori gratias haberẽt.Nõ enĩ ꝓ erumnã piiſſe:ſed cõſeruatos eſſe.Haud enim una cũ patria deletum iri: quæ nõ lõge poſt in Spartiatarũ captiuitatẽ trahenda foret.Illi autẽ paruerũt.Quocirca Rheginoꝝ principes uſq; ad Anaxilai tẽpora:ſẽper e Meſſenioꝝ ſtirpe cõſtituti fuere. Veꝝ Antiochus locũ hunc uniuerſũ ab ſiculis ãtiqtus habitatum: ſimul & a Morgãtiis fuiſſe tradit.Qui deinde ab Oenotriis eiecti in Siciliã traiecere. Sunt qui Morgãtiũ ab hiſce nomẽ duxiſſe ſcribãt. Ingẽs uero olim Rheginæ ciuitatis potentia fuit:ualidis quaquauerſũ caſtellis munita. Propugnaculũ aſſiduæ ĩminẽs habẽs inſulæ:& priſcis annis: & ætate noſtra:Cũ ſollicitãte Sex.Põpeio Sicilia deſciuit a Romanis.Cæterũ caſu quodã Rhegio nomẽ ĩditũ eſt.Qui huic obuenit regiõi Aeſchylo teſte.Nãq; Siciliã ab continẽte ui terræmotũ auulſã fuiſſe : & ille & alii memoriæ prodiderũt.Exquo e Rhagene ideſt a frãgẽdo nomẽ aſſequutũ.Ex iis autẽ quæ circa Etnã:& alias Siciliæ partes & Liparam:& circũiacẽtes Inſulas acciderũt: cõiecturas faciunt.Quid de Pithecuſſis: & trãſlocatis terris uniuerſis? Haud ſane longe a ueriſimili hoc fuiſſe:& hoc obtigiſſe qs dixerit.Nũc hiſce reſeratis oribus:ꝓ quæ ignis reſpirat: & igniti lapides:& aquæ effluũt: raro uicinã freto tellurẽ motibus quaſſari.Eo autẽ tẽpore:cũ oẽs ad ſupficiẽ meatus occluderẽtur:in ſubterraneis cõcauitatibus:ardentes ignes:& ſpiritus uehemẽtes:terræmotus efficiebant.Agitati uero uẽtoꝝ uiolẽtia loci ceſſere:& abſciſſi utrinq; mare:& hoc & aliud:inter ĩſulas iacẽs admiſerũt.Nã Prochyta & Pithecuſſæ auulſæ de terra partes ſũt.Eodem modo & Capreæ & Leucoſia & Sirenes & Oenotriæ.Nõnullæ quidẽ ex ipſo emergentes exiliere pelago: Sicuti cõpluribus in locis:hoc etiã in tẽpore euenire conſtat.Nã quæ in medio iacẽt mari:e fũdo i altũ elatas eſſe credibilius eſt.Quæ uero ante ꝓmõtoria iacẽt:ꝓ ãguſtũ diſiũctas eſſe fretũ:& illinc auulſas uideri:rationabilius cenſeri habet. Verũtamẽ ſiue ob eam cauſã nomẽ ciuitati factũ eſt:ſiue propter illius claritatem cõſiderari licet:utro ueritas ſe modo habeat:cum Sãnites latino ſermone:regiam illam appellarint.Et priſci eorum auctores:regẽdis ciuitatibus: communia cũ Romanis inſtituta ſeruarint: ac plurimum latinam linguam uſurparint. Illuſtrem autem urbem extitiſſe:& in pleraq; oppida colonias cõſtat deduxiſſe: & ꝓmultos

celeberrimos ædidisse uiros:seu gubernãdæ reipublicæ uirtutẽ:seu do/
ctrinæ magnitudinem proposueris.Eã Dionysius solo æquauit:illa com
motus causa.Nã cum ex ea ciuitate puellã ī matrimoniū petisset:Rhegi
ni seruipublici:siue Lictoris filiã ei protenderũt. Eius filius quãdã urbis
partẽ acceptã īstaurãs:Pyrrhi ætate Phœbiã nominauit.Inde Cãpanorũ
præsidiũ Rheginos:q fidifragi apparuerãt:maxima ex pte deleuit. Ter
ræmotibus quoq; paulo ante bellũ Marsicũ:urbis pars magna corruit.
Postea Cæsar Augustus fugato ex Sicilia Põpeio:cũ desolatã homĩbus
urbẽ cerneret:acceptos e classe pmultos ei dedit accolas.Nũc autẽ bona
satis est ciuitas.E Rhegio ad oriẽtẽ nauigãti:promõtorium occurrit:qđ
a colore Leucopetrã idest saxũ album appellant: p stadia,l. Vbi montis
Apẽnini finẽ adesse aiũt.Hic Herculeũ promõtorium extremũ ad me/
ridiẽ inclinat.Nã cũ deflexeris:statim uẽto nauigãdũ est Africo:usq; ī
Iapygiã.Postea ī Septẽtrionẽ semp : & magis ī occasũ uergit in sinũ Io/
nium.Post Herculeũ:Locri agri promontoriũ offert;quod Zephyrium
appellatur:portum habẽs ueniẽtibus ab occasu uentis cõmodũ.Qua ex
causa & nomẽ assequit. Deinceps Locri Epizephyrii:urbs īsignis.Quo/
niã e Locris Cresoum habitãtibus sinũ: coloni huc profecti sunt:Euan/
the ductore:paulo post conditã Crotonẽ atq; Syracussas. Qua in re fal/
lit Ephorus:Eos ab Locris Opontiis descẽdisse inquiẽs:triẽnio aut qua/
driẽnio cũ Zephyrium incolerẽt. Postmodũ urbẽ transtulerunt:opem
ferentibus Syracussanis una cũ iis:apud quos est lacus Locrinus:ubi Lo
cri ī expeditionẽ profecti fuerãt . Nã e Rhegio usq; Locros.dc. interfũt
stadi.Sitũ ẽ autẽ oppidũ in quodã mõtis supcilio:quod Esopis uocatur:
Eos autẽ primos legibus scriptis usos esse opinio est.Et plurimũ tẽporis
rẽpublicam optimis rexisse institutis. At Dionysius eiectus a Syracussis
flagitiosissime omniũ abusus est.Quippe ornatis sponsalibus puellas cu
bicula & thalamos irrũpens uitiabat.Formosas uero & maturas uiro uir/
gines ī unum congregabat. Dehinc dimissas ītegris alis colũbas ī conui/
uio illas nudas ī circuitu quæritare & captare uidebat. Nõnullasq; sãda/
lia soluta calciãtes: partim supne ptim infime sectari dicebat: dedecoris
causa.De quibus pœnas dedit postmodũ:cũ recuperaturus imperiũ rur
sus ī Siciliã regressus esset.Locri enim cæso Dionysii præsidio:primo q/
dẽ ī libertatem sese uẽdicarunt. Dehĩc uxorem illius ac liberos ī potesta
tem suam redegerũt.Erãt autẽ filiæ quidẽ duæ. Filius uero unus minor
natu : sed iã ad adolescentiam perueniens. Alter enim Apollocrates no
mine una cũ patre in expeditionẽ comes reuersionis in regnũ causa pro
fectus fuerat . Cũ autem Dionysius pariter ac pro eo Tarentini multis
eos fatigarent precibus : ut corpora redderent redemptione quæcũque
collibuisset accepta nullo pacto restituerũt. At obsidionis incommoda:
agrorũque populationẽ potius tolerarũt. Et iracundiã furorẽq; omnẽ:
in filias euomuerũt.Eas nãq; passim cõstupratas demũ strangularũt:cor
pora deinde cõcremauerũt.Ossaq; cũ molẽdo attriuisset: ī mare dissipa/
uerũt. Ephorus de scribẽdis Locrorum legibus memoriã faciẽs:quas ex
Cretẽsibus & Spartanis & Areopagitaq; institutis: Zaleucus conscripsit:
Inquit illud imprimis nouũ īduxisse Zaleucũ: ut cũ pristinæ leges defi/
niẽdaq; cõdemnationũ in singulis delictis modũ iudicibus ipsis cõcede/
rent:ille per leges ipsas terminauit.Putauit enī iudices ipsos haud eãdẽ:
eadẽ de re habituros esse sentẽtiã.Oportere autẽ easdẽ approbare.Et de
cõtractibus iisdẽ simpliciori quodã modo instituere. Thurios postea cũ
præter Locros acutius explicare uoluissent:celebriores quidẽ cæterũ de/
teriores euasisse.Bonos quippe legumlatores esse nõ qui oĩa accusatorũ
acta cauerit:sed qui ī simpliciter latis persistãt. Hoc & a Platone dictũ ẽ.
Quibus leges adsũt plurimæ ac pœne plurimæ iis & uiuẽdi ritus depra/
uatos esse. Sicut quibus plures adsũt medici : iis & egritudines pmultas
adesse probabile ẽ. Cũ fluuius Alex Reginũ a Locrẽsi disterminet agro
qui per uallẽ ꝓfundã cursũ habet . Peculiare quidã de Cicadis obuenit.
Quæ enī in Locroꝝ ripa uersant sonãtius stridẽt. Illis aliis uox nulla cõ/
tingit:eius rei causã suspicãtur esse.Nã cũ iis omnino umbrosa regio sit:
unde roscidas alarũ pelliculas minime pãdant. Illis sole feruida est: quæ
aridas & uti corneas habeat. Vnde apte stridor emittitur.Apud Locros:
Eunomi Citharedi statua ostẽdit: quæ īsidẽtẽ citharæ cicadã habet. Ti/
mæus posteris scriptũ reliquit:In Pythiorũ quõdã certamine Eunomũ:
& Rheginũ Aristonẽ aliquãdo in cõtentionẽ uenisse:uter præmiũ sorti/
retur. Aristonẽ fusis precibus: Apollinẽ īuocasse Delphicũ:ut sibi adiu/
tor afforet.Maiores enī suos deo ipsi cõsecratos fuisse & a Delphis Rhe/
giũ missã esse Coloniã.Eunomũ autẽ dixisse:illis nunquã de Musica ab
eorũ primordio fuisse certamina. Cũ qdẽ apud eos Cicadæ: cũctoꝝ ani/
maliũ cantu suauissimæ: omni sono destitutæ sint.Nihilominus Aristo/
nem ad laudem cõparãdã impigrũ.Speq; uictoriã iam cõplecti . Tamẽ
Eunomũ uictorem declaratũ:statuam quam diximus:in patria posuisse.
Nam cũ intercertãdum chorda una fracta defecisset: Cicada superuolãs
adstitit:quæ supplemẽta uocis faceret.Super has urbes Brutii mediterra
neã occupãt:ubi Mamertiũ situm est oppidũ nobile. Et silua picis ferax
optimæ: quã Brutianã uocãt. Proceris arboribus & aquis referta: ad sta/
dia.dcc.lõgitudinis.Post Locros Sagra fluuius labit: quem fœminĩe no/
minãt.In cuius ripa Castoris & Pollucis aræ sitæ sunt.Ad quas decẽ Lo/
crorũ milia:una cũ Rheginis;aduersus Crotoniatas: numero centum &

Universidad de Deusto
Biblioteca

triginta milia:marte collato uictores euaſerũt. Quo ex negotio:ortum ẽ aduerſus incredulos prouerbiũ,ἀληθέσ Τερα Των ἐπί σάγρα.i. Hoc reapud Sagrã geſta:uerius ẽ. Addidere plerique: quo die certamẽ initum ẽ: ad Olympia exiſtẽtibus ille nunciatus eſt euẽtus belli: & tanta celeritate nũciatæ pugnæ ueritas cõperta eſt. Hãc ipſã uero cladẽ Crotoniatis:ne magno ulterius perdurarent tẽpore:cauſã extitiſſe memoriæ proditũ ẽ. Tanta quidẽ mortalium occiſorũ fuerat multitudo. Poſt Sagrã Caulonia extat.Prius Aulonia: quaſi uallonia:a uicina cõualle nomiata: ab Achiuis ædificata.Nũc autẽ uacua ẽ. Qui enĩ eã habitabãt: e Sicilia a Barbaris electi:illã ædificauere Cauloniã. Poſt hãc ẽ Scylletiũ Athenienſiũ colonia:Q ui Mneſtei comites fuere.Hoc tẽpore. σκυλλάκιον.ſcyllacium uocat. Tenẽtibus autẽ Crotoniatis:dionyſius Locris terminũ ſtatuit.Ab urbeq; ſinus ipſe Scylleticus nomẽ accepit. Q ui ad Hipponiatẽ ſinũ Iſthmũ:quẽ diximus efficit.Conatus eſt autẽ dionyſius Iſthmũ illũ mœnibus munire:in ea expeditione:quã cõtra Lucanos ſuſcepit: uerbo quidẽ ut ĩtra Iſthmũ habitãtes redderet aduerſus Barbaros tutiores.Re autẽ uera:ut cõmunẽ Græcorũ inuicẽ cõcordiam diſſolueret:& ſecurius ĩteriores ſuo ſubderet ĩperio. Verũ exteriores ĩcurſatiõe facta uerterũt. Poſt Scylletiũ Crotoniatarũ fines ſũt:& Iapygũ terna promontoria. Deinde Laciniũ Iunonis tẽplũ:ſuperiori ætate locupletiſſimum:doniſq; frequẽtiſſimis plenum.Interualla quidẽ nõ iudicatu:non dictu facilia.Verũtamẽ a freto uſq; Laciniũ tẽplum: interuallũ eſſe ſtad' duũ miliũ & tricẽtorũ Polybius tradidit.Hinc itẽ ſpatium ad Iapygiæ ultima:ſtad'.dcc. Hoc Tarentini ſinus os eſſe ferũt. Sinus autẽ ipſe nauigationis circuitũ ita ratione cõprehẽſũ habet:ad miliaria ducẽta & quadragĩta. Vt aũt regionis deſcriptor Artemidorus ait.ccc.&.lxxx.expedito uiatori. Tot aũt ſtadiis latitudo ipſius oſtii ſinus omiſſa eſt. Ad hybernos uero ortus eius aſpectus uergit.Ipſius aũt initium ẽ Laciniũ.Statim enĩ ubi flexeris: urbes Græce fuerãt:quæ nunc nullæ ſũt: excepto Tarento. Cæterũ ꝓpter quarũdã claritatẽ:amplius de illis repetẽda memoria ẽ. Prima Croto ẽ: a Lacinio.c.&.l.diſtãs ſtad'.Eſt & Eſarus fluuius & portus. Et fluuius alter Neethus nomine:quorũ cognomina caſu ꝓueniſſe dicit'. Nã ĩ Achiuorũ errore : quoſdã ab Iliaca claſſe applicuiſſe: ad locorũ explorationẽ egreſſos. Troianas uero mulieres nauigationis comites tã longi perteſas pelagi curſus:naues incẽdiſſe:quas uiris deſertas eſſe nouerãt. Q ua ex cauſa illi mãſiſſe coacti ſũt: præſertim cũ terrarũ uirutẽ cernerent. Euẽſtigioq; plurimis alios aduẽtãtes & pro ſanguinis neceſſitudĩe ipſos imitãtes:multas habitãdi effeciſſe ſedes. E quibus plures Troianorũ ſimilẽ appellationẽ aſſecuti ſũt. Neethos etiã ãnis ex malorũ euentu uocabulũ uendicauit. Vt uero auctor eſt Antiochus:Cũ Achiui a deo oraculũ cæpiſſent:ut Crotonẽ conderẽt:Myſcellus ad cõſyderãdũ locum acceſſit. Q ui cũ iã ædificatã cerneret Sybarin:a uicino flumine cognomẽ habẽ tẽ:hanc præſtãtiorẽ eſſe iudicauit. Eapropter reuerſũ ad oraculũ:denuo rogaſſe : Nunquid hanc pro illa condere datum eſſet.Cui deus has reddidit uoces.Erat autem gibbus Myſcellus.

Terga breuis Myſcelle tuo de pectore omitte.
Cætera perquirens fruſtra:en uenaris iniqua.
At rectum quodcũq; datur:tu laude probato.
μυσκέλλε βραχύνωθε παρέσσεθεν ἄλλα ματεύων.
κλαῖματαθηρεύεισ ὄρθον Δοτί Δωτίσ ἔπαινει.

Reuerſus igit' Crotonẽ conſtruxit:Archiæ auxilio:qui Syracuſſas condidit.Cũ forte annauigaſſet:quo tẽpore Syracuſſarũ domicilia conſtituebãt.Antea ſane Iapyges Crotonẽ:Ephoro teſte incolebant.Fuit autem ciuitas rei bellicæ peritiſſima: Nec paruã exercẽdis Athletis opã dedit. In unius igit' Olympiadis ludis:ſeptẽ uiri qui cæteros ſtudio ſuperarũt: Crotoniate fuere oẽs.Iure itaq; dici uiſũ ẽ:qui Crotoniatarũ poſtremus ẽ:is reliquorũ græcorũ primus ẽ.Vetus quoq; prouerbiũ alterũ:Crotone ſalubrius aſſerit.Quod inde ortũ eſſe aiunt:quia locus ipſe ad ſalubritatem:& bonas habitudines propter Athletarũ multitudinem plurimũ ferat.Plurios igit' ad Olympia uictores.i.olympionicas habuit.Licet haud tẽpore multo habitata:cũ tãtus uirorũ numerus ad Sagrã ad internitionẽ ceciderit. Ad eius gloriã acceſſit:ingens Pythagoreorũ cetus. Nec nõ Athletarũ celeberrimus Milo: & Pythagore diſcipulus: Q ui ea ĩ urbe multũ contriuit tẽporis.Fama ẽ Colũna quãdoq;: in philoſophorũ cõtubernio laborãte: Milonẽ ſubeuntẽ: ſaluos reddidiſſe uniuerſos:deĩdeq; ſeipſũ extraxiſſe.Q uo mẽbrorũ robore frerũ: uitæ ſubuerſionẽ offẽdiſſe:haud incredibile dixerim: de qua ſcriptores quidã tradidere. Ferunt igitur cũ ꝓfũdã denſãq; p ſiluã iter faceret:lõge a tramite deuiaſſe. Trũcũ deinde ĩgẽtem:adactis cuneis inuenientẽ: inſertis manibus pariter ac pedibus in ſciſſurã eius hiantẽ:ut penitus diſcinderet eſſe conatũ. Tantũ autẽ ſolũmodo ualuiſſe:ut exilirent cunei.Ligni uero partibus:ſtatim in ſe coeuntibus:derelictũ in eius generis laqueo:a feris deuoratũ fuiſſe. Deinceps ab Achiuis cõditũ oppidum Sybaris eſt.cc.diſtans ſtad'.Inter duos ſitũ fluuios Crathidẽ & Sybaridem. Eius autẽ cõdende auctor eſt Iſeliceus.Eo autẽ excellẽtiæ & felicitatis ea ciuitas excreuit: ut quaternas proximas rexerit gentes.Et quinq; ac uiginti urbes: ſuo ſubdiderit ĩperio Et contra Crotoniatas.ccc. hominũ milium exercitũ duxerit. Super Crathide uero domicilia habẽtes.l.ĩ circuitu ſtad'. Totam autem hanc

ibi ſalutẽ (ut diximus) comperauit. Oſtendiď quoq; in Gerenio agꝝ ſacel
lum Aeſculapii: Tricceũ cognomine. Quia ueniẽtes e Theſſalica Tric
ca mortales illud condidere. Fama ẽ Leuctrum & Charadram & Thala
mos nunc Boetios uocatos: cultoribus a Pelope ex Boetia quibuſdam in
troductis habitatos: cum ſororem eius Niobem nuptui locaſſet Amphi
oni. Præter Pheras autẽ Nedon Amnis ꝑ Laconicum labiď agrũ: alter a
fluuio Neda. Neduſiæ uero Palladis cognométo ĩſigne tẽplũ habet. Eſt
etiã ĩ Poeaſſa Nudeſiæ Palladis ſacellũ nobile: a Nedõte loco nomẽ aſſe
quutæ. A quo ductis habitatoribus Teleclus Poeaſſã coluiſſe prædicaď.
Simul & Etheas atq; Tragiũ. Ex prolatis. vii. urbibus Achilli. De Car/
damyla qdẽ & de Pheris explicauimus atq; Pedaſo Cæteꝝ Enopen qui
dã Pelana nominãt. Aliqui uero locũ quẽpiam Cardamylæ adiacẽtem.
Quidam Gereniam terram. Hiran autem commonſtrant in monte: iu/
xta Megalopolĩ Arcadiæ ciuitatem: qua ad Ardaniam iter habetur.
Quam a poeta Oechaliam uocari ante diximus. Nonnulli Meſolam
hoc nomine nunc appellari aſſerunt. Quæ inter Traigetum & Meſſe
nam ad ſinum pertinet. At Epæa hoc tempore Thuria dicitur. Quam
Pheris conterminam commemorauimus. Sita uero eſt in excelſo colle.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde Epæa id est celsa: nomen sortita ẽ. A Thuria uero sinus Thuri/
ates:in quo ciuitas quædã fuerat Rhium nomine:e regione Tenari. An
theã quidã sane Thuriam ipsã esse aiunt.Nonnulli quoq; Epæam Me/
thonem. Alii uero eã quæ inter Asinã Messeniã urbem: ꝓprie Pratosã
nuncupatam:cuius urbs ẽ Coronæ mari uicina.Et hanc nonnulli Peda/
sum a poeta nominatam esse inquiunt. Omnes quidẽ pelago proxime.
Cardamyla quidẽ ad mare iacet.Pheræ uero a mari distãt.v.stad'.spatio.
Illa quidẽ æstiuam habet stationẽ. Reliquæ uero maritimis inæqualiter
utuntur interuallis.Prope coronam circa fere medium sinũ Pamisus af
fluit amnis.Hanc & reliquas ordine positas:dextrorsũ habẽs.Q uarum
nouissime in occasũ spectantes sunt:Pylus & Cyparissia. Hatũ media ẽ
Erana.Q uã nonnulli Arenã falso quondã crediderunt. Thuriã uero &
Pheras sinistrorsũ.Hic inter omnes Isthmi fluuios magnitudine præcel
lit. Tametsi nõ amplius stad'.c.a fonte ꝓfluat:abũdãtes ꝑ Messeniũ cã/
pum:oramq; Macariam:id est fœlicem trahẽs aquas. Hic ipse fluuius a
ciuitate Messenia stad'.cc.&.l.distat.Est & alius Pamisus ꝑ ualles serpẽs
tenuis:circa Leuctrum Laconicũ. De quo Messenii aduersus Lacedæmo
nios controuersiam sub Philippo Rege habuerũt.Q em(ut antea dixi/
mus)quidam Amathõ appellauere.Ephorus scriptis prodidit Cresphõ
tẽ:postq̃ Messenam terrã subiugauit:eã.v.ĩ ciuitates diuisisse:sicuti ĩ su/
perioribus exposuimus.Ita ut Steniclarus in huius regionis medio posi
ta:regia illi sedes institueret'.Inde Hiamitin legatũ Pylum & Rhiũ mi/
sisse:qui Messenios omnes eodẽ & pari cũ Doriẽsibus iure faciet.Q ua/
re cum Dorienſibus indignatione cõcitati forẽt: ipse pœnitentia ductus
solã Steniclaꝛ ciuitatẽ cẽsuit. Et ad hoc Doriẽses cunctos adegit. Verũ
Messenioꝛ oppidum Corintho perq̃simile est. Mõs.n.præruptus præ/
cepsq; ĩcumbit utriq;:cõmuni muro cõprehensus:ut in arcis usu sit.Ille
quidẽ Ithome Hic autẽ Acrocorinthus appellat'.Q uocirca Demetrius
Phalereus Philippo commode dixisse uisus est. Q uin has inquit urbes
ambas capesse:si adipiscẽdæ Pelopõnesi cupiditate duceris. Vtroq; enĩ
cornu bouẽ continebis:Cornua quidem Ithomẽ:atq; Acrocorinthũ:Bo
uẽ uero Pelopõnesũ esse dictitãs.Hac igit' opportunitate propter urbis
istas concitata sæpius esse bella. Corinthum igit' a fundamẽtis esse deie
ctam:rursũq; restitutã.Et Messenã a Lacedæmoniis quidem esse destru
ctam. A Thebanis autẽ restauratã:& a Philippo Amyntæ filio postea:
uerũ arces ipsæ inhabitate mansere. Dianæ uero palustræ templũ ĩ Laco
nicæ siue Messeniæ terræ finibus est: ubi utriusq; populus cõmune sa/
crificium:comuentumque celebrabat.In eo profectasseriatum uirgines
Messenii procaciter incestarunt.Cum autem Messenii nullis uiolatores
pœnis multasset:cõflatũ est bellũ. Ab hac Palude Dianæ Tẽplũ ĩ Spar
tã cõstructũ ẽ:cognomẽto palustre.Rebellãtibus aũt sæpenumero Mes
seniis:frequẽter dimicatũ est.Primã igit' eoꝛ subiugationẽ a patruũ pa/
tribus fuisse: Tyrteus in suo testat' poemate. Secũdã uero qua Elæos:&
Argiuos:& Pysæos:sotios assumẽtes desciuere. Cũ Arcades Aristocra/
tẽ Regẽ Orchomeni:ducẽ exhibuere belli.Pysæi uero Pãtaleonẽ Om
phalionis filiũ. Quo in tẽpore ipse illius belli Imperatorẽ sese Lacedæ/
monioꝛ fuisse testat'.In eo Elegoꝛ opere quod Eunomia.i. bona iscribi/
tur institutio:& paulo post.Ipse enim Saturnius coronate Iunonis mari/
tus Iuppiter:hanc Heraclidis urbẽ tradidit.Quibus cũ nos uẽtosã liquẽ
tes Erineũ:ad amplissimum peruenimus Pelopõnesũ. Dicũt' enim hæc
Tyrtei quorũ quædã ꝓposita sũt.Itaque aut ipsũ carmen Elegiacũ auto
ritatẽ amiserit:aut Philochoro negãda fides est:& Calistheni:aliisq; com
pluribus:qui ex Athenis & Aphidnis illũ aduẽtasse memorant Cũ Lace
dæmonii Apollinis responsa flagitasset: qui ut ducẽ ab Athenien̄sibus
peterẽt edixit.Ductu igit' & auspicio Tyrtei:secundũ gestũ est bellum.
Tertium subinde ac quartum constitisse bellum ferũt: in quo Messeni
orum ruina consequuta est. Tota uero Messenii tractus nauigatio: sini/
bus computatis:ad stad'.dccc.foret. At enim plus:q̃ satis ẽ:nc stra diuer/
tit oratio:dũ loci notitiam ex historiis tractam sectamur.Plurima tamen
omittẽtes desolata regione Laconica: si ad uetusti status compationẽ re/
uocet':qui tam præclari populi multitudine floruerat. Nã præter Spar/
tã exilia quædam:numero circiter.xxx.restant oppidula. Verum enim/
uero cũ priscis annis cẽtenis preesset urbibus Hecatõpolin uocitatã:me
moriæ datũ est.Inde quot annis per eos boues cẽtenos immolari consue
tum fuerat.Quod sacrũ Hecatombas appellabant. Post sinũ Messenia/
cum deinceps subest Laconicus:inter Maleas & Tenarum: paulatim a
meridie uergens in ortum. Centum autẽ ac.xxx.distãt stad': a Tenaro
Thyridis:idest feneſtræ:Messeniaco existentes in sinu:quid confragosũ
& præceps ẽ fluẽtum.Super has Taygetum imminet.Est uero mõs su/
per mare:non grandis admodũ.Cæteꝛ excelsus & erectus.Ex Aquilõis
parte Arcadiæ radices contingẽs. Adeo ut in medio uallis relinquatur:
qua Laconicæ Messenia cõiungatur.Taygeto autem subiicit' Sparta:&
Amycle in regione mediterranea:ubi Apollinis tẽplum: & Pharis loca/
ta est.Ipsius uero urbis solum in curuo magis loco sedet: licet in medio
mõtes assumant'.Nec uero pars ulla stagnat:cum prisco tẽpore subur/
bium late stagnaret: & ꝓinde illud lacus uocaret'. Liberi quoque patris
delubrum intra lacum existebat:quod hodie ædificium habet in arido.
In ipso autem littoris inflexu Tenarus: ripa erecta est:sacram Neptũni

ædem conſtructã continẽs in luco. Propinquaque ſpelunca eſt: per quã Cerberꝝ ab inferis ſuperius reductũ ab Hercule: fabulæ canũt. Ex eo loco ad ꝓmontoriũ Phycontẽ: in Auſtrũ interuallum Cyreneæ eſt: ſtad̃ trium miliũ. Ad Siciliæ uero promõtoriũ Pachynum: in occaſũ uerſus: quattuor milium. dc. Aliqui ſtad̃ mille. iiii. dicunt. Ad Maleã uero in ortum. dc. lxx. cũ ſinu computant̃. Vergꝝ ad faucẽ Aſini: depreſſã quãdam Cherrõneſũ interius Maleã. d. &. xx. Horſũ prominet intra ſtad̃. xl. Inſula quædam Cythera: cõmodis inſtructa portubus: & eiuſdẽ nominis urbe. Quã Eurycles ætate noſtra Lacedæmoniorꝝ ductor in peculiaris iuris poſſeſſionẽ uẽdicauit. Circũcirca puſillæ quædã Inſulæ: ptim ꝓpiores: ptim aliquãto remotiores adiacẽt. Ad Cretæ ſane ꝓmõtorium Corithũ: nauigatio ꝓpiquiſſima ſtad̃. cc. &. l. Poſt Tenarꝝ: cũ ad Aſini faucẽ Maleamque nauigas Amathus occurrit urbs. Inde Aſine atque Cythium Spartanorꝝ nauale nobile. Intra. cc. &. xl. ſtad̃ ædificatum. Habet autẽ ut tradit̃ nauium ſtationem manu effoſſam. Deinde fluuius Eurotas inter Cythium & Acteos erumpit. Hactenus præter littus commode nauigatur ſtad̃. cc. &. iiii. Poſtea paluſtris ora eſt: & uicus Helos: ideſt palus nomine. Qui prioribus annis: Homero teſte ciuitas extitit.

Quiq; Helos oppidulũ pelagi: atque tenebat Amyclas.

Helius uero Perſei filius: illud ædificaſſe phibet̃. Eſt & campus nomine Leuca. Inde ciuitas ĩ Cherrõneſo ſita: Cyparitſſia cum portu. Dehĩc faux Aſini: portum continẽs: dehinc urbs Boia. Poſt Malea. Ad quam ab Aſini fauce ſtad̃ ſunt centum. l. In agro Laconico ciuitas eſt Aſopus. In cõfecto ab Homero Catalogo Meſſan quidem nuſq; monſtrari dicũt: & Meſoan Spartani agri ptem eſſe negãt: ſicut & Lineũ At quidam ſic Meſſã admittũt: ut ꝓ extremæ abſciſſionẽ ſyllabæ Meſſenã dictã cogitẽt. Quoniã & hanc agro pertinere Laconico aſſerãt. Ad quod ipſius poetæ utũt̃ exemplo: qui Cri pro Crithẽ: ideſt ordiũ: & Do ideſt doma ꝓ tecto uſus ſit: & alia alii ſic poſuere. Et etiam heros: Automedõq; & Alcimus ꝓ Alcimedon. Et Heſiodus: qui Brithy: & Briaron Bri dicit. Sophocles uero & Hyon pro Rhadio: Rha. Et Epicharmus Li ꝓ Liã. Et Syraco ꝓ Syracuſas. Et Símia: dodo ꝓ dodonã. Apd̃ Empedoclẽ uero: una ſit ex duabus ſyllabis: Ops ꝓ Opſis: i. facies & uiſus. Et apd̃ Antimachũ: Cereris qdẽ Eleuſinæ ſacra: ops ꝓ opſis ideſt facies: & Alphi ꝓ Alphitõ. Euphorium quoque Hel pro Helon: ideſt clarꝝ dicit. Apud Philerem uero Ancillæ quæ in calathis: albam ferunt eri: ꝓ erion ideſt lanam: & uellus. Inuentumque peda: ꝓ pedalia. Aratus inquit: hoc eſt gubernacula & claues nauium. Ex aliis oppidis quæ poeta meminit: quædam dicta ſũt. Nõ nulla prorſus deleta ſunt. Aliquorũ adhuc ueſtigia reſtant. Quorundã permutata ſũ uocabula: ſicut Augiæ Egeæ. Nam in locrenſi plaga nulla penitus ſuperſũt. Lanõ a Caſtore & Polluce per obſidionẽ expugnatam ſcriptis cõmẽdatum eſt. Inde illi Laperſe appellati fuere. Apud Sophoclẽ ꝓ Laperſas: ideſt Geminos iurat̃. Sic & per Spartanos & Argiuos de os iurat̃. Ephorus poſteritati prodidit Euriſthenẽ & Proclẽ Heraclidas redactã in poteſtatẽ oram Laconicam ſex in partes diuiſiſſe. Ipſamq; inductis inquilinis per ciuitates ordinaſſe. Vnã itaque particulam eximiã Amyclas excepiſſe: Et proditori tradidiſſe: qui Laconicam illis regionẽ exhibuit. Quique ſuaſu ſuo præfectũ loci: ut tutus abiret: & cum Achiuis ĩ Ioniam commigraret induxit. Spartam uero regale ſibi ipſis domicilium declarauere. Ad reliquas ſingulos Reges dimiſere: concedentes ut cohabitatores admittere liceret: qui uellent aduenas: cum tot ubique mortales defeciſſe cernerent: uſos autem Laimeni opera. Finitimos uero cũctos: licet Spartanis ſubiectos: paribus tamen legibus ac iure uiuere in ſocietatem ciuitatis adſcitos: communionẽque magiſtratuum. Eos autẽ Helotas uocari. Cæterum Agin Euriſthenis filium ius illud dignitatũ æquabile ademiſſe. Mandaſſeque ut Spartæ tributa conferrent: cæteros quidem paruiſſe. Helæos autem qui Helos habitant rebellaſſe. Ipſos inde ui & armis bello ſuperatos: in ſeruitutem perpetuam damnatos: certis impoſitis cõditionibus dominis ipſorum: nullo pacto licere: aut liber tate donare: aut extra fines eos uenundare. Hoc illud bellũ eſt: quod aduerſus Helotas uulgatur. Hælotica etiam ſeruitus uſque in Romanorũ perdurans imperium: ſuperatamque Laconicam: quã Rex Agis demonſtrauit. Illos quodãmodo Lacedæmonii publicos habebãt ſeruos: aſſignatis ſibi quibuſdam habitaculis: & contributis peculiariter miniſteriis. De Laconica ſane Reip. iſtitutiõe eiuſque mutatiõe: permulta forent omittenda: cum late cognita ſint. Attamẽ pleraque digna memoratu ſũt. Fama eſt enim Achæos Phthiotas una cũ Pelope Peloponneſũ ingreſſos: habitaſſe Laconicã. Illos autem adeo uirtute præſtantes excelluiſſe: ut cũ Peloponneſos permultos prius annos Argos uocaret̃: Ea tempeſtate Argos Achaicum nominari cœptum ſit: nec ſola Peloponneſũ: ſed etiã proprie Laconicã eo modo appellatam. Illud autẽ Poetæ: Vbi nã Menelaus erat̃ non quidem in Achaico Argo: ſic accipiendũ quidam arbitrantur: nõ quidem erat in Laconica poſt Heraclidarum reditum: cum Philonomus regionẽ illam Dorienſibus prodidiſſet: e Laconica in Ioniam migratum eſt. Ea eſt quam hodie Achaiam nominant. De ipſis etiam in rebus Achaicis explicandis amplius uerba faciemus. Quod qui Laconicam obtinebant: initio quidem uiri modeſtia præditi fuerãt. Poſtea uero q̃ reipublicæ gubernacula Lycurgo cõmẽdata ſũt: tãtũ cæteros anteceſſerũt:

ut e Græcis ſoli terræ ac maris adipiſcerentur ſperium:tamque diu Græ
corum principatū tenuere:donec eis Thebani ducatū ademere.Et ſecū
dum illos continuo Macedones. Verum tamē nec illis omnino ceſſere.
Sed ſuarum legum īſtitutione ſeruata: de prioris loci maieſtate conten/
tionem ſemper habuerāt:& aduerſus Græcos:& Cōtra Macedoniæ Re
ges.Quibus per Romanoꝝ arma deletis:paulū quiddam miſſis populi
Ro.ducibus obſtiterunt. Tunc a Tyrannis & improbis reipublicæ le/
gibus oppreſſis:priſtina nonnihil dignitate reparata:præcipuo in hono/
re fuerunt:& ſua in libertate manſerūt. Vt præter amicoꝝ miniſteria:a/
liud nihil tributi nomine conferrēt.Eis uero nuper Eurycles perturbati
onē importauit:cū malā in partem Cæſaris amicicia fretus īmoderate:&
ultra q̄ par eſt:illoꝝ præfectura uſus eſt.Deſiit autē confeſtim ipſius do/
minatus:cum ipſe ut oportuit conceſſiſſet e uita:& eius filius talē omnē
amicitiam auertiſſet.Euenit etiam ut Laconicæ liberatores quēdā guber
nandæ ciuitatis ordinem capeſſerent.Poſtq̄ finitimi primi Romano ad/
hæſerunt imperio. Et reliqui & Ilotes Tyrānis ſeruiēte Sparta. Hella/
nicus autor eſt Euryſthenē & Patroclem ciuitatis regimen ordinaſſe.At
Ephorus increpat:cum ipſū nullam prorſus Lycurgi mentionem feciſ/
ſe dicat.Et illius actiones aliis:& quibus nihil attineat aſcribat. Soli itaq;
Lycurgo facellum eſſe factū: & annua fieri ſacrificia. Illis autē licet urbi
habitatores induxerint:ea nequaq̄ eſſe tributa. Vt ab eis Euryſthenidas
& Patroclidas uocari contingeret.At primos autores nequaq̄ ab Agide
Euryſthenis filio.Agidas computatos eſſe:quod omnibus urbium cōdi
toribus:& earum habitandarum autoribus attributum eſt. Eius rei cau/
ſam aſſeri:q; homines ſuſcipientes aduenas:per illos potentatum uendi/
carūt.De horum natura locorum: atque Meſſeniorum hæc accipienda
ſunt:quæ ſcribit Eurypides: Laconicam quidem latū arandi campū ha/
bere.Cæterū cultu difficilem. Inter montes enim curua circūeuntibus
collibus dura:atque aſpera hoſtibus ad īcurſandū minime patens.Meſ/
ſeniam uero fructuoſam;aquis irriguā:innumerabilibus plauſtris & bo/
bus refertam:Paſtoribus copioſa ſuppeditantē paſcua. Non Hybernis
flatibus hyematu moleſtā.Nec rurſus plebæis quadrigis īmoderate fer/
uidā:& infra e ſortibus:quas de plaga ipſa fecerūt Heraclide Primā La/
cenæ terræ fuiſſe:& primariam telluris nationē. Secūdā autē Meſſeniæ
oræ.Cuius maior ē uirtus:q̄ ulla explicare ualeat oratio. Q ualē & Tyr
teus ipſe prædicabat.Veꝝ cū ipſe Lacōicam & Meſſeniā Pamiſo diſter/
minari aſſerat:qui pelagus incitatior intrat:cōcedi minime aſſentio: qui
mediā quidē Meſſeniā perlabitur.Verum eā quæ nūc Laconico appel/
latur nequaq̄ attingit. Nec illud ab eo recte dicitur: quod cū Meſſenia
atque Laconica pariter mari ſint uicinæ:ipſam longe a nauigatione abeſ
ſe refert:ſed & Elin male terminat.Cū ultra quidē ꝓceſſeris Elis uicina
Ioui flumē emittit. Nā ſiue quæ nūc terra uocaſ Elæa:dicere uelit: quæ
Meſſeniæ contermina eſt.Huic ne cōtiguus quidē eſt Pamiſus:ſicut La
conicæ.Ipſū enim per mediam fluere Meſſeniā dixit:ſiue ipſā uetuſtam
Curuā Elin appellatā:intelligat:longe magis a uero excidit. Poſt Pamiſi
traiectū:magna eſt Meſſeniæ pars.Inde tota Pheraꝝ regio atq; Meſſeni
orū:quā Triphyliā uocabant antea.Dein Pyſana ora & Olympia. Poſt/
modū ſtad.ccc.interuallo Elis.Cum ſcriptores quidā Lacedæmonē Ce/
toeſſam appellent:Alii Cæetaeſſā quærūt quā in ꝓtem accipiēda eſt Ce
toeſſa:ſiue a Cetis ideſt balenis. Siue qa magnā ītelligamus:quod uero
ſimilius eſt.Subinde Cæetaeſſā quidam dici arbitrant: quia herba Ca/
lamintho:ideſt Nepita:uehemēter eſt abundās. Alii ad rimas appellari:
quas terræmotus efficiunt:qui Cæeti uocant.Laconicam uero frequenti
bus terræmotibus agitari.Spelunca etiam quædā ꝓ carcere apud Lace/
dæmonios eſt:quam Cæetā nomināt.Aliqui etiā tales cauernas Cous di
ci malūt:unde & feras Oreſcoas:i. ī ſpeluncis cubātes:poeta dixit. Tay/
geti quoq; cacumina quædā abſciſſa fuiſſe: memoriæ nōnulli ꝓdidere.
Sūt & Latomiæ.i.lapidiciæ precioſoꝝ lapidū Tenarioꝝ:a Tenaro mul/
tis iam ſæculis. Nuꝑ autē ingens Taygeti patefacta ē effoſſio impenſas
ad eā Romana ſuppeditante luxuria. Vrbem autem ac regionē eodem
Lacedæmoniis appellari uocabulo: uel Homero cōſtat autore. Regionē
autem dico cum Meſſenia:cū de arcubus mētionē facit.Pulchros illi de
dit Iphitus Eurytides hoſpes in Lacedæmōe occurrens. Tum ſubīfert:
ābo iuicē ī Meſſena ī Ortſilochi domo coiere. Pheraꝝ locū dicit.Cuius
pars fuit Meſſenia. Itaque nihil differt illi dixiſſe cōmuniter:dedit ī La
cedæmōe occurrēs.Et ābo iuicē coiere Nā Pheras Ortſilochi domū fu/
iſſe liqt Ad Pheras uenerāt domū Dioclei Ortſilochi filii: Telemachus
atq; Piſiſtratus.Pheræ aūt ad Meſſeniū agꝝ ꝑtinēt.Quādo autē ex Phe
ris diſcedentē inquit Telemachū: die toto cogitaſſe iugū ait:dehinc ait.
Sol petit occaſum:ſubeunt Lacedæmona magnā.
Inque domos agitant.
Menelai urbs tūc accipiēda eſt:Quod ſi ita nō ſit: e Lacedæmone in La
cedæmona pueniſſe uidebitur. Alioquin Menelai habitaculum in ipſa
Sparta non fuiſſe credendum erit . Cumque ibi non adſit Telemachū
dicere: Spartam Pylumque ꝓficiſcor . Sic enim regionis & urbis Epi/
theta coincidere uidebuntur:niſi forte hoc poeticæ concedendum ſit li/
centiæ.Contrarium enim ut Meſſena cum Laconica Pyloque Neſtorea
ſit.Neque ꝑ ſeipſam inſtrui:in ipſo nauium catalogo. Neque in partem

communiter ueniſſe militiæ. Poſt Maleam aũt ſinus excipit. Argolicus: ac Hermonicus. Ille quidem uſque ad Scylleum nauigãti: ad oriẽtẽ ſpectanti: & ad Cycladas. Alter magis ad ortum q̃ iſte: uergit ad Eginã terramq; Epidauriã. Sinus quidem Argolici primas partes Lacões habẽt: reliqua tenẽt Argiui. In qbus ſũt & Apollinis tẽplum: Dælium Laconũ: quo nomine & Boetiũ ẽ. Et Minoa caſtellum quo uocabulo eſt & Megaricum. Et Limera Epidauria (ut inquit Artemidorus) Scribit autẽ Apollodorus ipſã apud Cythera eſſe. Quæ cũ cõmodiſſima portu ſit: breuiter ac præciſe Limeram: quaſi limeneram ideſt portuoſã appellatã eſſe nomine permutato. At ipſa Laconicæ nauigatio ſtatim a Malea inchoãs: uſque lõgum in ſpatium aſpera fit. Tamen ſtationes & portus habet: reliqua ripa bonis ẽ prædita portubus. Paruæ quædã illi adiacent Inſulæ: haud ſane memorabiles. Argiuæ autem ſũt Praſiæ ac Temenium ĩ quo humatus eſt Temenus: & prior locus eſt: per quem Lerna fluuius eodẽ quo palus nomĩe fluit. In qua tantas de Hydra poetæ fabulas ædiderũt. Ipſum uero Temenium longe ab Argo .vi. & .xx. ſtaď diſtat a mari: ab Argo ad Hereum .xl. Hinc uſque Mycenas decem. Secũdũ Temeniũ Nauplia eſt: Argiuorum nauale: ſic proprie dicta: q; eo naues nauigent. Ab hoc ficta eſſe de Nauplio: & filiis eius ab hiſce iunioribus dicĩ. Nec enim illoꝝ immemor extitiſſet Homerus: Palamedis uidelicet: cuius tãta ſapiẽtia & ĩtelligentia oſtentaď: quem iniuſte ac doloſe necauere Pelaſgi. Nec Nauplii qui circa mõtem Caphareum: tantam hominũ cladem cõmiſit ac funera. Ipſorum genealogia præter alia fabulis plena errore profertur. Cõcedaď ſane ut Neptũno procreatus ſit. Quonã uero modo ex Amymone matre genitus ſit: qui Troianis adhuc temporibus uitam agebat? Poſt Naupliam ſpelũcæ ſũt: & in illis Labyrinthorum ædificia: eas uocant Cyclopeas. Dehinc alia loca: & ordine ſinus Hermionicus ſitus eſt: quem cum in Egina locus ordinet: ipſa etiam circuitionis partitio haud ſane deſpiciẽda nobis indicauit. Eius initium ab Aſina eſt oppidulo: dehinc Hermione: atque Troezen. In ipſo maris curſu præiacet Inſula Calauria .xxx. ſtaď habens ĩ circuitu: medio maris brachio ſtaď quatuor a cõtinẽte ſegregata Subinde ſinus eſt Saronicus: qui & Põtus a q̃ buſdam uocaď: & a nõnullis poros: ideſt trãſitus. A quo & pelagus Saronicum diciť. Cũctus ipſe trãſitus proximus ab Hermiõico mari: & Iſthmico: & Myrtoo: atque Cretico nomẽ aſſeqtur. Ad Saronicum Epidaurus pertinet & procumbẽs Inſula Egina. Deinde Cenchree Corinthioꝝ nauale ad oriẽtẽ ſpectãs. Inde Schoenũtis portus: cũ ſtaď .v. ac .xl. nauigaueris. A Malea uero in ſummã collectis ſtaď mille & .dccc.. Ad Schoenũtem portum anguſtiſſima Iſthmi tellus ẽ: qua nauigia trãſuectãtur:

ubi eſt Neptũni Phanum Iſthmii. Sed hæc ĩ præſentia omittãtur. Extra enim Argiuam terrã iacet. Repetẽtes autem Argiuã perluſtremus orã. Et ante omĩa quotifariã apud Poetam dicitur Argos: & per ſe & addito Epitheto. Cũ uocet interdum priſcũ: alias laſũ. Equeſtre quandoque uel Pelaſgicũ: uel equorũ alumnum. Nã & oppidũ Argos dicitur. Sicut illud Argoſque & Sparta: & quique habitant Argos: Tirynthaque & Peloponẽſus ædibus in noſtris in Argo. Nec enim urbs erat eius ædes: & uniuerſa Græcia. Vnde omnes Græcos uocat Argiuos: ſicut & Danaos & Achiuos. Cognominationẽ igiť per Epitheta diſtinguit: Theſſaliam quidem Argos Pelaſgicum uocitans: ut quot Pelaſgicum Argos habebant & Peloponneſũ. ſicuti Sin Argos ueniemus Achaeũ: uel ex Argo non erat Achaeo. Significans hic q; Achaei proprie Peloponnenſes alia quadam ſignificatione nominarentur. Argos quoque laſum Peloponẽſe dicit: ſicuti ſi omnes Achaei Argos intuerẽtur laſum & Penelopẽ: ut pluris procos acciperet. Non enim ex uniuerſa Græcia procos capere ueriſimile fit. Sed propinquos. Equeſtre uero & equorũ alumnũ cõmuni quadã proprietate dicit. De Græcia uero deque Græcis & pangræcis controuerſia eſt. Thucydides enim poetam nullo in loco barbaros appellaſſe dicit eam ob rationem: quia Græci nondũ ĩ unum nomẽ aduerſariũ diſcernebanť. Autoritate etiã Apollodori ſolos Theſſaliæ incolas uocari Hellenes ſeu Græcos liquet. Nã Myrmidões Græciq; ideſt Hellenes nuncupabantur. Heſiodus ſane & Archilochus & qui Græci & q̃ Pangræci uocarentur: profecto omnes nouere. Alter enim Proetidas inquit: Pangræci petiere Græci. Alter Pangræcorum ait calamitas concurrit ad Thaſum. Aliq uero cõtra ponunt: quod poeta & hos & barbaros nominauit: Caras Barbariloquos appellans: & Græcos omnes. Græciam adit uaga fama uiri: mediumque per Argos. Argiuorũ urbs magna ex parte planis in locis ſita eſt promontorium Lariſſam nomine: habẽs collem ualde ſeptum: in quo Iouis phanũ eſt. Fluuius iuxta labitur Inachus inter ſaxoſas cõualles. Oritur ex Lyrcio ad Cynuriam montẽ Arcadiæ. Quæ de illius fontibus fabuloſa uulgãtur: poetica ſũt commẽta. Argos quoque aquis carere: cõmẽta ſũt: cum dicitur.

Dii poſuere Argos Lympharũ protinus expers.

Cum regio curua ſit amnibus rigua: paludes & lacus exhibẽs. Oppidũ quoq; plurimos aqs uberrimos abundantes puteos continet: minimeq; profundos.

Accuſant & fraudem illã multi:

Sitiui: acceſſi reprobatis paſſibus Argos.

Hoc aũt ẽ: uel ſane ꝓ eo quod ẽ Polypotheton hoc ẽ ſcilicet uehemẽter

optatum:uł..χ τοῦ.Δ..ideſt.D. littera adepta polyipſion:ut magnopere noxiū: & pernicioſum habitaculū:Sic autē hāc Pelopidarum domū appellat Sophocles.Proiapſe enim & Iapſe & Iapſaſthe:cladē quādam importare ſignificat:& damnū:ut quibuſdā ī locis oſtēdit Homerus.

Nūc tentate quidem:fors natos lædet Achiuum.
Ac pulchrū lædet corpus:dein merget auerno.

νύν μέν πειρᾶται. τάχα λίψεται ὕιασ ἀχαιων.
κατάκρόα καλόν ἴαψει ἄι Δι προίαψει.

Alioquin non urbem notat Argos: cum nequaq̄ illuc peruēturus erat. Sed in Peloponneſū nequaq̄ ſitibūdā. Vnus quidē fluuius eſt Inachus Argiuā percurrēs terrā. Alius etiam ī Argiua ē Heraſinus nomīe. Hic quidē e Stymphalo naſcitur ī Arcadia:& e lacu quē Stymphalidem appellāt.E quo aues uocatas Stymphalidas ab Hercule ſagittis:& tympāis fugatas poetæ finxere.Ipſū aūt fluuiū abſorptū a terra:ī Argiuā emergere:& cāpū irriguū reddere eū Eraſiū uocāt & Arſinū.Simili alteꝝ dictū nomine ex Arcadia ī littus Buræ labit̄: Alius exiſtit apud Erettrios:& in Attica penes Brynronē.Iuxta Lernā uero fōs oſtēditur Amymone. Cæterū Lerna & Argiui & Mycenæi agri lacus eſt.In qua Hydrā cōſtituiſſe:ſcriptores tradūt. In illa cū facta ſint purgamina: puerbiū quoddam uulgo manauit:Lerna maloꝝ. Ipſā qdē regionē armis abūdare cōcedūt. Vrbē uero ipſā ī loco iacere arido.In q̄ copiā puteorum eſſe:quos Danaidum aſcribant ſollertiæ. Eos.n.illas inueniſſe. Quo ex facto uerſus ille uulgatur.

ἄργοσ ἄνυδρον ἔον Δαναάι θεσάν ἄργοσ ἔνυδρον.

Argos aquis uacuū Danae ſtruxere redundās.

Ex puteis autem quattuor inſignes habentur & ſacri:quos eximia uenerationē colunt qui in aquarum penuria:aquarum abundantiam īducūt. Argiuorum quidem arcem Danaus īhabitaſſe dicitur.Is adeo præcedētes loci illius reges excelluiſſe fertur:ut qui antea Pelaſgi nominabātur: impoſita per Græciam lege:Danai uocitarētur Euripodis poetæ teſtimonio.Eius ſepulchrum in Argiuo foro medium locatum cernitur quod Palynthum appellāt.Mihi ſane uidetur:ut Pelaſgi & Danai:ſicut & Argiui nuncupētur:q̄ huius ciuitatis gloria & cæteros Græcos a ſe denominandos comparārit . Sic & Iaſum Argos Iaſidas appellari fecit.Sic & ex Apia Apidones moderni dixere.At Homerus non quidem Apidones appellat. Apiam aūtem magis longinquam: quod prope Pelopōneſum dicat Argos:animaduerti uel hinc licet. Argiuam dicit Helenam.Et inde urbs Ephyræ exiſtit ipſius in Argos ſinu . Et hinc eſt Argos mediū: & Inſulas m̄tas:& uniuerſam Argos regē. Iuniores & campum Argos

dicunt. At Homerus ne ſemel quidem . Præcipue uero & Macedonicum & Theſſalicum eſſe arbitrantur.Cum uero Danai nepotes Argium excepiſſent regnum:illis ſeſe Amythaonis immiſcente progenie. E Pyſæo agro atque Triphylia proficiſcēte: mirari nemo debet: ſi eadem procreati ſtirpe:hoc modo regionem duo in regna diuiſere.Primo ut cū duæ in illis urbes eſſent:ipſas pricipatu eminētes: oſtētarent præſertim intra minus ſtad̄.l.inter ſe finitimas. Argos uidelicet:atque Mycenas:& dicatum Iunoni templum:iuxta Mycenas:ambabus eſſe commune:ī illo ſunt Policleti ſimulacra:artis laude omnium præſtantiſſima: ſumptu & magnitudine Phidiæ ſane imaginibus cedentia. Argos quidem a primordio magis ac magis extitit potentia primarium. Subinde Mycenæ ampliora ſuſceperunt incrementa:propter commigrantes in illas Pelopidas.Nam cum omnes ad Atrei filios conſiſterēt: Agamemnon grādior natu regnum adeptus:duce uirtute:ac pariter fortuna comite:regiōis paternam poſſeſſionē ampliauit:& Mycenæo Laconicum adiecit imperiū. Verum Menelaus Lacōicæ regimen tenuit. Ac Agamemnon Mycenarum uſque Corinthum ac Sicyonē: & Ionum & Aegialeorum. Sic enī ea uocabantur ætate.Cum poſterius Achaei dicti ſunt:regnum Agamē non ſuſcepit. Cærerum ſecūdum Troiana tempora: deſtructo Agamēnonis imperio res Mycenæa humilius attenuata eſt:præcipue poſt reſtitutos Heraclydas.Iſti enim occupata Peloponneſo: priores dominos eiecerūt:quo effectum eſt ut qui Argos obtinerent:Mycenas quoque ſubiectas in unum conſpirantes haberent.Poſteriori tempore eas Argiui ſolo æquatas deleuerunt.Adeo ut nūc Mycenæi oppidi:ne ueſtigium quidem reperiatur. Cum talis Mycenis caſus acciderit : quid mirari opus ē: ſi qui admirati ſūt ſub Argo populi hac ætate penitus euanuere? Ipſe autē catalogus hūc ſe habet ī modū.

Qui tenuere Argos Tirynthaque mœnibus altā.
Hermionē Aſināq; ſinu quæ amplexibus artāt.
Troezenen Eionas uineta Epidauron habētem.
Qui Maſeta colunt iuuenes Aeginan Achaei.

Hæc quidem de Argo.Deinceps de reliquis explicandum. Tirynthen ſane ad excurſiones faciendas arcem uſurpaſſe Proetus uidetur. Et eam Cyclopum opera atque arte mœnibus roboraſſe.Ii autem ſeptem erant numero quos Gaſterochiras ideſt uentrimanos appellabant:quoniā ſuo alebant̄ artificio.E Lycea uero uocatos aduētaſſe tradit̄.Et forte ſpelūcæ apud Naupliā & illaꝝ opera:horū cognomē cōtraxere. Arx ipſa Licymna ab ædificatore Licymno dicta. Abeſt autē a Nauplia ſtad̄.xii.Et ipſa uero & uicina Midea deſertæ ſūt.Nō illa ſane quæ ī Boetia ē. Cū illa ſit

Midea:ut ꝓnoea quæ ꝓuidẽtiam ſignificat accẽtu ĩ tertia a fine ſeruato
Hæc autem Midea ut Tegea eſt:ſi penultima tenet accẽtum. Huic affi
nis ẽ Proſymna:habẽs ĩ ipſa Iunonis tẽplum.Plurimas autem cũ rebel/
larẽt:Argiui deſolatas uaſtarũt.Habitatores autem e Tirynthe quidem
Epidaurũ ſeſe receperũt.Ex Hermiõe autẽ ad Halies(ſic enim uocant)
ideſt piſcatores.Aſina uero terræ pagus Argiuæ: penes Lacedæmoniam
Naupliam.Ex ea iquilini ĩ Meſſenium cõmigrarũt agrum: eodem quo
Aſina oppidulum Argolicum:uocabulo nũcupata.Nam cũ Lacedæmo
nii plurimum ex alienis agris uendicaſſẽt : in hãc cultores dimittebant:
quoſcũque ad ſe confugiẽtes excepiſſent : ſicut autor ẽ Theopompus.
Quæq; e Nauplia fugerãt:eo ſeceſſere. At Hermionæ urbs haud igno/
bilis eſt:cuius littus tenẽt Halies ideſt piſcatores homines maritimis ex/
erciti negotiis.Rumor eſt uulgo apud Hermionẽſes cõpendioſum eſſe
iſetorum deſcẽſum. Quocirca nullum ibidem mortuis naulum impo/
nũt.Dryopum domicilium & Aſinã fuiſſe memorãt qui ex uicinis Sp/
chio locis extitere. Vbi(ut Ariſtoteles teſtis eſt)Dryops Arcas ĩhabitaue
rat.Eos autem Hercules ex terra Dorica Parnaſo finitima expulit. Scyl/
læum quod in Hermione eſt nomẽ a niſi filia Scylla cœpiſſe inquiunt.
Quæ Minois cupidine capta:cum ei Niſeam proditiõe tradidiſſet:ab eo
ĩ profundum deiecta eſt.Et fluctibus horſum agitata ſepulturã obtinu/
it Eiones autem uicus quidã erat:quẽ eiectis ĩcolis Mycenæi nauiũ rece
ptaculum inſtituere.Eo ĩde uaſtato ne ſtatio quidem ipſa manet. Troe/
zen ſacra Poſidoni ideſt Neptũno fuit. A quo & Poſidonia olim appel/
lata.Ea ſtad'.xv.a mari eminet: urbs & ipſa inſignis. Ipſius portui quem
Mentum uocãt:parua imminet Inſula Calauria nomine.Cuius ãbitus ẽ
ad tricena ſtad'.Hic Neptũno dicatũ fuit Aſylum. Fama eſt hũc ipſum
deũ cũ Latona permutaſſe Celauriam:cuius loco Delon impẽdit. Cum
Apolline uero Tenarum: ꝓ quo Pythiam exhibuit. Ephorus autẽ ipſũ
quoque refert oraculũ. Tu Delo ĩquit hĩc.Iſoque Calauriaque frueris.
Pythiamque ſacram pulſatum & Tenaron Euris.Fuit quidem Amphi
ctyonum cõuẽtus:ex ſeptem conſtãs ciuitatibus:ad hoc faciẽdum ſacri/
ficium cõmune habẽtibus officiũ.Quæ fuerãt Hermionæ.Epidaurus:
Aegina:Athenæ:Praſiũ:Nauplia: Orchomẽus: Minyus. Pro Naupliis
Argiui. Pro Praſiis Lacedæmonii conferebant. Tãtopere aũt ipſius dei
ueneratio ualuit apud Græcos ut potiti etiam rerũ Macedones huc uſq;
tutum:ſecurumque loci perfugium:inuiolatumque ſeruarent.Locique
ſupplices reuelli ſint ueriti:qui ad Calauriam ipſam confugerint. Adeo
ut Archias comitatu ſeptus militum:Demoſthenem uiolare minime ſit
auſus.Cui iuſſerat Antipater:ut eũ uiuũ reliquuoſq; oratores ſimilibus
affines accuſationibus iuẽtos ad ſe perduceret. Eum uerbis ĩducere co/
nabat'.Cui tamẽ nõ perſuaſit. Sed ſumpto prius ueneno uolũtariã ſibi
necem cõſciuit.Cæterum cum Pelopis filii Trozẽ atque Pitheus ex ter
ra ꝓfecti ſint Pyſæa. Alter quidem ſuum urbi nomẽ reliquit. Pitheus
uero poſt eum ſucceſſit ĩ regno.Anthes uero qui prius obtinebat enaui/
gãs cõdidit Halicarnaſum.Epidaurus autem ãtea Epitaurus uocabatur.
Eam cares Ariſtotele teſte occuparũt: ſicut & Hermionẽ. Redeuntibus
uero Heraclidis Iones ex Attica Tetrapoli ideſt quaternas urbes cõtinẽ
te:eos ad Argos comitãtes:etiam ĩ unis cohabitauere mœnibus. Hæc au
tem nõ parũ inſignis ẽ ciuitas: præſertim ex Aeſculapii claritate nobilita
ta.Quem uaria morborum genera curaſſe ſomniati ſũt homines. Erat
uero templum ægrotãtium multitudine uſquequaque refertum.Pẽdẽ/
tibuſque tabellis:ĩ quibus ſanati lãgores erãt inſcripti.Quẽadmodum &
ĩ Coa fiebat Inſula pariter & Trica.Sita urbs eſt ĩ ipſo Saronici ſinus re
ceſſu intimo:ſtad'.xv.circuitam habẽs nauigationẽ. In æſtiuos ꝓſpectãs
ortus.Excelſi uero uſque ad mare: quaquauerſum mõtes includũt. Vn
de omni ex ꝑte naturale munimẽ habet.In medio Troezenis:& Epidau
ri munitus iacet locus Methana. Et Cherrõneſus eodẽ appellata nomi/
ne.Licet apud Thucydidem ĩ quibuſdam exemplaribus Methone di/
cat':ſimili quo Macedonica nũcupata uocabulo . In cuius obſidiõe Phi/
lippus auulſum amiſit oculum.Quapropter nõnulli decepti:ut Scepſi
us exiſtimat Demetrius:eam Methonẽ Troezenis arbitrati ſũt. Quam
execrati ferunt' Agamemnonis legati:deligendoꝝ cauſa nautarũ. Vt ab/
ædificãdis mœnibus nulla ſibi quies præſtaret' atque ceſſatio.Nõ his q/
dem ſed Macedonibus abnuẽtibus:uti Theopompus ĩquit. Iſtos enim
cum ꝓpinqui ſint rebelles extitiſſe:nõ fit ueriſimile. Aegina uero eſt eti
am Epidauriæ terræ locus quidam. Et e regione item huius cõtinentis ẽ
Inſula.Quam ĩ appoſitis nuꝑ uerſibus explicare uult poeta. Vbi enim
poeta dixit.Quique Aeginam habẽt:quidã aſcribunt Inſulam & Aegi
nan: ꝓ eo quod eſt. Hi autem habebant Aeginan:ut nomĩs ſimilitudi/
nem diſtinguãt.Quod autem ĩter nobiliſſimas Inſulas una eſt: quid uer
bis opus eſt?Hinc enim Eacus:eiuſque poſteri genus duxiſſe decãtant'.
Hæc eſt quæ maris aliquãdo tenuit imperiũ.Hæc eſt quæ cõtra Atheni
enſem populum in nauali ad Salamina prœlio:de principatu contende/
re non dubitauit.Qua tempeſtate Perſæ Græciam inuaſerant. Eius am
bitus Inſulæ cẽtum.lxxx. ſtad' eſſe traditur. Eiuſdẽ appellatiõis oppidũ
in uentum uergẽs Africũ habet.Illã Attica & Megarica coronat ora. Et
Pelopõneſus uſque Epidaurũ cũ centũ fere ſtad' ſingule ab illa diſtent.
Pars autẽ orientem Auſtrumq; ꝓſpectans Myrtoo ꝓfunditur pelago.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ac etiã Cretico. Paruulæ quidem circũiacẽt inſulæ ꝑmultæ in continẽ
tem uerſæ. Belbina uero in pelagus uergens. Ager uero ipſius ſi altius
fodias terreus eſt: cum ſuperne lapidoſus eſt: præcipue campeſtris ipſa
planicies. Ideo nuda tota ordei ferax ſatis eſt. At Aeginenſes Myrmido/
nas appellatos memorant. Nõ quomodo in fabulis caniẽ: ut ingẽti inua/
leſcẽte peſtilentia formicæ Eaco precante: in homines uerſæ fuerint. Ve
rũ quia formicarũ more terram fodientes: ad petras trãſportarẽt: ut agri
colẽdi materiam haberent. Foſſas quoq; incolerẽt: ut nõ expedẽtes late
riciã agerẽt parſioniã Oenona uero diutius: duabus Attice tribus par no
mine: uocabaẽ. Vni quæ ad Eleutheras ꝓpe iacet: ut illud ẽ. Cãpos Oe/
nones habitare foenarios. Eleutere uero una de q̃dripoli ad Marathonẽ
eſt De qua natum eſt ꝓuerbium Oenones uallis. Eam habitauere Argi/
ui Cretenſes. Epidaurii & Dorienſes. Poſteriori tẽpore deinde: ſorte miſ
ſis incolis: Athenienſes Inſulam tenuere. Surreptam dehinc Atheniẽſi/
bus Inſulam Lacedæmõii priſtinis reddidere cultoribus. Cæterum Ae/
ginẽſes Cydoniam. Crete urbem colonos demiſere. Nec minus in um/
briam. Ephorus ſcriptis ꝓdidit: primo Aeginæ a Phidone ſignari cœptũ
argentũ. Emporiũ aũt ideo effectũ quia locus admodũ ſterilis erat: cum
homines illi maritima mercãdo negotia tractarẽt. Vnde Rhopon mul/
timodis rebus cõſtãtem quæſtum Aegineam appellamus mercaturam.
Poeta ſane ipſe nõnulla loca ordíe cõtinuo: ꝓut iacẽt exponit: ſicut ea in
parte q̃ Hyriã paſcebaẽ & Aulidẽ. Quiq; Argos tenuere Tirynthenq;:
Hermionenque ac Aſinam: Troezenenque & Eionas. Alias autem non
quo ſe habẽt ordíe: ut Schoenum & Scolum: Theſpiamque Greamq;.
Inſulas quoque Epiri cum aliis dicẽdo cõnumerat. Qui quidem tenebãt
Ithacam & Crocylia depaſcebãtur: nam Crocylea ítra Acarnanes ſunt.
Sic & nũc Aeginæ Maſetẽ adiũxit: qui locus ad Argolicum littus ꝓti/
net. Thyræas quidem Homerus nullibi nominatim attigit. Alii uero
frequẽri ſermõe loquũtur. Quoꝝ cauſa Argiui ac Lacedæmonii certa/
mẽ hoſtiliter contulerũt. In quo Lacedæmõii duce Othryada victoriam
reportarũt. Locum autem illũ in Cynoſuria eſſe: Thucydides ſcribit ad
Argiui ac Lacedæmonis agri cõfinia. Sũt etiã Hyſiæ Argolicæ terræ ora
celebris. Similiter & Cẽchreæ: quæ in uia e Tegea Argos ducẽte ꝓ Par/
thenium mõtem: & ꝓ Creepolum ſitæ ſũt. Has ignorauit Homerus &
Lycurgium & Orneas. Vici autem nũc ſũt Argiui agri. Hæc quidem e/
odem quo mõs nomine: illas uero ſimili appellãt uocabulo: quo Orneas
ĩter Corynthum ac Sicyonem poſitas. Inter Pelopõneſi ciuitates Argos
& Sparta gloria præcellunt in hanc etiam ætatem. Pro quarum quidem
claritate longe lateq; diſſeminata: non ſane lõga ſuſcipiẽda uenit oratio.

Ne ab omnibus de illis memorata recepiſſe uideamur. Priſcis ꝓfecto fæ
culis Argos amplius illuſtre nomẽ ſparſerat. Poſtea uero Lacedæmonii
gloria omnino ſuperarunt ꝓſeuerantes ſuas leges: ac inſtituta conſeruare
niſi ſiquid paululum illos aberrare contigit. Argiui Pyrrhum quidẽ re/
gem nõ admiſerũt: ſed ante illoꝝ mœnia mortem obiit: cũ tegula ab ani
cula quadã (ut aiunt) in eius caput ſupne deiecta fuiſſet Aliorum autem
ſubditi fuerunt imperio. In ſocietatem quoque Achæoꝝ cõmuniter du/
cti: una cum illis Romanoꝝ potentiam ſubiere. Et nunc ciuitas ipſa con
ſiſtit ſecundum poſt Spartam dignitatis locum obtinens. Dehinc de lo/
cis Mycenis & Agamẽnoni ſuppoſitis explicemus. Quos ĩ nauiũ dinu
meratione Poeta memorat.

Cuius uerſus hũc ſe habent in modũ.

Quique Mycenæã colit altis mœnibus urbẽ.
Ciſque Corynthus adeſt: & Muris ſpecioſa Cleone:&
Orneas paſcũtur: Arethyreã Sicyonaque:
Hic primũ fidus ſua ſceptra tenebat Adraſtus.
Inde Hyſpereſiã: celſãque in colle Gonoeſſam.
Pallenẽque habitãt: atq; Egion ĩde colebãt.
Et littus totũ: atq; helice latiſſima rura.

Mycenæ quidẽ nunc extinctæ iacẽt. Earum urbẽ a Perſeo cõditam eſſe
cõſtat. Cui Sthenelus ſucceſſit in regno. Huic Euryſtheus. Hos eoſdem
uero Argos imperio tenuiſſe cõſtans memoria eſt. Cũ autem Euryſthe/
us ad Marathonẽ: aduerſus Herculis filios: Iolaumque ductaſſet exerci/
tum: auxilium ferentibus Athenienſibus: in ipſo prœlio fertur occubu/
iſſe. Reliqua ſane eius mẽbra Gargetti ſepulta eſſe. Caput autẽ Corĩthi
ſeorſũ: Quod ab Iolao circa fontẽ Acariam: ſecus tramitem: Abciſſũ fu/
erat. Vnde locus euryſthei caput appellatur. Mycenæ autẽ in Pelopida/
rum regimen cecidere: e Pyſæo agro proueniẽtium: Deinde ad Heracli/
das peruenerunt: qbus & Argos ipſũ ſubiectum erat. Poſt commiſſũ ue
ro in ſalamine prœlium nauale Argiui: & Cleonei ac Tegeatæ Mycena
rum urbẽ iuadẽtes: Mycenas radicitus excidere: Agrumque diſpartiue/
re. Tragœdiarum quidem ſcriptores urbẽ utranque: propter locorum
propinquitatem: communi appellauere nomine. Eurypides in una & ea/
dem Tragœdia: Modo Mycenas modo Argos idem uocat oppidum: ſi
cut & in Ephigenia & Oreſte. Sunt autem Cleonæ mediocre oppidum
in uia ſitum: quæ ex Argo Corinthum ducit. Et in tumulo frequẽtibus
habitato incolis muros perpulchros habente. Quo circa Poeta mihi
proprie dixiſſe uidetur: Mœnibus pulchris excelluiſſe Cleonas. Hic ſil
ua ſurgit Nemæa inter Cleonas & Philuntem. In qua Argiui ſacra

Universidad de Deusto
Biblioteca

celebrare cõſueuere Nemæa. Ibi quoq; quæ de Nemæo Leone geſta: fa/
bulis ꝓdita ſũt. Et Belbíus ẽ pagus. Diſtãt aũt Cleonæ ab Argo qdẽ ſtaꝺ
cẽtum &.xx. A. Corintho uero ſtaꝺ.lxxx. Nos uero ab Acrocorítho ædi
ficium expectauimus Sane Corinthum locupletiſſimã aiunt: cũ Iſthmo
immineat Emporium: locus negotiatoribus frequẽtatus. Et duoꝝ domi/
nus portuum exiſtat. Quoꝝ alter quidem Aſiæ: Alter aũt propinquus ẽ
Italiæ. Vtroque ex loco faciles inuicẽ mercium commutationes faciens.
Tantũdem etiam remotis utrinque gẽtibus. Fuit autẽ & non tuta ꝓfe/
cto nauigatio: quod quidem ãtiquioribus ãnis freto contigit ſiculo. Itidẽ
nec maria ipſa præſertim ſupra Maleam: ꝓpter aduerſos uentorum fla/
tus. Inde eſt natum uulgo ꝓuerbium: cum Maleam deflexeris: domeſti
cos obliuiſcere. Aſiaticis igitur: Italiſque Mercatoribus gratiſſimũ erat:
omiſſo ad Maleã curſu Corinthũ diuertere: aduectis eo mercibus. Vbi
& importatarũ & exportatarum e Pelopõneſo rerum: uectigalia uẽdi cõ
tingebat. Hoc apud poſteros omnino permãſit. Poſtmodũ maiora in di/
es adueniebant additamẽta. Illuc enim i Iſthmicorum celebratione ludo
rum multitudo cõuenarum cõcurrebat. Ipſi quoq; Bacchiadæ ãnis fer/
me.cc. urbem dominatiõe tenuerãt: & Tyrãni locupletiſſimi: & nume/
ro plurimi: & genere clari euadẽtes. Et Emporium ipſũ adempto metu
fructuoſũ poſſedere. Cypſelus autẽ hiſce deſtructis Tyrannidem occu
pauit. Eiuſque domus diuitias oblatum Olympico tẽplo Cypſeli domũ
teſtatur eximiæ magnitudinis ſimulacrum: ſolido ex auro fabricatum: &
in tertiam uſq; generationẽ domus eius perdurauit. Demaratus quoque
ex Corinthi potẽtiſſimis unus domeſticas fugitans factiones: tot domo
ſecum opes tulit ĩ Etruriam: ut urbis: quã ciuitate donatus adiit príceps
extiterit. Et filius eius Romæ potitus ẽ regno. Veneris etiã templũ adeo
locupletatũ extitit: ut ſupra mille deæ ꝓſtitutas puellas capet: q̃s ueneri
uiri mulieresq; addixerãt. Propter has igit̃ frequẽs ĩ urbẽ mꝫtitudo tur
baq; cõueniebat: unde ciuitas mirꝝ in modũ ditabat̃. Nautæ etiã leuiter
ſũptus factitantes aſſumebant̃. Hic uulgat̃ ueteri ſermõe ꝓuerbiũ. Nõ
omniũ ẽ uiroꝝ Corinthũ nauigatio. Igit̃ cuiuſdã meretricis facetũ illud
poſteris uulgatũ ẽ reſpõſũ. Nã cũ altera illi exprobraret inertiã: q̃ nulla
operis teneret̃ induſtria: nec lanas attingeret. Ego inq̃t talis in hoc breui
tẽpore ternas diſpoſui telas. Ipſius urbis ſitũ talẽ eſſe cõtingit: & ex Hie/
ronymi ſcriptis & Eudoxi & alioꝝ: & quãtũ ipſi cernere potuimus: poſt
reſtitutã nup a Romanis urbem mons excelſus ẽ ſtaꝺ triũ ac dimidiati
altitudinẽ habẽs ad perpendiculum. Aſcenſus ad ſtaꝺ.xxx. in acutũ ter/
minatur cacumem. Acrocorithum autem eã nominant. Cuius quidem
pars in Aquilonem uerſa: maxime in arduũ recta cõſurgit. Sub qua ad
Acrocorinthi radicem in ꝑplano: inſtar menſe loco iacet oppidũ. Ipſe ur/
bis ambitus ſtaꝺ.xl. erat. Vbi a monte nuda fuerat urbs: mœnibus ual/
lata fuit. In hoc autem circuitu & mons Acrocorinthus continebat̃: ubi
murale tutamẽ admittere potuit. Nobis interaſcẽdẽdum manifeſta ipſi
us tractus erant rudera. Et uniuerſus circuitus ſtaꝺ: circiter. lxxv. confi
ciebat̃. Aliis ex partibus mons ipſe minus in rectum arduus eſt. Hic ue
ro nõ parum dilatat̃ in longe: lateq; ꝓſpectum patẽs. Vertex ipſe uene/
ris ſacrã habet ediculam. Infra uerticẽ Pirenem fontem adeſſe contigit:
haud affluẽtes aquas habẽtem. Cæterum ꝓſpicuas ad imum: potuique
ſuauiſſimas. Vulgo autem memorant: Tum ex hoc: Tũ ex ſubterrane/
is quibuſdam uenulis expreſſum fonticulum: mõtis radici proximũ in
urbẽ ífluere: unde aquãtur ubertim. Intra oppidum quoque puteorum
copia eſt. Nec minus (ut aiunt) in Acrocorintho. Nõ tamẽ ipſi uidimus.
Cũ tamẽ Euripides dicat hoc pacto. Venio ex Acrocorítho lymphis al/
luentibus irriguo: ſacrũ Veneris relinquẽs tumulum. Lymphis alluenti
bus irriguo: profundi dici conuenit: quãdo putei & ſtillantes per illũ hu
mores abunde prolabũtur. Vel antiquus ſubintelligendus eſt meatus.
Vt Pyrenæ per ſuperficiẽ fluẽs: montẽ ipſum redderet irriguum Fama
eſt equũ Pegaſũ cum potaret hoc in loco a Bellerophonte deprehenſũ
fuiſſe Allatum inq̃ caballum e Meduſæ ceruice: & de Gorgonis execto
gutture proſilientem Vulgatum eſt etiã Caballinũ in Heliconæ fõtem
erupiſſe: cũ ſubiectã ibi rupem feriret ungula. Sub ipſã inde Pirenem
Siſyphium iacet: ſiue ſacellum quoddã: ſiue regale domiciliũ niueo cõ/
ſtructũ lapide: in quo nõ modica ſeruant̃ adhuc rudera. E ſũmo autẽ ca
cumine in aquilone Parnaſus aſpicit̃ & Helicon montes excelſi: atq; ni/
uales: Criſſaeuſque ſinus utriq; ſuppoſitus: quẽ Phocis & Boetia: terra/
que Megarẽſis & Sicyonia: & Corinthia complectitur: quæ Phocidi op
poſitas tenet aquas. Ad ueſperam uero omnibus iſtis Onii appellati mõ
tes imminẽt. Qui uſq; Boetiam Heliconẽque protenduntur a ſaxis Sci/
roniis: a uicina illis uia qua itur in Atticam. Vtriuſque quidem ripæ prí
cipium eſt. Alterius quidem Lechæum. Alterius uero Cẽchreæ uicus &
portus ab urbe ſtaꝺ ad .lxx. lõgíquus. Hoc qdẽ ex Aſia nauigãtes utũt̃.
Lechæo autẽ qui ex Italia proficiſcũtur: Lechæum ſane ſub oppido eſt:
non multis abundãs habitaculis. Sicut crura uero protrahũt ſtaꝺ circa.
xii. ex utroque uiæ latere ducentis ad Lechæum. Hinc littus extenditur
ad Pagas uſque Megarenſis terræ oppidum. Alluitur autem a ſinu Co/
rinthiaco. Curuum autem ẽ & traiectum: & ambas ripas efficit ad Scho
enuntem Cenchreis proximum. Inter Lechæum uero & Pagas Iunonis
Acreæ extat oraculum ueruſtũ admodũ. Extãt & Holmiæ ꝓmontoriũ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſinū efficiēs ī quo & Oenoa ē & Page. Hæ quidē Megarēſe caſtellū eſt. Oenoa uero Corinthioꝝ:a Cēchreis Schoenus ē:ad quē ipſius traiectus locus anguſtiſſimus eſt. Subīde ager ē Cromyonius. Ante hanc ripā & Saronicus & Eleuſinus ſinus iacet:unus & idē quodāmodo Hermonico ſane cōtiguus. In Iſthmo Neptūni:quē Iſthmiū uocāt tēplū eminet. Picearū arboꝝ luco circūcluſū:ubi ludos Iſthmios decertatos:Corinthii celebrare ſoliti ſūt. At enī Cromyon terræ quidē nūc ē Corīthiæ. Antea uero Megarēſis. Vbi Cromyoniā uerſatā fuiſſe porcā refertur in fabulis. Ex qua Calidoniū creatū fuiſſe aprū memorant. Interque præclara Theſei certamina:unū illud ꝓdiderūt hāc illius manibus occiſā. Plagæ quoque Corinthiæ Teneus uicus eſt. In quo tēplū Teneati cōſiſtit Apollinis. Litteris proditū eſt:cū Archias Coloniā Syracuſas duceret: maximū colonoꝝ numerū ex hoc loco ſequutū ducē illū fuiſſe. Eāque Coloniam ſuper alias poſtea præcipua fœlicitate floruiſſe. Denique ſuis īſtitutis rēpu. tenuiſſe. Cūque a Corinthiis deſciuiſſēt adheſiſſe Romāis & deleto fūditus oppido pmāſiſſe. Vulgo quoddā profertur oraculū:Aſiano cuidā redditū. Illi nanque īterrogāti:utrū Corinthū trāſmigrare præſtātius foret. Ita reſponſū ē. Fœlicē quidē Corinthū. Cæterū Teneates eſſe malē. Hoc in loco Polybius Oedipū enutriſſe fertur. Vidētur & Tenedii hominibus iſtis quadā conſāguinitate cōiūcti per Tēnū Cygni filiū:ſicut Ariſtoteles ſcribit. Apud utroſq; Apollo ſimili ueneratiōe colīt: de qua nō parua ſigna exhibētur. Corinthii quidē ſub Philippi exiſtentes Imperio:aduerſus illū cōtētiones exercuerūt. Et cōtra Romanos iſolenter habuerunt. Adeo ut quidā Corīthii in prætereūtes eoꝝ tecta legatos ſordes īfudiſſe præſūpſerit. Pro hiſce autē rebus:aliiſq; delictis ueſtigio pœnas luerūt. Eo enī miſſo īgenti exercitu Corīthus ab. L. Mūmio ſolo æquata eſt. Et reliquus uſque ad Macedoniā tractus ſub Romanū ceſſit īperiū:aliis alio cū copiis miſſis ducibus. Maximā uero agri Corīthii pte Sicyonii poſſeſſā occupauere. Polybius ſane:quæ in urbis captiuitate obuenerūt ī cōmiſeratiōis partē colligēs:iniuriā militū addit atque ludibria:quæ ī artes & præclara exercuerūt opera:& diis oblata dona. Ait enī præſēte ſeſe:abiectas ī pauimēta uidiſſe tabulas: Supq; illas talis luſitaſſe milites. Eaſq; nominatim explicat: quas Ariſtides de Libero pīe pinxerat. De quo ſcitū illud dici ſolere tradit:nihil ad Diōyſon:ideſt Liberꝝ patrē. Herculē quoq; ſub Deianiræ tunica ſupatū. Hunc quidē noſipſi minime uidimus. Liberꝝ uero in Cereris phano repoſitū Romæ ſpectauimus:opus ſane ſpecioſiſſimū. At incēſo tēplo:talis pariter imago picta periit. Plurima itē alia & aſpectu ſuauiſſima tēplis appoſita dona: hinc profecta ſūt. Aliqua etiā uicinæ Romæ ciuitates habuerūt. Mūmius enī magis animi magnitudine excellens:q̄ ad huius generis arces contēplandas ſtudioſior(ut fama eſt)eas ab ſe rogātibus amicis facile largiebat. Cullus ſane cū ædē fortūæ cōſtruxiſſet: & porticū quādā ſtatuas q̄s Mūmius habebat:petiuit in uſū ut ædē ornaturus ad oſtētationē. Mox deinde reſtituturus. Minime uero reſtituit. Sed eas ut dona deæ poſuit:capeq; quæ ſibi libitū eſſet mandauit. Quod cū Mūmius æquo tuliſſet aio omni prorſus abiecta cura: lōge magis q̄ qui oblatas poſuerat: gloria & lætitia extollebat. Corinthus uero deſerta diutius manēs: ab diuo Cæſare denuo eſt reſtituta:propter bonū terræ ipſius ingeniū miſſis eo colōis frequētibus generis libertinoꝝ. Qui rudera ſollicitātes & ſepulchra refodiētes:plurima īueniebāt fictilia oſtraceaq; toreumata: pm'ta etiā ænea. Ornata ſubinde mirati opera tā fabrefacta nullū īdiſcuſſū dimiſere ſepulchrū. Vnde inuētis talibus locupletati multoq; diſponētes precio urbē Romā mortuis repleuere Corinthiis. Sic enim de ſepulchris excerptā prædā nominabāt. Et præſertim oſtracea. Initio quidē magno in honore fuit propter elaborata Corinthi æra. Deīde derelicta res ē: cū deficerēt oſtracea:ſcilicet terra figularis:& plurima imperite facta uiderent. Ciuitas ipſa Corīthioꝝ ampliſſima uſque fuit & opulētiſſima: ſeu uiros īnumerabiles ad ciuile regimē pitiſſimos:ſiue eximias opificū artes animo uertis. Hīc enim eſt Sicyōe eximie pictoria & plaſtice: ꝓuenit ad ſūmū & ōne aliud huius generis opificiū. Ager aūt nō admodū telluris bonitate pollebat. Quippe quæ oblique diſtorta foret & aſpera. Vnde ſupciliosā Corīthū uocāt uniuerſi:& ceſſit ī uulgare prouerbiū Corīthus ſu perciliis curuitatibuſque laborat Veꝝ Orneæ prætерlabentis fluuii nomē acceperūt. Hodie quidem deſertæ. At ſuperioribus annis īcolaꝝ copia frequētes:Sacellū Priapi habuerūt:magna ueneratione cultū. Vnde Euphronius poeta res Priapi uerſibus canēs:deū uocat Orneaten:ſuper Sicyoniū ſitæ ſūt cāpū. Agrū uero eaꝝ occuparunt Argiui Arethyrea uero eſt quā nūc Phliaſiam dicūt. Quo autē nomine ager eo & oppidū appellatū eſt ad montē Celoſſam. Poſteriore tēpore illinc emigrātes ad ſtad'. xxx. urbem condiderūt: quā Phliūtem uocarūt. Veꝝ Celoſſe pars Carneates eſt. E quo Aſopus orit' prætер agꝝ pfluens Sicyonū: & Aſopiam regionem efficiens quæ Sicyoniæ pars una eſt. Eſt autem Aſopus & unus qui prætер Thebas & Plateas & Tanagram fluit. Eſt & alius in Heraclea Trachinia labens apud Pagum: quem Praſopios nominant. Quartus eſt in Paro Inſula. Phlius quidem ī medio Sicyoniæ:Argiuæque & Cleones & Stimphali: circuitu complexa iacet. Eximie uero colitur in Phliunte ac Sicyone Diæ. Sic enim Heben uocant Phanum. Primis autem temporibus Sicyonem Meconam appellabant. Adhuc autē

antiquius Egiolos uocabãt. Eam reædificatã ferũt:longe a mari ſtad'.xx. Vel ut alii.xii.in ualido tumulo:Cereri dicato Vetus autem illius ædiſi cium fuit Emporium cum portu. Sicyõie uero terræ: atque Corinthiæ terminus eſt Nemæa fluuius:pluribus ãnis ſub Tyrannorum domina/ tu gubernata. Semper tamẽ manſuetos uiros Tyrannos habuit.Impri/ mis clariſſimum Aratum:qui & ciuitatẽ & libertatẽ reuocauit:& Achæ orũ adeptus eſt regnum ab ultro offerẽtibus:etiam potentiam cõſequu/ tus.Ipſũque conſtans imperium auxit: adiecta illi patria aliiſque uicinis urbibus.Hypereſiã uero:aliaſque a poeta dictas ordine ciuitates: Egialũ que iam Achæi ſubiectas eſſe cõtigit uſque Dymas & Elaeæ oræ termi/ nos.Hunc uero tractũ Iones antiquitus obtinebant: qui ab Athenienſi/ bus duxere genus.Quondam autem Egialea uocabat': & Incolæ Egialẽ ſes.Poſteriori autem tempore ab illis Ionia denominata:quomodo & At tica ab Ione Xuthi filio . Fama eſt Deucalionis filium Hellenem fuiſſe. Hunc aũt circa Phthiam Penei & Aſopi mediam: regnum tenuiſſe. Et maximo natu filio imperium tradidiſſe.Reliquoſque foras dimiſiſſe:ut ſedem ſibi quiſque conquireret.E quibus Dorus Doriẽſes Parnaſo affi/ nes habitatores conſtituit.Sibique ſuperſtites a ſe uocatos reliquit. Xu/ thus autem aſſumpta in matrimonium Erechthei filia: colonos ad qua/ dripolin Atticæ terræ induxit.Oenoã:Marathonẽ:Probalinthũ:& Tri/ corythum.Ex huius filiis unus Achæus nomine cædem inuitus patrans ĩ oram Lacedæmoniam ꝓfugus ſeſe recepit.Et eius loci accolas Achæos uocari conſtituit.Ion uero ſupatis Eumolpi commilitonibus Thracibus tãtum famæ laudiſque cõſequutus eſt:ut Atheniẽſes illi reipublicæ gu/ bernacula committerent.Qui primum quidẽ omniũ multitudiem qua ternas diuiſit in tribus.Dehinc in quattuor degendæ uitæ uias.Quoſdã enim agricultores deſignauit: Alios opifices:aliquos ſacrorum faciendo/ rum curæ præfecit. Nonnullos ciuitatis cuſtodes. Talibus quidẽ ab eo ordinatis amplius Regionem ſui nominis uocabulo appellatã reliquit. Qua ĩ dies magis mortalibus refetta:Atheniẽſes intra Pelopõneſum ex Ionibus Coloniã miſerunt.Et plagã quã occupauerant:pro Egialia Ioniã nominarũt. Eodemque modo pro Egialenſibus Iones appellati:in ciuita tes.xii. diſpartiti. At enim poſt Heraclidarum reuerſionem ab Achæis expulſi:denuo Athenas repetiere. Illinc uero cum codri Prognatis ĩ Aſi am Ionicam tranſmiſere Coloniam. Hi in Lydiæ & Cariæ littore ciuita/ tes.xii.condidere:totidem ĩ partes ſeipſos diuidentes: quot ãtea Pelopõ/ neſũ occupantes. Achæi genere quidem Phthiotæ fuerũt.Domicilia ue/ ro in Lacedæmonia habuerunt.Heraclidis uero rerum potitis: cum for/ tunam priſtinam ductu Tiſameni Oreſtis filii reparaſſent(ut ſuperius retulimus)aduerſus Iones impetum fecerũt.Cumque uictores euaſiſſẽt Iones eiecerunt.Ipſi autem agrum uendicarunt: & ipſam loci partitionẽ conſeruarunt:quam diſtributam acceperunt.Eo uero potẽtiæ ꝓuaſerũt: ut cum reliqua Peloponneſus Heraclidarum ſubiugata foret imperio:a quibus Achiui ipſi deſciuerant:Cõtraque omnes obſiſtere ualerent:orã ipſam Achaiam nominarunt.Igitur a Tiſameno uſque Ogyen ſub regi bus ſemper uixerunt.Dehinc populari gubernaculo urbes habitæ:adeo in regendis ciuitatibus famam cõpararunt : ut Italicæ gentes poſt ſuſce/ ptã aduerſus Pythagoricam ſectã factionem: maximã legũ & inſtitutio/ num partem ab hiſce trãſtulerunt. Poſt Leuctricam uero pugnam:orta inter populos controuerſia eius iudicium Thebani hiſce uiris ꝓmiſere. Poſtea uero cum reꝛ urbanaꝛ communicationem: Macedões diſſoluiſ/ ſent:eam rurſus ſenſim reuocarunt. Quo autem tẽpore Pyrrhus expe/ ditionẽ in Italiam ſuſceperat: quaternæ ciuitates ſotiæ principatum obti nuerunt.E quaꝛ numero fuere Patræ atque Dymæ. Dehĩc e duodecim quaſdam adſciuerunt: præter Olenum atque Helicem. Cũ altera nihil contribueret: Alteram fluctus deleſſent. Nam cũ terræmotus ĩ ſublime pelagus extuliſſet & ipſam diluuii inſtar abſorpſit:ſimul & Neptũni tẽ/ plũ Heliconii.Quod & ætate noſtra Iones præcipuis honoribus adorãt: ibique ſacrificiũ opant'. Quod ab uniuerſis Ionibus factũ Panionia uo/ cãt.Huius ſacrificii Homerũ meminiſſe qdã referunt:cũ ĩquit.

Ille animũ ſpirat:ſic ructans taurus ut olim
Pertrahit':Regis ructans Heliconii ad aras.

Poetamque Ionica colonia iuniorem eſſe cõiectãt: q eius ſacrificii Panio nici memĩerit: quod ĩ Prienẽſium agro Iones communi celebritate Ne ptũno cõficiũt Heliconio . Cum & ipſi Prienẽſes ab Helice originẽ du xiſſe ferant'.Itaque huic ſacrificio hominem Prienẽſem iuuenili ætate ui gẽtem Regẽ præficiunt.Qui rei diuinæ curã ſuſcipiat. Amplioꝛẽ etiam faciũt cõiecturã: ob ipſum de Tauro dictoꝛ a uate ꝓpoſitum.Iones enĩ tũc ſeſe facto ſacrificio litare arbitrant':quum Taurus iterĩmolãdũ mu/ gitus emittit. Quĩ uero cõtra ſentiunt:ad Helicem dicta illa ex cõiectu ra tranſferunt: deque Tauro deque ipſius immolatione.Perinde ac eo ĩ loco talis conſuetudo uerſet'.Et ipſe poeta de iis quæ ibi celebrent' com/ parationem ĩduxerit.Cæteꝛ Helice duobus ante res Leuctricas ãnis de/ ſtructa eſt.Eratoſthenes locum ſe uidiſſe aſſerit:& Porthmenſes affirma re:ut ĩ traiectu Neptũnus ex ære ſublimis adſtabat aurigariã ſcuticã ma nu geſtãs:piſcatoribus diſcrimẽ ĩportãtem. Heraclides autem cõmemo rat:ærate ſua calamitatẽ illã noctu ĩcidiſſe. Vrbẽqꝫ ipſã:quæ.ſtad'.xii.di/ ſtabat a mari : toto cũ loco fuiſſe obrutam . Homines uero inde ad duo

milia missos ab Achaeis: ut mortuos eximerẽt re ifecta rediſſe:finitimis aurẽ agrũ diſpartiſſe. Eã uero cladẽ ob Neptũni iram accidiſſe.Ionas enim ex Helice ꝓfugos: miſſis legatis Neptũni ſtatuam ab Helicẽſibus petiſſe. Quã ſi nõ exorarẽt ſaltẽ ipſius tẽpli ſacra poſtularẽt. Quæ cũ ab aliis nõ exhiberẽtur:ad Achæorũ ciuitatem cõmuniter miſerũt. Quibus decernẽtibus:ut eoꝝ nomine peterẽt denuo re infecta rediere. Proxima dehinc hyeme cladem illam ingruiſſe conſtat.Poſtea uero Achaeos Ionibus ſacra ipſa tradidiſſe.Alterius quoque Helice:quæ ad Theſſaliam ꝓtinet mẽtionem fecit Heſiodus. Quippe Achæi per annos aſſidue uigiti ſcribam publicum:& prætores duos ãnuos habuere. Cõmune quoque conſilium una ĩ curia cogebãt: quod Arnarion uocabant. In quo de Republica Senatuſconſulta ædebantur:& per iſtos & per Iones antea.Poſtea decretum eſt: unum tãtum prætorẽ creari. Aratus ſane cũ exercitus dux eſſet: Acrocorithum eripuit Antigono. Vrbẽ uero Achæorum iuri ſubdidit: ſicut & eius patriã Sicyonẽ. Aſſumpſit etiã Megarẽſes & omniũ Tyrãnides deſtruẽs: libertatem aſſequutos: Achæorum nomini ãnumerabat.Sic totã Peloponeſum breui ab Tyrãnorum iugo ſolutã reddidit:adeo ut Argos & Hermionẽ:& Phliũtem & Megalopolin:quæ cunctaꝝ urbium Arcadicarum ampliſſima eſt Achæis adſciuerit:cũ ſane late plurimum Achæoꝝ auctum eſſet imperiũ.Ea uero tẽpeſtas erat qua Romanus populus Carthaginẽſes e Siciliæ poſſeſſione deturbarat.Et aduerſus circũpadanos Gallos expeditionẽ agitabat. Vſque uero ad Philopoemenis prætura: ĩ unum cõmode permanentes Achæi paulatim corruerũt.Cum iã Romanus populus Græciam uniuerſã ſuo ĩperio ſubiugaſſet.Singulique nõ unitis ĩ uiuendo modis utebãtur: cũque nõnulli una ſe cõtinerẽt.Alii quidem diſſoluere unita cupiebãt.Inde cauſã explicat ꝓlatationis ſermonũ de Achæis. In eã illos amplitudinem pueniſſe potentiæ:ut Lacedæmonios quoque ſuperexcelluerint:ne dignos quidem cognoſci. Locorum autẽ quæ incolebant:ĩ duodecim ꝑtes diſtributa:ordo talis eſt.Secũdum Sicyonẽ Pellena iacet.Dein Egira ſecunda: Tertia Egæ Neptũni templum habẽtes: Quarta Bura. Poſt eã Helice.Ad eam Iones ab Achæis bello fracti:confugerũt tandem ex his oris fugati.Poſt Helicen Egion eſt & Rhypes:& Patrenſes & Pharẽſes. Dein Olenas.Præter hũc Melas:magnus amnis labitur. Poſtmodũ Dyma & Triteenſes.Iones igitur domicilia per pagos habebãt. At uero Achæi urbes ædificarunt:in quibus partim habitarunt quaſdam etiam ex aliis particulas.Sicut ad Egiram Egas:quarum inquilini Egæi uocabantur.Olenam uero ad Dymam.Inter Patras autem & Dymã uetuſti Oleniorum ædificii ueſtigia mõſtrãtur. Vbi & Aeſculapii tẽplum inſigne:

ab Dyma quidem ſtad.xl.A patris autem.lxxx. diſtans. Egaꝝ qdem in Euboea exiſtentium:Egæ iſtæ par nomen habẽt. Olenum uero cum alterò ĩ Etolia idem habet uocabulũ.Ipſius quoque tantum ſeruata extant ueſtigia.Poeta quidem Achaici nequaq̃ meminit Oleni. Sicut nec aliorum complurium oppidorum in ripa habitatorum.Sed cõmunius profert.Ripamque omnem.

Et iuxta Helicen longe lateque patentem.

Cæteꝝ Etolicũ memorãs ait Pleuronẽq; metuit & Olenon. Ambas etiã Egas explicat:Achaicas quidẽ hoc pacto.

Inque Helicen ſimul ac Egas ſua dona ferebãt.

Veꝝ cũ Egas dixit:

In qua ædes celebres:ĩ qua lacus enitet altus.

Hic Neptunnus equos poſuit.Melius eſt Euboicas Egas accipere: a quibus & Egeum pelagus nomẽ aſſequi ueriſimilius eſt.Ibi enim Neptũno fuiſſe negotium fingit:quod de Troião bello fuerat. Penes Egas Achaicas Crathis amnis labit:a duobus fluminibus incremẽta ſuſcipiẽs. Sic a miſcendis aquis appellatus.A quo & Italicus uocatus eſt Crathis. Vna quæque ꝑticularum duodecim:e populis ſeptem: octoque conſtabat:tãta uirorum præſtantia regionẽ florere cõtigit.Extat autem Pellene ſtad. lx.ſupra iacens a mari caſtellum ſane ualidũ.Eſt & uicus Pellene: a quo Pellenice Chlenæ ueſtes ad agonas uictoribus præmia ꝓponebant. Ea inter Egas & Pellenen iacet. Cæteꝝ pellana aliud ab his eſt oppidum ĩ Laconica ſitũ.Locus ad Megalopolitanum uergẽs agꝝ. Egira autem ſup tumulo iacet.Bura uero mari incumbit ad ſtad.xl.Quam per terræmotus frequentes abſorberi contigit.Hic Sybarus fõs eſt:a quo Sybari Italico deriuatum eſt nomen.Ega ſeu Egæ dicãtur:hoc tempore deſerta incolis eſt: urbem habent Egienſes. At Egium ſatis incolaꝝ habet. Iſto in loco Iouem a capra lactis alimẽta ſuſcepiſſe ſcribunt. Sicut Aratus ꝓdidit:Diuaque capra Ioui fama eſt:hic præbuit uber:& ſubdit Oleniamq; Iouis uates dixere capellam. Locum oſtendens quia proxima eſt Olenæ. Ibidem & Ceraunia ſublimi in petra locata: hæc Egioꝝ iuris eſt & Helicẽ:& dicatus Ioui lucus Enarius nomine. In eo Achæi de republica conſultaturi cõuẽtum agitare conſuerãt.Per Egiorum autem agrum amnis Selinus labit:eiuſdem nominis cum altero qui in Epheſo præter Dianæ tẽplum fluit.Et cum alio qui per Elæam oram agellũ præcurrit. Quem Dianæ Xenaphõ accepto eius oraculo emptũ dicit. Alius ẽ Selinus fluuius ĩ Megarẽſiũ tractu Hyble uicíorum quos eiecere Poeni. Cæteraꝝ urbium ſiue particularum Achaicaꝝ Rhypes haud quaq̃ habitatæ ſũt. Agrum poſſidebant Egienſes atque Pharenſes:quẽ Rhypidẽ uocabãt.

De quibus ſic Eſchylus mẽtionem fecit. Buramque ſacrã Ceraunia ſque Rhypas. E Rhypibus ſane oriundus fuit Mycellus habitande Crotõis autor. Ab eiſdem fuit & Leuctrũ pagus. Inde etiam Patræ ſũt urbs inſignis. In medio aũt ẽ Rhion & Antirion a Patris. xl. diſtãs ſtad'. In ea nuper Romanus populus poſt Actiacã uictoriã nobiliorẽ militũ ꝓtẽ locauit. Hodieque præclaris uiget ciuibus: cũ Romana ſit Colonia: habet & mediocrẽ nauiũ ſtationẽ. Deinceps uero Dyma ciuitas eſt abſque portu: Inter omnes in Dyſin ideſt occaſum magis expoſita: unde & nomẽ adepta eſt. Annis ſuperioribus ſtratos appellabat'. Eã uero perlabit' Lariſus fluuius: ab Elæa per Bupraſium deſcendẽs: e monte defluens: quem alii Scollin uocant. Homerus autem Oleniam petram. Cum uero Antimachus Dymã Cauconidem appellet: nõnulli ſic approbãt a Cauconibus adiectũ nomẽ accipientes: ad hæc uſque loca perueniẽtibus (ut ſuperius a nobis dictũ ẽ) Aliis a Caucone fluuio dici placet. Sicut & Thebæ Dirceæ uel Aſopiæ: Argos Inachium: Troia Simoentia Paulo uero ante noſtram ætatẽ Dyma ſuſcepit accolas: Conuenas homines: atque promiſcuos. Quos e numeroſa Piratarũ colluuie: perinde ac reliquias Põpeius habuit: deleta prædonum manu. Quoꝝ partẽ in Cilycie ſolis partem aliis ĩ oris: & hoc in loco habitatores impoſuit. Phara Dymæo Agrocontermia eſt: a qua Phariẽſes dicunt'. Cum e Meſſenia Phara Pharatæ nomient'. In Pharae finibus ẽ Dirce: eodẽ quo Thebana uocitata nomine. Olenus quidem inculta ĩter Patras Dymamque iacet. Dymæi uero ipſũ agrum poſſidẽt. Succedit ĩde Araxus: Elæũ promõtoriũ ab Iſthmo ſtadiũ unũ diſtãs. Arcadia cum in media Peloponneſo ſita ſit præciſã habet plurimã montanæ regionis partem. In ea Cyllene mons eſt maximus. Eius altitudo ad perpendiculum (ut quidam dixere) ad. xx. ſurgit ſtad'. Alii. xv. aiunt. Gẽres Arcadicæ Græcã nationẽ uetuſtate præſtare credũtur. Azanes atque Parrhaſii: & cæteri generis eiuſdẽ. At enim ꝓpter omnimodã regionis uaſtationẽ: haud ſane longior de illis fiet oratio. Oppida nãque belloꝝ aſſiduitate deleta ſũt funditus: quæ ſuperioribus ſæculis fama nobilitarat. Ex quibus tẽporibus agroꝝ cultores defecerũt. Poſt quæ pluriמæ ciuitates Megalopolin habitatum cõfluxerũt. Cui nunc illud a Comico dictum obuenit. Megalopolis ideſt ampla ciuitas ampla ſit deſolatio. Fertilia autem pecori fuere paſcua: præſertim equis atq; aſinis equaꝝ ſuppoſitoribus. Equoꝝ ſane genus excellit Arcadicũ. Quẽadmodum & Argolicũ & Epidauricum. Etoloꝝ præterea & Acarnanum ſolitudo: paſcendis equis ẽ accõmodata nõ minus q̃ Theſſalia. Epaminũdas qui/dẽ Mãtineã: ſupatis ſecunda pugna Lacedæmoniis illuſtrem reddidit: ĩ qua & ipſe diẽ obiit. Hæc autẽ euanuit. Simul & Orchomenus & Erea

& Clitor: & Pheneus & Stymphalus: & Menalus & Methydriũ: & Caphyæ & Cynatha. Vel uix rara ipſaꝝ apparent ueſtigia: ullaue ſigna At Tegea mediocri adhuc ſtatu ꝑmanet: & Elaeæ Palladis Phanum. Non nihil uenerantur item Lycæi Iouis templũ ĩ Lycæo mõte locatum. Decãtatas uero a poeta urbes Rhypã & Stratiam: Euẽtis obnoxiã Eniſpẽ uix inueneris. Inuentis autem nulla eſt prorſus utilitas. Tanta eſt locoꝝ ſolitudo. Inſigniores autem mõtes præter Cyllenen. Pholoe Lycæus: Menalus: Parthenus: ex Tegea ora Argiã proſpectans. Quod de Alphæo ac Eurota mirabile contigit expoſitum ẽ. De Eraſino quoque e Stymphalio erũpente lacu: nunc quidẽ ĩ Argiuã terrã: antea uero exitũ nõ habẽte cum infima fundi quæ Arcades Zeretra uocãt: obtuſa forent & effluere proinde nequirent. Itaque urbs ipſa Stymphalioꝝ quæ nũc a lacu qn quaginta ſtad': abeſt: ea ætate illius ripis incũbebat. Contra uero Ladoni euenit amni. Cuius fluentum occluſo quõdã fonte detinebat'. Coincidẽtia enim circa Pheneũ ima fundi terræmotus uiribus ꝑ quæ curſus illius erat fluminis morã effecerũt: uſque ad ipſas fõtis uenas in profundũ: hũc in modum aliqui proferũt. Eratoſthenes autem refert Auiã fluuiũ circa Pheneũ campum urbi uicinũ ſtagnare & ſubter quædã ĩgredi foramina: quæ zerethra nominant. Quibus obturatis ĩterdũ ſuper campos aquas effundi. Apertiſque rurſus meatibus una congregatas e campis in Ladonẽ effluentes: ĩ Alphæũ irrũpere. Vnde & Olympia terra tẽplo circũpoſita aliquando inundatione demerſa fuerit: & lacus ipſe contractus decreuit. Eraſinum uero circa Stymphalũ labẽtẽ: cũ mõtem ſubintret ĩ ora Argiua rurſum emergẽtem apparere. Eam ob cauſam Iphicratẽ: cũ Stymphalum obſidione circũdediſſet: & infecta re fruſtraret': deſcẽſum occludere conatũ: innumerabiles ſpongias aduexiſſe. Iouiſque Auguriis reuocatum deſtitiſſe. Apud Pheneũ ſane Stygis aquæ ſtãt. Sic enim uocant Loetalis aquæ ſtillicidium. Quã ſacrã homĩum facit opinio. De Arcadia tanta dicta ſint. Cum uero Polybius a Malea in Septẽtrionem uſque ad Iſtrũ circiter. x. ſtad' milia eſſe diſſeruerit: Artemidorus hoc ipſũ non incongrue dirigit. Nã ſecundum illum. vi. milium ac quingentorũ contigit eſſe. Huius tei cauſa eſt: quia non breuiter ac præciſe longitudinem menſurat. Sed quam quiſpiã Impatorum permeauit. Haud abſurdum fortaſſe fuerit & eos adiicere qui habitãdæ Peloponneſi autores extiterũt. Quos rettulit Ephorus. Ipſos inq̃ qui ſecũdũ Heraclidaꝝ reuerſionem prædicãtur. Corinthi qdem Aleten Sicyonis Phalcem: Achaiæ Tyſamenum. Elidis Oxylum. Meſſenæ Geſphontem. Lacedæmoniis Euryſthenem: & Proclem. Argi uero Temenum. Littorei uero tractus Agæum atque Diephontem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Onus liber de Græcia Athenarum cum laude continet ex positionem: Boetiamq; atq; Thessaliam cũ ora maritima.

Bsoluta Pelopõnẽsi circuitiõe:quã primã q̃dẽ Cæteꝝ minimã Cherrõnesoꝝ:i.ex Poenísulis eẽ dixius: Græciã cõponẽtibus:deíceps adeundæ sũt cõtiguæ.Fuit aũt secũda: ea q̃dẽ quæ Pelopõneso Megarẽsem applicat orã. Tertia uero quæ præter hãc Atticã assumit atq; Boetiã & quãdã Phocidis p̃tẽ: & Locroꝝ cognométo Epidemidioꝝ. Adeo ut Crõmyonis ager:non quidem Corinthiis: sed Megarensibus p̃tineat.De his igit᷑ ípræsentiaꝝ sumẽdus ẽ sermo. Refert aũt Eudoxus:q; si quis mẽte cõciperet rectã quandã lineã:a Cerauniis mõtibus ad Suniũ Atticæ ꝓmõtoriũ:í orientis p̃tes ꝓtẽsam:dextra q̃dẽ relíqueret Peloponesũ totã ad Austrũ. Sinistra uero & ad Arctõ cõtinuã a Cerauniis mõtibus maritimã ripã:& usq; ad sinũ Crisseũ & orã Megarẽsem:& Atticã uniuersã:& ea quæ deíceps sũt:Cũ sic & Eudoxo dictũ sit:uiro q̃dẽ Mathematico figurarũq; atq; climatũ p̃itissimo.Horũq; locoꝝ sciẽtissimo ítelligere oportet:hoc ipsũ latus Atticæ ab Sunio usq; Isthmũ cũ tractu Megarico:curuũ q̃dẽ sed ꝓmixtũ.In hoc aũt spacio ad mediã quodãmodo prædictã lineã:Piræus cõsistit Athenaꝝ portus & Emporium Abest uero a Schoenunte Isthmi uicino ad stad᷑.ccc.l. Ab Sunio aũt stad᷑.xxx. supra.ccc. Tãtũ fere interuallũ ẽ:qd᷑ a Piræo ad fõtes quãtũ ad Schoenũtẽ íteriacet. Plus tñ esse stad᷑.x.asserũt. Cũ Suniũ aũt circũflexeris ad Aquilonẽ quidẽ nauigatio ẽ í occasum uergẽs.Littus aũt circũpoliti maris utrinq; initio pangustũ ẽ.Postea í mediterraneã dilatat᷑. Nihil autem minus íflexionẽ ad lunæ figurã accipit:uidelicet curuaturã:ad Oropum telluris Boetiæ:ad Pelagus habẽs.Hoc autẽ secundũ est lacus Atticæ in Oriẽtẽ spectãs.Reliquũ ẽ latus aquilonare ab Oropio agro ad occasum inclinans: usque ad tractum Megaricũ. Mõtanæ Atticæ plaga multis ísignita nominibus:Boetiam disiungit ab Attica. Q uocirca(ut superius dixi)Boetia mari utrinque complexa Isthmos tertiæ iam dictæ poeinsulæ siue Cherronesi efficitur.Q ui propinqua Pelopõneso loca:& Megaricam ac Atticam comprehendit interius. Ideoque apud ueteres Actẽ ideſt littus appellatam esse constat: & nomine diriuato pro Actica Atticam esse nuncupatam:quoniam maxima illius pars ad mare est extenta & angusta. Oblonga uero satis & porrecta montibus usque Sunium subiicitur . Has igitur percurremus maritimas repetentes oras(ut præmittimus)Post Crõmyonẽ igitur Scironides Atticis finibus íminẽt Petræ iuxta mare transitum non relinquentes.Super eas autem uia ẽ in Atticam atque Megara ab Isthmo ducens. Adeo autem magis ac magis uia petris propinquat:ut in mĩtis eius partibus præcipitiũ uiatori minet᷑:tã excelsus & transitu periculosus mons íncũbit.Hoc in loco Scironis res in monte gestæ:latronumque & flectentes ad terrã arbores pinus fabulis memorant:quas Theseus obtruncauit. Ab hisce locis extremis flanté procellasq; ciẽtem seuum Caurũ: Atheniẽses Scironẽ appellant. Secundũ Petras illas Scironides Minoa rupes prorũpit in pelagus Nisæ portum efficiẽs. Est autẽ Nisea Megarensium emporium. x.&.viii. ab urbe stad᷑ absens:duobus utríque cruribus ad ipsam cõplicatũ. Hoc autem etiam Minoa uocabat᷑.Hanc olim sane regionẽ Iones obtinebãt: qui & Atticam:cum nondum ædificata forent Megara. Q ua ex re poeta horũ proprie locoꝝ nusq̃ meminit.Verũ cunctos Atticam incolentes Atheniẽses appellat.Et hos communi comprehẽdens nomine Athenienses putat.Sicuti quum in Catalogo dicit.

Insignemque urbem muris habitabat Athenas.

Accipiendi sunt ii etiam qui nũc Megarenses dicunt᷑:ut qui in communem uocati essent militiam.Eius rei documento illud est:quod antiquis temporibus Atticam & Ioniam & Iadem uocabant.Et ipse poeta dicens: Hic Boetii & Iones Athenienses inqt Cuius portio & Megarica fuerat ora.Cũq; de finibus Pelopõnenses & Iones sæpissime disceptarent: í q̃bus & Crommyonia cõtinebat᷑ iter se pepigerũt: ut columnam sisterẽt in eo ubi professi cõuenerãt loco:qui circa Isthmum ẽ.In qua hic inerat titulus:in parte Peloponnesum spectãte.Hæc Pelopõnesus at nõ Ionia. In parte uero Megara spectante: hæc non Peloponnesus est sed Ionia. Q ui igitur oram descripserunt Atticam:cum multis í rebus discrepẽt: in eo consentiunt æstimatiõe digni: quod cum Pãdionis regis.iiii.essent filii:Egæus:Lycus:Pallas & quartus Nisus & Attica regio quattuor esset in partes diuisa:Niso Megara sorte obuenerunt: qui Niseam condidit. Philochorus sane eius principatum ex Isthmo usque Pythium peruenire scriptis suis prodidit.Andron autem usq; Eleusinẽ cãpũq; Thriasiũ. Cæterũ aliis de hac quadripartita diuisione uario mõ loquẽtibus. Hæc ipsa a Sophocle suscepisse satis est. Apud quẽ loquit᷑ Egæus:Pater mihi ut ad huius terræ littora discederem definiuit: pro grandiori ætate præmia distribuẽs.Lyco aũt aduerso ex latere Euboeæ hortũ præbuit. Verũ Niso telluré eximit í Scirõis littore. At Pallas Gigãtes educãs: telluré í Austrũ spectãtẽ sorte capit. Vir immitis. Q uod igit᷑ Atticæ pars Megaricũ solum extiterit:huiusmodi signis utuntur.Post reuersos Heraclidas diuisione ab eis:eorũq; comitibus Dorienſibus facta:mĩtis ut terrã suã amitterent euenit in Atticam cõfugiẽtibus, E quorum numero fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Messeniorum Rex Melanchus. Is ab Athenienſibus ſpōte Rex factus
eſt: cum de proſtrato ſingulari a ſe pugna Boetioꝝ Rege Xantho uicto/
riam reportaſſet. Cūque multis mortalibus referta eſſet Attica: propter
conuentū exulum: Heraclide irritantibus eos maxime Corithiis & Meſ
ſeniis timere cœperūt. Illis quidē ob locoꝝ uiciniā: is autem quia per id
tempus Melanthi filius Codrus Atticæ rex erat: aduerſus Atticā hoſti/
lem ductarunt exercitum. Prœlio autem uicti aliam quidē amiſere ter/
ram: Megaricam uero tenuere: & Megara urbē mœnibus cīxere. Homi
neſq; Dorienſes pro Ionibus fecere. Columnā quoq; Ionum: & Pelopon
nēſum confinia habentem deleuere. Megarenſium quidē ciuitas multa
fortunæ uarietate perfuncta eſt: tamē in hanc perdurat ætatē. Habuit &
philoſophoꝝ ſtudia: quos appellauere Megaricos. Qui Euclidi Socratis
auditori ſucceſſere. Sicut & Phedonē Elæū: Eleatæ ſectæ ſucceſſores ex/
cepere: Socratis & ipſum diſcipulum. E quibus extitit Pyrrhon. Sic ab
Menedemo Eretriēſi diriuati ſūt Eretrici. Eſt autem Megarenſis ager ſi
cut & Atticus aſper: minimeque ferax: cuius partē ampliorem continēt
montes. Quos Oneos ideſt Aſinarios uocant. Dorſū quoddā a petris Sci
roniis lōge ī Boetiam Citheronēq; protēſum. Cæterum mare Niſæum:
ab Criſſe Archyonide. Sic enim appellaſ ſeparans. Quum a Niſæa ī At
ticam nauigas quinq; perexiguæ ꝓcūbunt Inſulæ. Dehīc Salamin ſtaď.
lxx. in longū porrecta. Vel ut alii aſſerūt. lxxx. Habet autē eiuſdē nomi/
nis urbem. Vrbemque aliā uetuſtā uacuamque in Aeginā obuerſam ad
Auſtrūque. Quēadmodum & Aeſchylus ait. Ipſa Aegina ad Auſtri ia/
cet flatus. Habet & alteram quæ hodie iacet in ſinu: ad locū Iſthmi faciē
gerentem: Atticæ cōtiguū. Alio apud antiquos uocabātur nomine. Nā a
quorundā uocabulis Heroum Sciras & Cychria dicebaſ. Vnde & Mi/
nerua Sciras appellatur. Et locus alter Atticæ Scira. Et Epiſciroſis: quon/
dam ſacrificandi genus. Et menſis Scirophorion. Inde etiā & Cychrides
ſerpens: de quo diciſ ab Heſiodo: ut ab Cychreo ſit educatus. Dein ab
Euryclo: quia Inſulam uaſtaret fuerit eiectus. Poſtea ab Cerere ad Eleu/
ſinē confugiētem: hoſpitaliter exceptum illius factum eſſe miniſtrum.
Nomen etiā ab arbore Pytia: Pytiuſū adeptā. Eacidæ quoq; Inſulā nobi/
litarūt cuius aliq̄ndo ditionē obtinere. Præſertim Aiax ille Telamōius.
Accedit quod circa Inſulā iſtā Græci Xerxē nauali prœlio ꝓfligarūt: do
mū timide fugitantē. Eginetæ etiam non parua ex hoc certamine gloria
communiter potiti ſunt. Et finitimi facti: & memorabilem exhibentes
pugnæ claſſē. Eleuſinæ autē fluuius eſt: hodie quidem Bocalia. Prius aūt
Bocarus appellatus. Inſulam hoc tempore poſſident Athenieſes: de qua
quondam extitit aduerſus Megarenſes non parua contentio. Fama eſt
Piſiſtratum: ſiue Solonem in nauiū catalogo: poſt uerſū illum.
Bis ſenas Salamīe rates agit īclitus Aiax. deīceps ſcriptū hūc īſeruiſſe.
Stabat agens Acteæ ubi conſedere phalanges.
Vt teſte Poeta uteret: Inſulā iuris Atheniēſiū a primordio fuiſſe. Quod
ſane teſtimonium Critici nequaq̄ amplectūtur: cū multa cōtra illos car/
mina teſtimonium afferant. Nā cur Aiax in locataꝝ nauium ſtatione no/
uiſſimus? Non autē Athenienſibus adiūctus eſſe uideť: At cū ſubditus
Proteſilao Theſſalis: ubi & Aiacis & Proteſilai naues conſiſtebant: &
Agamemnon in circumeundo exercitu. Inde Meneſteum Petei prolem
inuenit acrem.
Stant & Athenæi prope docti Martis ī armis.
Aſt iuxta ſteterat uerſutæ mētis Vlyxes.
Atque Cephalenum ꝑpter māſere phalāges.
Veꝝ ad Aiacem & Salaminios rurſum. Venit ad Aiaces penes ipſos al/
tero ex latere idoneus. Nō autem Meneſteus. Igiť Atheniēſes tali apud
Homerum uti uidētur teſtimonio. At Megarenſes contra hunc in mo
dum ceciniſſe.
E Salamine rates Aiax agit atque Polichnas
Exque Egitioſſa: Niſeaque: Tripodibuſque.
Quæ Megarica loca ſūt e quibus Tripodes hodie Tripodiſcion appel/
lātur: ubi nunc Megarenſiū foꝝ iacet. Aliqui ſane ex hoc aiunt: quia Po
liadis Mineruæ ſacerdos caſeū recentem attingere ꝓhibita eſt: cui exter
nus tantum offerť: cū ea quidem & Salaminio utať. Externā Atticæ Sa/
laminem aiunt: haud recte. Nā qui ex aliis Inſulis manifeſte uicinis Atti
cæ uehiť: offertur cū illi q huius ritus autores extiterūt omnem qui e Pō
to lōge aduehiť externū intellexerint opinio eſt: Salaminē priſcis tēpori
bus ſeorſū inſtructā per ſe fuiſſe. Megara uero Atticæ partem extitiſſe.
In Salaminiaco aūt littore Attici ſoli & Megarici cōfinia iacere contīgit.
Duos uidelicet colles: quos cornua uocant. Deīde Eleuſin urbs: ubi Eleu
ſinæ cæteris tēplū extat: & Phanum Myſticū quod Ictinus appauit tur/
bæ theatralis capaciſſimū. Is etiam uirginibus Mineruæ domiciliū ī arce
cōdidit Pericle operis Præfecto. Ciuitas quidem in ipſis connumeratur
populis. Dehīc Triaſius campus patet: & eiuſdē uocabuli ripa & popu
lus. Dein Amphiala ꝓmōtoriū: cui ſēp ímíet Latomia: i. lapidū exciden
doꝝ locus: & ſinus freti ad Salaminē: ad ſtaď duo. Quē cū Xerxes inie/
cta terra exaggerare conareť: præoccupāte nauali prœlio: fugā cū Perſis
capeſſere coactus fuit. In hoc tractu duæ ſūt exiles Inſulæ Pharmacuſſe.
E qbus maior ſepulchrū Circes oſtētat. Sup hac ripa mōs ē: quē Cory/
dallum uocāt. Et tribus una Corydallia. Poſt Portus furum & Pſyttalia

Insula deserta & saxosa:quam Piræi portum dixere quidã: uicina ẽ Atlã
ta.Quo nomine alia ẽ ad Euboeã atque Locros. Alia parua Insula Psyt/
taliæ similis. Inde Piræus ipse in tribubus siue populis ãnumeratus. Est
& Munychia tumulus curuus:ĩ Cherrõnesi faciẽ. Cauernosus:tum na/
tura tum opera dedita:magna ex parte ut habitationes admittat.Ingres/
sum angusto habet ore:cui quidem portus terni subiacẽt Quondã mu/
ro uallata Munychia erat:& iunctis domiciliis referta:ut Rhodiorum ci
uitas circuitu complectẽs & Piræũ: & alios portus naualibus plenos. In
quibus & Armamentariũ Philonis opus.Statio ibi nauiũ dignitate insi/
gnis.cccc.capax nauiũ:cum non pauciores ab Athenienſibus emitteren/
tur.Hoc autẽ muro duo ex oppido protracta crura:urbem Piræo cõiun
gunt.Hi fuere longi muri stad'.xl.longitudine. At murum istum bella
plurima diruerunt:& Munychiæ munimẽtum.Piræum quoq; portum
in habitaculorum angustias contraxerũt:& ædem Iouis saluatoris. Porti
cus ipsa templi admirabiles habet tabulas: clarissimoꝝ tẽpla artificum.
Impluuium autem spectabiles habet statuas.Cæteꝝ longi muri dissipa/
ti fuerunt.Primũ quidem Lacedæmoniis amolientibus.Postea uero Ro
manis.Qua tẽpestate Sylla & Piræũ & oppidum ꝑ obsidionẽ expugna/
uit.Vrbs ipsa saxũ est: in plano q̃uaq̃uersum habitato. Quo in saxo ue
tustum Mineruæ templũ Poliadis surgit.In quo lucis inextinctæ Lych/
nus est:& uirginum domus quã Ictinus condidit. Vbi ꝑaladium est ex
ebore perfectum opus Phidiæ:Sed enim cum tot & tantæ huius ciuita/
tis longe:lateque decantatæ laudationes occurrant plura eloqui uereor:
ne institutæ descriptionis propositum egredi contingat.Id nanque mihi
euenit:quod Hegesias refert:cum oculis subiectã cerneret arcẽ: Triden
tis ipse signum aspicio. Aspiciens Eleusinem diuinorũ sacer uates fio.Il/
lud Leocorium ideſt Cæsarum a Leo patre puellaꝝ sacrariũ. Hoc The/
sei Phanum:non licet explicare singula Attica enim deorum ẽ:loca ipsa
possidentium.Et parentum Heroum.Hic quidẽ unius in arce signi mẽ
tionem fecit.Polemõ autẽ scriptor orbis de sacris donis in Arce positis:
quattuor conscripsit uolumina. Similis de reliquis urbis partibus ratio
contingit:& agro Eleusinen præfatus:& ex populis seu tribubus cẽtum
&.lxx.addunt nonnulli quattuor.Aliorum nullum prorsus nominauit:
habent si nõ cuncti at permulti fabulosos:& quidem complures sermo
nes ac historias.Sicut Aphiadna quidem Helenæ rapinam: & Theseo
commissam Et eam a Castore atque Polluce depopulatam : receptam/
que sororem . Marathon uero contra Persas prœlium . Rhamnus au/
tem Nemeseos statuam. Quod Diodoti opus plerique dicunt. Aliqui
uero Agoracriti Parii quæ ex magnitudine & pulchritudine perfecta
magis ac magis est:& cũ Phidiæ operibus æmulatione cõtendit.Eodem
mõ & Decelea arx & receptaculũ Pelopõnensibus ĩ bello Decelico.Phy
læ etiam per quam in Piræum Thrasibulus populum:& ex Piræo tra/
duxit in urbem:sic & de pluribus aliis est.Permulta etiam de Elaeis pu/
ellis facta commemorat:& Thesei phano & quæ Lyceũ habet & Olym/
pica:quam semifactam Rex morte præreptus dimisit:ãteq̃ donũ offer/
ret.Similiter & Academia & philosophoꝝ horti:& cantorũ receptaculũ
& porticus uaria & tẽpla per urbem:quæ omnia artificum habebãt opa.
Amplior autem esset oratio siquis ædificãdæ urbis autores perscrutet':
accepto a Cecrope initio:nec enim omnes eodem asserunt modo. Id au/
tem ab eis nominibus manifestum est.Nam ab Acteõe Acticam dicũt.
Atthidem uero & Atticam ab Atthide Cranai filia. A quo & inquilini
Cranai uocantur. Mopsopiam uero a Mopsopo. Ioniamque a filio Xu/
thi Ione.Posidoniam siue Neptũniam: & Athenas a Posidone siue Ne/
ptũno & Athena ideſt Minerua appellationẽ deorum sortitam. Dictũ ẽ
q; hoc ĩ loco gens Pelasga uidet' esse uersata. Quodq; Pelasgi ab Athe
nienſibus propter illoꝝ errorem sint appellati. Quo uero maior est cir/
ca res præclaras honoris auiditas:quoque plures fuere qui eas scriptis cõ
mẽdauere:eo maior est redargutio: nisi quicq̃ contineat historiæ. Sicut
in fluuiorum aggregatione ridere Callimachus inquit: Siquis scribere
audeat Athenienses uirgines dulce ac purũ Eridani haurire uinũ a quo
& pecora se abstinerent. Sunt igitur lucẽtes aquæ potuique suauissimæ
fontes(ut aiunt)extra portas quas Diocharis appellant iuxta Lycaeum.
Antia copiose atq; pulcherrie fõs aquæ ꝑpe egregio cõstructus ornamẽ
to fuerat.Qui si hodierno tẽpore nusq̃ ẽ q̃dnã eẽt: si priscis ãnis abũdãs:
& lucida cũ esset adeo ut etiã ãnis fieret posteriori mutata sit ætate.In tot
igit' ac tãtis ĩmorari nõ licet.Nec uero silẽtio ita præterire:ut quorũdã sal
tẽ sũmã memoria nõ cõplectar.Satis erit hæc adiecisse:q̃d'(ut Philocho
rus memoriæ prodidit)cum regionem ipsam Cares quidẽ a mari Boe/
tii uero a terra populationibus uastabãt:quos Aones uocitabãt:Cecrops
primum multitudinem in ciuitates.xii.habitãdas digessit. Quarum no
mina Cecropia:Tetrapolis: Epatria:Decelea: Eleusis: Aphidna: siue ut
alii plurali:numero Aphidne:Thoricus:Brauron: Cytherus:Sphettus:
Cephesia:Phalerus.Theseus uero postea duodecim illas in hanc unam
cõgregasse ciuitatẽ denuo memorat' Atheniẽses q̃dẽ regali prius guber
nabãtur Imperio . In populare poſtmodum transiere statũ.Inuadẽtibus
inde Tyrãnis Pisistrato eiusque filiis: cum demum paucorum domina/
tus irrupisset:&.cccc.&.xxx. Tyrannorũ quos Lacedæmonii ĩposuerãt:
hos quidem exturbauere facile. Et populare potentiã tutati sunt:quoad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romani ciuitatem potẽtia ſua poſſederũt.Nã ſi paruo quodã tempore Macedoniorum Regũ uim infectã coacti habuere: eãdem tamẽ gubernãdi formam integrã ſeruauere.Quidam ſane tradũt ea tẽpeſtate p annos decem illos optimo ſtatu gubernaſſe:qua Macedõum Principi paruere Caſandro. Hunc enim uir cum aliis in rebus uehementior. Tyrãnus eſſe uidereť:certe in Atheniẽſes benignam exercuiſſe mẽtem conſtat.Ex quo parẽtem ſibi ciuitatem accepit. Demetrium nanque Phalerium ex ciuibus Præfectũ impoſuit Theophraſti philoſophi familiarẽ: qui non modo popularem non deſtruxit potẽtiã:ſed etiã melius rectiuſque reſtituit.Documẽto ſunt illius uiri Commẽtaria:quæ de iſta repu. ſcripta reliquit. Vexť tantum inuidia ualuit &:in paucos odium & inimicitia:ut poſt Caſandri obitum in Aegyptũ fugere coactus ſit.Inſurgẽteſque ſtatuas eius:plures.ccc.detractas conflauere:quodque eſt indignius adiecere quidam in matulas.Romanus igiť Senatus eos populare ſtatũ agentes accipiẽs:proprias ipſis leges inſtitutaque ſeruauit:& libertate donauit. Vexť Mithridatico ingruente bello Rex ipſe quos uoluit ei Tyrãnos inſtituit. At potentiſſimum Ariſtonem qui ciuitatem ipſam uiolenter afflixerat Sylla Romanorũ Imperator expugnatum obſidione hominem: ĩ poteſtatẽque redactum ſupplicio affecit:& ciuitati ueniam tribuit.Quæ in hodiernum diẽ uſque libertate fruiť: eamque Romani magnis dignanť honoribus.Poſt Piræum autẽ portum Phalerius eſt populus in littore propinquo. Dehĩc Halimuſii:Exonii:Halienſes ſiue piſcatores: Exonii Anagyraſii. Inde Orei: Lampyrei: Eginenſes: Anaphyſtii Azenenſes.Hi quidem populi uſqne ad Sunium ꝓmontorium ſũt. Inter hos uero quos dixi populos longum eſt ꝓmontorium Zoſter appellatum.Primum poſt Exonios.Dein aliud poſt Thoreos: Aſtypala. Ante illud iacet Inſula Fabia. Ante aliud Eleuſſa.Ad ipſos etiam Exonios Hydruſſa. Ad Anaphyſtios autem Panos templum ẽ:& aliud Veneris Coliadis. Quem ad locum naufraga enataſſe ſpolia ferunt e claſſe ultima Perſarũ:qui ad Salaminem nauali prœlio decertarunt. De quibus & Apollinem oraculũ ædidiſſe cõſtat. Coliades ſane mulieres remigiis horrebunt.E regiõe autẽ horũ locorũ Belbina iacet Inſula:nõ admodũ ſemota & uallum Procli.Plurimæ uero harũ cultoribus ſunt uacuæ. Vbi aũt ꝓmontorium Sunii flexeris:Sunius eſt populus dignitate præſtãs.Dehinc Thoricus.Dein Potamus:ideſt fluuius populus:ſic enim appellatur:ũde & ĩcolæ Potãii dicti.Poſt Praſia:Sterea:Brauro:ubi Brauroniæ Dianæ ſacellũ ẽ.Myrrhinuſa: Probalinthos:Marathõ:ubi Miltiades copias fũditus dedit ĩ ſtragẽ:quæ ducẽ Datĩ Perſicũ ſequutæ fuerãt: nõ expectatis Lacedæmoniorũ auxiliis tardius ob rotũdã lunã ꝓfectis. Hic ut Poeticis tradiť fabulis Theſeus Marathoniũ mactauit Tauꝝ. Secũdũ Marathonẽ autem Tricorythus. Dehinc Rhamnis Nemeſeos templũ habẽs.Dein Pſaphis Oropiorũ. Hic ſitũ eſt Amphiarai oraculum quondã uenerabile. Vbi Amphiaraum fugitantẽ(ut Sophocles inquit)ſciſſa Thebana tellus hauſit:ipſis cũ armis curruq; quadriiugo. Oropus ꝓfecto ſæpenumero in controuerſiam certamẽque ꝓuenit. In cõfinibus enĩ Atticæ ac Boetiæ ſitus ẽ . Ante hoc littus autẽ ad Thuriũ & Suniũ iacet Helena Inſula:aſpa qdẽ & ſolitaria: ꝓlixa ſtadĩ.lx.longitudĩe. Eius mentionẽ a poeta factã eſſe aiũt his ĩ uerſibus:ubi Alexãder Helenã alloqť. Nec quũ te rapiẽs primũ e Lacedæmone pulchra.
Pontiuagis ratibus Cranao me ĩ littore iunxi.
Hanc enim Inſulam dicit Cranã:quæ hoc tẽpore Helena uocať:quoniã ĩ ea coierint:& eorũ mixtio facta ẽ. Poſt Helenam uero Euboea finitimo accũbit littori lõga ſimiliter & anguſta.Et ꝓ eius longitudine continenti appoſita:Sicut Helena A Sunio ſane ad Auſtrale Euboeæ ꝓmontoriũ: quod littus album uocãt:nauigatio eſt ſtadĩ.ccc:ſed de Euboea ĩ poſteriorĩbus diceť.Populos uero Atticæ in agro mediterraneo explicare longũ eſſet:tanta eorũ multitudo eſt. E montibus maxime nobiles Hymettus & Brileſſus & Licabettus & Parnes & Corydallus. Effoſſio autẽ marmorum pulcherrimorũ ex ora Hymettia:& Helice penes urbem ẽ.Hymettus quidem mel gignit optimũ. Argẽtifodinæ ſane regionis Atticæ inditio quidẽ exiſtimatione dignæ.Hodie autẽ defecerũt. Ipſi artifices uetĩres quiſquilias: & ſpurciciam recoquẽtes:purgatum ex illis argentũ adhuc inueniebãt.Cum ãtiquiores illis impĩte fornaculis uterenť.Mel aũt Atticũ cuncta bonitate ſupat. Eo uero longe præſtantius illud eſſe diciť quod ad argentarias gigniť.Quod qdẽ etiã Acapniſtũ ideſt a fumo purgatũ aiunt quodã apparitionis modo.E Potamorũ ideſt fluuiorũ numero Cephiſſus eſt:e Trinemiis originẽ ducẽs:p plana uero fluens. Vbi Gephyra ideſt põs adeſt & Accolæ Gephyriſmi ꝓpter dicacitates atq; conuitia.Is p crura murororũ in Piræum uſque ꝓducta Phalerium ingrediť pelagus.Magnaque ex pte Torrentis inſtar labiť : æſtiuo penitus diminutus tempore. Talis item Iliſſus eſt ex altera urbis pte currens ad littus ideſt e locis ſup Agram Et Lycæum ac fontem quem in Phedro Plato collaudauit. De Attica quidem hæc. Deinceps eſt Boetia de qua uerba factuꝝ:gẽtibuſq; finitimis repetere quædã oportet: quorũ facta ſupius ẽ mẽtio declarãdarũ rerũ gratia.Dicimus autem ripam ipſam a Sunio uſq; Theſſalonicã in ſeptentrionẽ porrigi:cum mare ſupernum in orientem declinet. Loca uero quæ ſupra in occaſum iacent:uti faſcias quaſdam p totam oram inuicem extentas . E quibus prima eſt in agro Megarenſi

quæ oriẽtalẽ inſtar faſciæ ꝓtendit ꝓtem:e Sunio uſque Oropum:& illi/
us regiõis ripam. Oram aũt occidentalẽ atq; Iſthmũ:& mare Halcyoniũ
ad fontẽ uſque Creuſam. Secũda Boetia ẽ ab ortu ĩ occaſũ ꝓfecta:faſcia
quædã ab Euboico mari ad Criſſei ſinus mare. Equalis quodãmodo lon
gitudine ad Atticã uel minor ĩ lõgũ. Verũ agri uirtute etiã atque etiã lon
ge præſtãs. Ephorus ſane & hoc ĩ loco Boetiã finitimis gẽtibus excellẽti/
orẽ eſſe demõſtrat. Et quod ſola triplici alluit pelago:& pluribus abun/
dat portubus. In ſinu quidẽ Criſſeo & Corinthiaco delata ex Italia & Si
cilia & Africa mercimonia excipit. E ꝓtibus aũt Euboeã ſpectantibus ad
utrunq; latus Euripi diuiſo littore: hoc quidem ad Aulidẽ agrũque Ta
nagre uergit. Illud autẽ ad Salganeũ & anthedonẽ continuum eſt mare:
quod Aegyptũ & Cyprũ & Inſulas expectat. Et illud quod Macedões
& ꝓpontidem & Helleſpõtũ ꝓſpicit. Addit etiã q; eius partẽ Euboeam
quodãmodo Euripus efficit:ſic anguſtus ut ipſi Boetiæ ponte ad duorũ
iugerũ mẽſurã coniũgat. Huiuſmodi laudibus regionẽ ipſã extollit. Et
ad imperãdũ natura quidẽ compatam eſſe. Educatione uero ac diſcipli/
na nequaq; uſos illius præſides: qui licet rem ꝓſpere quãdoq; geſſerint:
tamẽ ne parũ qdẽ tẽporis ꝓdurarũt. Sicuti documẽto extitit Epaminun
das. Vbi enim ille mortẽ oppetiit:e ueſtigio principatum amiſere The/
bani eo tãtũ deguſtato Cuius rei cauſa fuit:quia cõſuetudinis & familia
ritatis cũ hominibus habẽdæ rationẽ neglexerũt. Solius duntaxat uirtu/
tis bellicæ curã ſuſcipere. Adiiciẽdũ etiam quã ob cauſã cũ Græcis ea po
tiſſimum ratio utilis ẽ. Q uãdoquidẽ cum barbaris uiolẽtia ipſa ẽ affa/
bilitate potẽtiõr. Enĩuero Rõani prioribus ſæculis aduerſus natiões agre
ſtiores belligerantes huiuſmodi ſuauitatis diſciplina nequaq; indigebãt.
Ex quo aũt aduerſus manſuetiores populos tractare bella cœperũt:huic
ſeſe applicãtes ritui moribuſque degẽdi cũcta ſuo ſubdidere regno. Cũ
uero Boetiam prius Barbaræ gẽtes incolerent: Aones Temmiceſque e
Sunio ꝓfugæ:uagiq; Leleges & Hyãtes:denique Phoenices Cadmi co/
mites regionẽ tenuerũt:qui arcẽ Cadmeã muro uallauit: & Regnũ ſu/
is poſteris nepotibuſq; reliqt. Illi porro arci Cadmeæ Thebas muro cõ
iũxerũt. Regnũq; cõſeruarũt: plurimoq; Boetioq; impiũ adepti Q uoad
Epigoni exercitũ ĩduxerũt:hoq; ætate puo deficiẽtes tẽpore:rurſus The
bas repetierũt. Similiter a Thracibus & Pelaſgis eiecti in Theſſalia re/
gnũ collocauere:cũ Arneoq; multi tẽporis ſocietate:unde Boetici uocati
ſunt oẽs. Poſtea ĩ patriam reſtituti ſũt:cum Aeolica iam parata claſſis eſ/
ſet ad Aulidem Boetiam quã in Aſiam Oreſtis filii mittebãt: & Boetiæ
agrũ Orchomeniũ adiunxiſſent. Nam prius nulla erant communiõe cõ
iuncti nec Homerus eos Boetiis annumerauit. Sed Minyas ſeorſum
nuncupat:hi cum illis eiecerũt quidẽ Pelaſgos intra Athenas. A quibus
ciuitatis portio Pelaſgica uocat ſub Hymetto ſua collocãtes habitacula.
Thraces uero ad Parnaſum. Hyantes uero Phocenſem urbẽ Hyan ico
luere:memoriæ ꝓdidit Ephorus. Thraces factis erga Boetios ĩduciis: no
ctu ĩcurſationes egiſſe. Cũque ſecurius & negligẽtius expeditionẽ agita/
rent:pinde ac pace iam facta:eos uero Boetii ꝓpulſaſſent: quererenturq;
quod inducias uiolaſſent:illi nõ uiolaſſe reſpõderũt. Dies enim pepigiſ/
ſe:noctu autem ĩcurſaſſe. Vnde uulgatum eſt ꝓuerbium Thraciũ com
mẽtũ. Verũ durante adhuc bello abiiſſe Pelaſgos: captãdi oraculi gratia.
Abiiſſe etiã Boetios. Igit redditum quidẽ Pelaſgis oraculum: dicere in/
quit nõ poſſe:Cæterũ Boetiis Eos ab ipſa occiſa uate:& impietate fœlices
fore:& rem ꝓſpere geſturos. Edituos aũt exiſtimaſſe uatem Pelaſgis ge/
neris ꝓpinquitate gratificatam. Nam & Phanũ initio Pelaſgoũ extitiſſe.
Hunc in modũ interpretatã corripiẽtes mulierem in ignẽ iniecciſſe. Ani
mo uertẽtes ſiue illa malicioſe feciſſet ſiue non:utrãque ĩ ptẽ recte ſe ha/
bere. Siquidem fallax ædidiſſet oraculũ eam ſupplicio affectã. Sin uero
malicioſe nihil ædidiſſet:eos impata patraſſe. Præfectos autẽ Phani:ppe/
tratores illos ut iniudicatos occiderẽt: & quod amplius eſt ĩ tẽplo nõ ap/
probaſſe. Rẽ uero in iudicio cõſtituiſſe:ad ipſaſq; ſacerdotes citaſſe. Eæ
autem ꝓphetiſſæ ſunt:quæ e tribus reliquæ ſuperãt. Illis autẽ dicẽtibus
nuſq; legẽ eſſe:qua mulieres ius dicerent:aut iudiciũ facerent:electos eti/
am aſſumpſiſſe uiros:pari cum mulieribus numero. Viros igit abſoluiſ
ſe:at mulieres damnaſſe. Paribus autẽ ſuffragiis exiſtẽtibus uiciſſe quæ
abſoluerũt. Ex hoc autem apud Dodonem uiros ſolis reſponſa dare Boe
tiis. Ipſas autem Prophetiſſas oraculum interpretantes: cõtra quod deus
ipſe Boetiis impet differere. Tripodas apud eos collectos ad Dodonam
mittere quot ãnis:iãq; hoc efficere. Semp enim ex ſuſpẽſis Tripodibus
aliquẽ nocturno diripientes tempore:& ueſtibus occultantes: quaſi clan
culum tripodes afferre Dodonam. Poſtea Aeolicæ deducẽdæ Coloniæ:
Penthilo auxiliũ attulerũt. Plurimos ex eoq; numero ſimul emittentes:
adeo ut Boetia nuncupareť Colonia. Poſterioribus annis bellum iuxta
plateas geſtum agrum eoq; magna uaſtitate afflixit. Suis ĩde rebus repa/
ratis:iteq; eo potentiæ conſcenderũt:ut de Græciæ principatu Thebana
ciuitas decertaret:duobus prœliis Lacedæmone ſupata. In ipſa uero pu/
gna cadente Epimanunda:ea de ſpe falſi deciderũt. Tamẽ ꝓ Græcis cõ
tra Phocẽſes communis templi ſpoliatores bellum ſuſcepere. Veq; hoc
ex bello contracta calamitate inuadẽtibus Græciam Macedonibus:ipſi
ꝓ ſe urbem funditus deletam amiſere. Inde refectam mœnibus recupe/
rarunt. Ex eo tempore rebus in peiora ſublapſis ad hæc uſque tẽpora:ne

mediocris quidem Pagi formã retinet. Reliquæ etiam urbes pari feſe ratione habẽt: præter Tanagram atque Theſpias. Nã hæ ſatis commodæ ꝓmanẽt ꝓ illoꝝ compatiõe. Deinceps ſane de regiõis ſitu faciẽda eſt expoſitio. Initium ab Euboico littore ſumẽtibus: quod Attico ſolo cõtinẽs eſt. Principiũ aũt eſt Oropus: Portuſq; ſacer: quem Delphinium uocãt. Ad quẽ antiqua iacet Eretria: in Euboea nauigationẽ .lx. ſtad. habẽs. Secundũ poſt Delphinium ẽ Oropus ſtad. intra .xx. Apud hunc uero ẽ huius tẽporis Eretria. Nauigatio ad eã eſt ſtad. xl. Deide Delium Apollinis templum eſt: quod e Delo ꝓfecti condiderũt. Tanagreorũq; caſtellum eſt longe ab Aulide ſtad. xxx. Vbi prœlio deprehenſi Atheniẽſes effuſa fuga terga uerterunt. Interfugitãdũ autẽ Socrates philoſophus miles pedeſter: Xenophontẽ Gryli filium cõſpicatus ex equo prolapſum: humique iacẽtem cũ equus longe abiiſſet ab oculis: eum ſublatũ humeris complura ꝓ ſtad. exportauit tutũ in locũ. Donec quieſcente fuga ſalutẽ illi compauit. Porro portus magnus quẽ ꝓfundũ uocãt portũ. Dein Aulis lapidoſa ſane ora & Tanagreoꝝ uicus. Portus ſane ẽ quinquaginta capiẽs naues. Quocirca Græcoꝝ claſſem magno ĩ portu conſcendiſſe ſimile ueri dixerim. Euripus quoq; ille Chalcidis ꝓpe conſiſtit ab Sunio ſtadia abſens. lxx. Supque illo pons duoꝝ imminet iugeꝝ (ut ſuperius retuli). Vtrinq; autẽ turris inſtat. Vna quidẽ ex Chalcide. Altera uero ex Boetia: ad ipſamq; fabrefacta fiſtula eſt. De ipſo et enim Euripi refluxu: tantũ ſolũmodo dicere ſatis ẽ: qd̃ die quolibet ac nocte ſepties curſum trãſmutat: cauſa uero alibi ſcrutãda ẽ. Prope qdẽ locus ẽ ſublimis cognomento Salganeus: ab Salganeo cognomẽtũ aſſequutus ibi ſepulto. Is homo fuit origine Boetius: qui ſeſe nauigantibus e Malea hoc mare Perſis ducẽ præſtitit. Ipſum uero claſſis præfectus Metabates priuſq; Euripũ attingeret occidit. Suſpicabaṫ enĩ præ malitia claſſem eo fraude illũ conieciſſe: & anguſtũ in mare minime puium induxiſſe. Qua intellecta fraude Barbarus ille pœnitentia ductus ipſum claſſis ductorẽ indigna cæde peremptũ cernens: honore ſepulturæ decorauit. Græa quoque Oropo uicina eſt: & Amphiarai Sacellum: & Narciſſi Erettiæi monumentum: quod taciturnum uocant: quandoquidem prætereuntes ſilentia tenent. Quidam ipſam aiunt eſſe Tanagram. Eadẽ uero ẽ paſtoria: quæ & Tanagrica. Tanagrei quoq; Gephyrei: ideſt Põtani dicũt̃. E Gnopia autem Thebana huc trãſlatũ Amphiarai tẽplum ẽ. Mycaleſſus etiã Tanagræ uicus eſt. Vicinus quidẽ uiæ Thebanæ Chalcidem ducẽti. Quẽ lingua Boetia Mycalettũ uocãt. Similiter Harma ideſt currus Tanagrei iuris ẽ pagus ad Mycalettum deſolatus. Qui ab Amphiarai curru nomen adeptus eſt. Alter ab eo Harmate: quod quidẽ ĩ Attica eſt. Tribus uidelicet quædam ex Atticæ populo Tanagræ ſimilis. Hic uero ortũ illud ẽ prouerbiũ. Quãdo ꝓ Harma. i. currũ fulgurauerit fulgur aliquod ſignificantibus Pythicis uatibus quaſi ad ipſum intuentibus currũ. Eoq; tẽpore ſacrificium Delphos mittẽtibus: cũ fulgura cernãt. Obſeruabant aũt ad mẽſes tris: ſingulis menſibus tres dies: nocteſq; totidẽ: e Iouis fulguralis foco qui eſt ĩ muro inter Pythium & Olympiũ. De Boetio uero Harmate ſiue curru: hic rumor eſt. Aiunt quidẽ nonnulli corruẽte de curru Amphiarao: Currũ ipſum ĩanẽ ad locum illũ cognomen ipſi loco detractũ eſſe: ubi nũc eius ſacellũ extat. Alii uero ferũt Adraſto fugam capeſſente: currũ eo in loco fuiſſe confractũ. Ipſum autẽ Arionis ope ſalutem cõparaſſe. Pilochorus aũt refert ipſum a ruſticanis ſeruatũ euaſiſſe. Quã ob cauſam eos ab Argiuis in ciuitatis ſocietatẽ deuocatos. Cæteꝝ Tanagra Argos e Thebis deſcendẽti a leua ſita ẽ: Hyrrhia uero a dextra. At Hyrrhia ipſa hoc tẽpore agri Tanagrei ẽ. Quæ prius Thebani ſoli fuerat. Vbi de Hyrrhieo fabulæ confictæ ſunt: & de Orionis procreatiõe. Quæ (ut Pindarus ĩ Dithiram bis cecinit) penes Aulidẽ iacet. Quibuſdã ſane Hyrrhiã Hyſias dici placet: ĩ Aſopi uicina ſub Citheroe penes Erythras in mediterranea. Quo Hyrrhiei Coloniam deduxerũt. Eã Antiope pater Picteus ædificauit. In agro etiã Argiuo ſũt Hyſiæ ab eo Hyſiatæ dicti fuerunt. Ab hac uero Erythraꝝ urbe: Colonia ſunt Erythræ ĩ Ioniam deducta. Vicus etiam Tanagre Eleon a palude nomiatus. Secũdum Salganeũ autem urbs eſt Anthedon portu prædita: Boetii littoris ĩ Euboeã ſpectantis extrema (ſicuti poeta inquit) Anthedonaque inde ſupremã. Progrediẽti præterea paululũ duæ Boetioꝝ urbes exiles occurrunt. Equibus ẽ Larymna præter quã Cephiſſus labiṫ Vlteriuſq; aliæ eo nomine: quo Tribus Atticæ. Ad tractus uero huius ripã Egas iacere dicunt in Euboeã ſitas. In quibus locatũ eſt Egæi Neptunni tẽplum. Cuius memoriã ſuperius fecimus. Diſtant autem ab Anthedone Egæ. c. & xx. ſtad. interuallo. Ab aliis uero locis multo ac multo minus. Tẽplũ ſane ipſum excelſo in monte ſitum eſt: ubi etiam aliquando fuit ciuitas. Iuxta Egas quidẽ Orybæ ſunt. In Anthedonis autem ora mons eſt Meſapius a duce Meſapo nominatus. Qui aduentans in Iapygiam a ſe Meſapiam appellauit regionem. Hoc in loco facta dicũtur: quæ de Anthedonis filio Glauco fabulæ uulgauerunt. Quem in Balenam tranſformatũ aiunt. Non procul autem ab Anthedone locus eſt: ſacrati ſigna: decorẽque ſeruans. Vrbiſque ueſtigia retinẽs: quem Iſum uocant prima correpta ſyllaba. Exiſtimant uero quidam hunc in modum ſcribi oportere.

Diuinamque Iſon Anthedonaque inde ſupremam.

Producentes ſyllabam primam poetice metri cauſa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἰσον τὲξᾳθέην ἀνθηδόνα τὲσχατόωσαν
ἐνὶ τοῦ νίσαντὲξᾳθέην.

Pro eo quod eſt Diuiam Nyſam. Nyſa enim nullibi terræ Boetiæ uide
tur: ut ſqt Apollodorus ſ nauiū expoſitiõe. Adeo nõ eſſe niſi ipſam Ny/
ſam ſic dixit. Iſos enī ciuitas ſ Megarica terra fuit: illic deducta a Dronis
hodie uero deleta Aliq ſcribunt κρευσαν. Creuſan diuinã eã accipiẽtes:
quæ nũc κρεοισα. Creuſa dicit̃ Theſpiẽſium Emporiũ ſ Criſſeo poſitũ
ſinu. Alii Diuinaſq; Pharas. Eſt aũt Tetracomiæ. ſ. quaternos habẽtis pa
gos illius quæ circa Tanagrã eſt: Eleonẽ uidelicet. Harma ſiue currum
Hycaleſſum Pharas. Nam & hoc ſcribũt diuinã Nyſan Heliconus aũt
uicus eſt Nyſa. Ora quidem maritima ex aduerſo Euboeæ talis ẽ. Tra/
ctus uero deiceps mediterraneus cãpeſtria: caua undique omnibus aliis
ex ptibus habet: eum includũt montes. Ab Auſtro quidẽ Attici: ab Aq/
lone uero Phocenſes. Ab occaſu autẽ in obliquo Citheron incidit: paulu
lum ſupra Criſſeum mare. Initium habet mõtibus Megaricis & Atticis
contiguum: inde in campos flectit̃. Thebana deſinens in ora. Cãpeſtris
hæc Regio partim ſtagnat; ex infuſis in eam fluuiis aut incurrentibus:
& ide effluẽtibus. Pars uero exiccat̃: & multifariã colit̃: propter agri fer/
tilitatem. Cũ uero cauernoſa & in profundũ foraminoſa terra ſit: ingen/
tes ꝑſæpe terræmotus efficiũt̃: qui hic quidem meatus obſtruſerũt: illic
aperuerũt alios uſq; in ſuperficiem alios per cuniculos. Cõtingit ſane &
aquis: ut aliæ quidem per ſubterraneas cõcauitates labentes perferãtur.
Aliæ per ſuperficies: ſiue fluuiatiles ſint ſiue lacunares. Aggeſtis autem
& obſtruſis ī ꝓfundo meatibus contingit: ut lacus uſque ad habitabiles
locos creſcant. Vnde & urbes abſorbentur & oræ. Iiſdẽ uero apertis uel
aliis detegũtur. Eoſdem quoque locos quandoque nauibus: quandoque
pedibus permeari. Et eaſdem urbes nunc quidem lacubus uicinas: nunc
autem ab illis remotas iacere: idque dupliciter fit. Aut enim urbes ī mõ/
te permanent: quãdo aquaꝝ incrementum inundatione aquæ ſupinſun
ditur amnis: ꝓpter habitaculoꝝ uel altitudinem uel diſtãtiam. Aut trãſ/
migrationem: & ſolitudinem quando appropinquante ꝑiculo liberatio/
nem captẽt timoris: multotiens loca tranſmutẽt: uel longe uel in excelſa.
Sequit̃ illis hoc modo domicilia permutantibus: ut eadem cõſeruẽt no/
mina: quæ prius uere dicebant̃. Interdum uero non habeant ꝓpter loco
rum caſum. Plateas enim urbem a latitudine remorum appellatam ꝓba
bile fit: & Plateenſes & remigationis quæſtu uictitantes. Cæterũ hodie
procul a lacu habitãtes nequaq̃ adhuc ita proprie poſſunt appellari: He
loſque & Heleõ & Heleſium ab Heleos ideſt palude uocatæ ſũt urbes:
quoniam paludibus finitime ſitæ fuerant. Nunc autem nequaq̃ modo
ſimili ſeſe omnes habẽt: uel ſeorſũ poſitis domiciliis: uel lacu uehemẽter
ad ima decreſcẽte: effluẽtibus poſtmodũ aquis: nã & hoc ẽ poſſibile. In/
dicio huic rei ẽ Cephiſus maxime Lacũ Copaidẽ implẽs. Nã quũ Lacus
ipſe creſcit: ne Copæ urbs demergãtur abſpte diſcrimẽ īgruit. Quod &
Poeta nominati ait. Et ab ea ciuitate Lacus ipſe nomẽ adipiſcit̃. Iuxta La/
cum terræ hiatu facto penes Copas alueũ ſub terra ad ſtad̃ xxx. reſera/
uit: quo receptus ẽ fluuius Inde ī ſupficie prupit ad Larymnã agri Locrẽ
ſis: de qua ſupra. Nã hæc altera ẽ a Boetia illa mari uicina: cui ſuperiorẽ
illam adiecere Romani. Locus ipſe Anchoe uocat̃: eſt & eiuſdem nomis
Lacus. Hinc autem Cephiſus excurrit in mare. Tũc igit̃ cedẽte īcremẽ/
to: quies īcolis facta fuit: exceptis quas iam abſorpſerat aqua ciuitatibus.
Occluſis uero ide rurſus meatibus: metalloꝝ crete ſcrutato Chalcidẽſis
homo obſtruſa purgãs: deſinit cohorta īter Boetias ſeditione: licet iam ꝑ
multa exiccata fuiſſent (ut ipſe ī Epiſtola ad Alexãdrũ aſſerit) In quibus
antiquũ Orchomenon habitari potauerũt aliqui. Aliqui uero Eleuſinẽ:
& Athenas apud Tritonẽ fluuiũ: idque regnãte Cecrope. Cum Boetiã
ditione ſubactam haberet. Quæ tempeſtate illa uocabatur Ogygia. Iſtas
autem inundatione poſtmodũ: ac diluuio extinctas eſſe fama eſt. Apud
Orchomenon etiam aiunt ruptã terrã per hiatum. Melanemque fluuiũ
hauſiſſe: qui per plagã Haliartiam labit̃. In qua ab illo palus efficit̃: arun
dines tibicinarias ꝓcreãs. At hic õnino euanuit: ſeu Chaſma illũ ī occul
tos diffuderit meatus: ſeu Haliarti paludes atq; lacus ipſum abſumãt. A
quibus poeta herboſum uocauit agrum: Herboſum dicẽs Haliartum.
Hi qdem amnes ex Phocẽſibus deſcẽdũt mõtibus. E quibus Cephiſus
e Lilea urbe Phocẽſi ortum accipit: ut ab Homero quoq; dictum eſt.

Quique Lileam habẽt Cephiſi ī fontibus almi.

Ipſe autem ꝑ Elateam labit̃. Quæ inter Phocẽſes urbis eſt ampliſſima.
Et per Potamios & Phaneteos: etiam Phocẽſes ciuitates haud plane ma/
gnas. Dehĩc ī Cheroneam terræ Boetiæ ꝓgredit̃. Poſtea Orchomeni &
Coroniacum ſolum ī Copaidem exiit lacum. Permeſſus item & Olme/
us ex Helicone fluentes: ī unumque permixti in eundem Copaidẽ La/
cum penes Haliartum incurrunt. Permagnus eſt igit̃ ſtad̃. lxxx. &. ccc.
circuitum habens. Eius autem eruptiones nuſq̃ patent præter excipiens
Cephiſum Chaſma atque paludes. Interiacentia late prata Triphilia ẽ:
& Copais: mentionem faciente Homero. Quique habitabat Hylen: opi/
bus ſtudioſus habendis. Et propior Lacui: quem dat Cephiſus inundãs.
Nec Copaidem Lacum dicere uult (ut nonnulli rentur) Sed quam accẽ
tu in extrema pronuntiant ſyllaba: Hylicem uti Lyricem a propinquo
uico quem Hylas ſicut & Lyras & Thyras appellãt. Nec uero ſcribẽdũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

eſt Hyden:quomodo quidam.Quique habitabat Hyden. Quæ quidē
i Lydia iacet:ſub Tmolo niuali i pingui Hydæ populo. At illa Boetio
in agro ſita.Itaque ad illud & ꝓpior Lacui : quem dat Cephiſus iundās:
ſubdit & penes alii habitabāt Boetii. Ille qdē magnus ē: nec i Thebana
plaga:& parua.Illinc per uias ſubterraneas referrus:iacēſq; i Thebarum
& Anthedonis medio.Homerus autē ſigulari ꝓfert numero:primā nō/
nūq; ꝓducēs ſyllabā:ut i nauiū Catalogo. Atq; Hylen Peteonēq; poetica
licētia:quādoq; uero breuiās.Iſq; habitabat Hylen &.

Aiaci clipeū Tychius cōſtruxerat olim.

Cultor Hyles:habitus cerdone peritior omni.

Vbi etiam nonnulli deprauate ſcribūt Cultos Hydes. Non enim Aiax
e Lydia clipeū afferri ſibi iuſſerat.Lacus locorūque ordinē deinceps inqt
cōprehendere manifeſte ē difficile.In totque & obſcuris plurimis ac me
diterranea plaga nullibi e deſcribendi ordine excidere. Littus profecto
hanc prærogatiuam habet.Notiora quidem loca ſunt:& mare locoꝝ ſeri
em melius exponit.Ideo nos ide cōamur explicare.Hic illud omittētes:
dinumerationēque apponētes quod utile ſit nobis: ab illo prorſus omiſ/
ſum.Inchoat enim & de Aulide de quibus diximus. Schoenus autē ora
eſt Thebana in uia qua Anthedonem itur. Abeſtque a Thebis ſtad'.l.
per quam quidem Schoenus fluuius labitur. Scolus uero pagus ē i ora
Aſopia ſub Citherone ſedes i iucunda atque aſpera.Indeq; natū prouer
bium ē:ad Scolon neque ipſe uades:neque alteri comes ibis. Ex eo quo/
que loco deductum Pentheum diſcerptum fuiſſe memoriæ prodit. Ex
Olyntho etiam uicinis urbibus huic ſimilis nomine Scolus erat:uulga/
tum etiā eſt:quod ad Aſopum accolæ: & uicus quidam i Heraclea. Tra
chinia Scolus uocatur.Quam præterfluit Aſopus amnis: Quodque in
Sicyone alius Aſopus ē:& finitima plaga Aſopia. Per quam & alii labū/
tur huius nominis fluuii.Eteonus autem nomen ſuum in Scaphlas trāſ
mutauit: eſt & hic Aſopiæ terræ locus. Nam & Iſmenus & Aſopus de
Potnieo Glauco fabulæ uulgant: ut illum Potniades diſcerpſerint eque
non lōge ab urbe. Citheron item prope Thebas finitur:penes quē Aſo
pus currit:inferiora eius alluens & Paraſopios faciens accolas: i uicos cō/
pluris diuiſos:Cūctoſque Thebanæ ciuitati addictos. Alii autē & Sco/
lum & Eteonum & Erythras in Plateaꝝ ſolo eſſe dicunt:& reuera penes
Plateas & Tanagram exeunt.In Thebanis quoque finibus extant The
rapnæ & Teumeſus : quem multis uerſibus ornauit Antimachus: cum
multas(quæ illi quidem nequaq̄ adſunt)uirtutes enumerarit.Eſt paruus
quidam tumulus pulſatus ab auris & reliqua:notū eſt carmen. Theſpia
ſeu ut nunc Theſpiæ: quandoquidem multa ſunt nomia quæ utroque
proferātur modo:& pluratiuo & ſingulatiuo:ſicut & genere uirili & mu
liebri & neutrali.Eſt autem oppidum Heliconi proximū. Sed eo magis
Auſtrale. Criſſeo ſane imminens ſinu: ſicut & Helicon. Theſpiarū ue/
ro Emporium ē Creuſa ſiue Creuſia dicatur.In Theſpiis item ē Aſcra:
iuxta Heliconis partem.Hæc Heſiodi Poetæ patria eſt:ad Heliconis ſa/
ne partem dexterā pertinens:excelſo i loco ac duro iacēs. Longe quidē a
Theſpia ſtadia.xl.Quam & ipſe redarguens improbauit patri:quod in
Cyma Eolica remaneret.

Aſcram rus miſerum penes hic Helicona colebat:
Hyberno diꝝ triſte æſtu optabile nunquam.

Helicon autem Phocidi eſt affinis:Ex aquilonis partibus.Ea uero parua
eſt:& ab occaſu iuxta nouiſſimum Phocidis portum. Quem quia refu/
giſſe obtigit:Mychon ideſt receſſum uocant. Ad hunc enim maxime ſi
nus Criſſei portum:& Helicō & Aſcra:ſuperimminēt :& etiā Theſpiæ
& earum Emporium Creuſa.Hæc etiam pars magnopere caua:ex Criſ
ſeo ſinu putatur: & plane Corinthiaco.Huius autem littoris longitudo
a portu quem receſſum diximus: ad Creuſam ſtad'. protenditur:
hinc uero ad promontorium uocatum:ſtad' ſunt.c.ac.xx.In conca/
uiſſimo eius ſinus loco iacere Pagas ideſt fontes contigit:& Oenonē de
qua diximus.Helicon igitur nō procul a Parnaſo diſtans illi æmulus ē:
& altitudine & circuitu.Vterque enim niuibus pulſantur. Et rupes am/
borum ſaxea eſt.Non multa uero illos regio circunſcribit. Hoc autem i
loco eſt conſecrata muſis ædes.Fonſque Caballinus & Libethridū ſpelū
ca Nympharum. Qua ex re ſuſpicari licet eos qui & Helicona & Pieri
am & Libethrū & Pimplian eiſdem muſis conſecrarunt : Thraces exti/
tiſſe.Pieres autem uocabantur. Quibus extinctis loca hæc Macedones
nunc poſſident.Dictum etiam eſt hāc Boetiam olim Thraces habitaſſe:
cum eos uiribus eieciſſent. Tenuere etiam Pelaſgi: & alia barbarorū na/
tio. Theſpias prius nobilitauit Cupido:Praxitelis opus ſuis ſculptū ma/
nibus.Donum uero conſecrauit Theſpienſibus Glycerium meretrix:
ab illis genus ducens:munus illud ab artifice conſequuta. Nonnulli ic/
circo prius ipſum contemplaturi cupidinem : eo conſcendebant ad ſpe/
ctaculum:cum alioquin locus ipſe ſpectatu foret indignus.Hodie ſane
ſola hæc e Boetiis urbibus:& Tanagra conſiſtit . Cæteraꝝ uero nomina
tantum & rudera:pro reliquiis manēt. Ad Theſpias autem Poeta Greā:
& Mycaleſſum ānumerat:de quibus diximus:Sic & de aliis inquit:Qui
penes Harma colunt ac Hyleſium uel Erythras:Hylenque & Peteonē.
Peteon uero agri Thebani uicus eſt prope uiam qua cōmeatur Anthe/
donem.Ocalea autem Haliarti: & Alalcomenii media ſtat. Ab utraque

Universidad de Deusto
Biblioteca

xxx.ſtad̃ abſens.Iuxta eam fluit eiuſdem nominis amniculus. Medeon ſane Phocenſis quidem unus in ſinu Criſſeo: lõge a Boetia ſtad̃.c.&.lx. Alter eſt Boetius ab illo nominatus. Prope Onceſtum autem iacet ſub monte Phoenicio. Ab quo Phoenicis ipſa nomẽ aſſumpſit.De Theba/no & hoc dicitur.Peteon terræ Haliartiæ:& Medeõ Ocale.Dein Copas ait.Eutriſinque & Columbis refertam Thyſben. De Copis quidem di ctum eſt. Ad Aquilonem autem ſpectant ad Copaidem lacum:aliæque circunſtant.Eæque ſunt Phoenicis:Onchestus:Haliartus:Ocale: Alalco mene: Thilphoſion:Coronea. Et hoc quidem priſcis annis nomen non erat etiam lacui commune.Sed ad ſingulas habitationes ad ipſum illius nomen ſimile dicebatur.Copaidem a Copis dicebant.Haliartiũ uero ab Haliarto:& ſic de reliquis. Poſterius autem Copais ut uniuerſus appel/laretur obtinuit:concauiſſimus & enĩ eſt locus iſte.Pindarus ſane & hũc Cephiſidem uocat Addit & Thilphoſſam fontem: ſub Thilphoſſium montem labentem Haliarto proximum: & Alalcomenon: apud quam Thireſiæ ſepulchrum conditum eſt. Ibidem & templum eſt Apollinis Thilphoſſii. Porro poſt Copas Poeta Eutreſin modicũ Theſpienſium pagum ponit. Hic Cethũ & Amphionem ãteq̃ Thebarũ Regnum te/nuiſſẽt habitaſſe ferũt. Thiſba uero nũc Thiſbæ nominãtur. Habitaſ autẽ paulũ ſuperius a mari locus Theſpiẽſibus finitimus & Coroneis. Subiectuſque peruenit:e parte ĩ Auſtrũ uergẽte: ad Heliconẽ ſpectãs. Et ipſe quoque Emporiũ ſaxoſum habet colũbis abũdãs ex quo a Poeta dictũ eſt cum multis Tiſba columbis. Hinc uero ſtad̃.c.&.lx.nauigatio eſt Sicyonem.Deinceps Coronea & Haliartus: Adiũgũtur & Plateæ & Glyſantis oppidũ.Enimuero Coronea Heliconi affinis eſt ĩ colle ſita. Eã autẽ reuertẽtes ab Arna Theſſalica Boetii occupauere poſt bellũ Tro ianum.Quo tempore & Orchomenon obtinebãt. Iique expugnata Co/ronea Palladis Ioniæ templũ ante urbẽ in plano condidere. Eodem quo Theſſalicũ cognomine:& præterfluentem fluuiũ Cuariũ: eodẽ quo illũ uocabulo appellauere. Alceus ſane illũ Coraliũ uocat: dicẽs ad Coralii fluminis ripas.Ibi etiã Pãboetia ſacra:cõcurrẽte Boetia tota celebrãt.Pal ladiſque ſimĩ & Plutonis ædes cõſtructa fuit:ob myſticã quãdã(ut aiũt) cauſã.Ipſi quidẽ ĩ Coronea Coronei uocãtur. Qui autẽ ſũt in Meſſenia Coronẽſes.Haliartus autẽ nũc deleta eſt:ĩ bello aduerſus Perſẽ:ſolo æq̃ ta. Ager cõcedẽtibus Romanis ĩ Atheniẽſiũ iura peruenit. Anguſto ue/ro iacebat ĩ loco inter ſupereminẽtem uicinũ mõtẽ: Lacũque Copaidẽ: iuxta Permeſſũ & Holmiũ & Helos ideſt paludẽ:quã tibicinarios ꝓdu/cere calamos dixĩus. Plateæ ſane quas numero poeta ꝓtulit ſigulari:ſub Citherone ſũt ĩter illũ ac Thebas ĩ uia quæ Athenas ducit & Megara ĩ Atticæ ac Megarũ terminis.Nã Eleutræ prope ſtant quas aliqui. Alii ue ro agri Boetii eſſe aſſerũt. Rettulimus autem ut præter Plateas Aſoꝑus amnis currat.Eo in loco Græcorũ copiæ:Mardoniũ ducem cũ ccc.Perſa/rum milibus occidione delerunt. Tunc Eleutherio:ideſt Liberatori Ioui templũ conſtruxerunt: & certamen Gymnicum coronatũ de ſignauere: Elutheria ideſt Liberatoria ludos ipſos uocitãtes.Eorumque qui in præ/lio obierunt:ſepulchrũ publice conſtructum cernitur. Etiam ĩ Sicyonis agro populus eſt quem Plateas appellant: cuius quidẽ oriũdus fuit Poe/ta Mnaſalces.Mnaſalceo Plateadali ſepulchrum Glyſantem autẽ uicũ ĩ Hyparto monte dicit:qui prope Teumeſſum arcemque Cadmæam in agro Thebaico iacet. Quem Geolophem: ideſt terræſtrem tumulũ uo/cãt.Cadit ĩ cãpũ domũ(ſic enĩ nominãt)q̃ porrigit̃ ad Ex Hyparto mõ/te: quod autem dicitur ſic.Quique Subthebas habebãt.Quidã ſane ſic accipiunt oppidulum quoddam Subthebas nomine: alii uero Potnias. Derelictas enim fuiſſe Thebas propter Epigonorum expeditionem: cũ ille Troiani belli nequaq̃ participes extitiſſent. Alii autem participes q/dem illas fuiſſe aſſerũt.Cæterum ſub Cadmæa tunc habitationes extitiſ ſe:planis ĩ locis atque campeſtribus: poſt Epigonorum ĩcurſionem:cum Cadmæam ædificare ac reſtituere nequirent. Poſtq̃ uero Thebas Cad/mæam uocabant: Poetã pro iis qui tunc ſub Cadmæa habitarẽt dixiſſe Subthebas:pro eo quod eſt ſub Cadmæa habitãtes.Onchestus uero ibi eſt:ubi Cõſilium Amphictyonum in Haliartia ora in unum cogebatur: ad lacum Copaidem ſolumque Tenericũ.Situs in ædito uertice nudus Neptunni Phanum habet: & ipſum quidem purũ. At Poetæ ad locorũ ornamenta omnia tẽpla lucos amœnos uocãt:tametſi nuda fuerint. Ta/le illud eſt Pindari de Phœbo dictum. Motus terrã adibat & pelagus:& ad magnas mõtiũ ſpeluncas adſtabat.Sinuſq; repoſtos circumuolãs adi/bat:Lucorum fundamẽta percutiẽs. Male Alceus ſicut Euatii fluminis nomen permutauit:ſic & Onchesti mentitus eſt nomẽ:ad extremas He/liconis oras ponens Onchestum: qui quidem longe non parum ab ipſo mõte conſiſtit. Tenericus autem campus a Tenero nomẽ accepit:quẽ Apollinis filium ex Melia oraculi ſui nate fabulæ cõmemorant ad Pto/on montem: quẽ idem poeta triuerticem eſſe refert. Olim tricipitem Ptoi cauernam tenuit: & templi cuſtodem uatemque Tenerũ nomina/uit:uatis ſimile tenentem uocabulum.Ptous autem mons campo Tene/rico lacuique Copaidi ad Acrephium incũbit. Erat autem Thebano/rum mõs ſimul & oraculum. Acrephium uero ipſum in ſublimi poſi/tum iacet. Quod Arnem a poeta uocari dicunt Quo nomine & Arne Theſſalica eſt. Memorant alii & Arnen & mediam ab Lacu abſorptas.

Cenodotus ſcribens: Quique habitãt largis fœcundam uitibus Aſcrã.
Haud ſane uerſus Heſiodi legiſſe uideť: quos ſua de patria cecinit. Nec
Eudoxũ longe deteriora de Aſcra uulgantẽ. Quonã modo talẽ a Poeta
dici: Fœcundam uitibus Aſcram crederes? Nec illi recte qui pro Arna
Tarnam ſcribũt. Haud enim una Tarna í Boetia commõſtratur: apud
Lydos ſane ſita ẽ. Cuius mẽtionem & Poeta fecit Homerus.
Idomeneus Pheſtũ uita ſpoliauit & armis.
Fabro ortus Boro. Tarnas ueniebat & aruis.
Reliquæ partim Lacum accolũt: uidelicet Alalcomene & Thalphoſiũ.
Partim aũt ſeorſum: Cheronea: Lebadia: Leuctra. De quibus dignum ẽ
meminiſſe: Alalcomenarum Poeta meminit. Sed non in Catalogo Iuno
niſq; Argiuæ & Alalcomeniæ Mineruæ. Vetuſtum nanque templum
Mineruæ habent: eximia ueneratione cultum. Ibique deam natam eſſe
aiunt: ſicut & Argis Iunonẽ. Proinde poetam utranq; per earum patrias
nominatim protuliſſe. Quocirca fortaſſe in Catalogo nullam hoꝝ uiro
rũ mentionẽ fecerat. Qui uiri cum diuinitate donati ſacri eſſent: ab ipſa
í Troiana expeditione miſſi facti erant. Hæc enim ciuitas ipſa ab omni
populatione tuta permãſit: cum nec ampla eſſet: nec loco ſatis uallato: ſe/
pta: ſed in plano iaceret. Incolæ uero cũcti deam pietate placãtes: ab om/
ni uiolẽtia & iniuria reddebãtur illæſi: & proinde ſeſe hoſtes abſtinebãt.
Adeo ut Thebani belligerãtibus aduerſus eos Epigonis urbẽ relinque
re coacti: ad illos confugiſſe dicãtur: & ad Thilphoſium montem muni
tũ: ac ualidum illis incumbẽtem. In quo & fons eſt Tilphoſa: & Tireſiæ
monumẽtũ: ubi profugus diem ſuũ obiit. Cheronea uero iuxta Orcho/
menũ ſita eſt: ubi Amyntæ filius Philippus magno prœlio uictis Athe/
nienſibus & Boetiis & Corithiis: Græciam ſuo ſubiugauit imperio. Illic
autem & eoꝝ qui in pugna cecidere mortaliũ publicũ ſepulchrũ oſten/
ditur. Eiſdemque in locis & Romani Mithridatis copias miliũ plurimo
rum debellauere. Adeo ut præter paucos: qui fuga in naues ſalutem cõ
parariũt. Reliqui aut ferro ceciderint: aut capti in hoſtiũ poteſtate uene/
rint. Lebadea quidem eſt: ubi Trophonii Iouis cõſtructũ eſt oraculum:
hiatus ſubterranei deſcenſum habens. Eo autem deſcendit ſuſcepturus
uaticiniũ. Iacet autem Heliconis & Cheroneæ medium iuxta Coroneã.
Leuctra uero eo in tractu ſunt: ubi Epaminondas Lacedæmonios ingẽti
ſuperans prœlio: eoꝝ calamitatis & cladis iniciũ reppit. Ex eo enĩ tẽpore
Græciæ pricipatũ ultra recuperare nequerũt: quẽ prius adepti tenebãt.
Præſertim poſtea q̃ ſecũdo apud Mãtineã congreſſi: rẽ ifœliciter geſſe/
runt. Vnum tamẽ illis quãq̃ hunc í modum afflictis pmãſit: ut nullorũ
alioꝝ ditioni ſubacti ſint: uſque ad Romãoꝝ iperiũ. A qbus eis habitus
perdurat honor: propter regendæ ciuitatis probitatem. Monſtrať ſane
locus ipſe í uia: quæ ex Plateis ducit ad Theſpias. Deiceps quidem Poe
ta Orchomeniorum memoriam facit. Eos í Catalogo a Boetioꝝ gẽte ſe/
parans. Vocat autem Minyeium Orchomenon a Minyatum natione.
Hic uero colonos quoſdam deductos ad Iolcum ex Minyis dicitur. Vn
de Argonautas Minyas dictos eſſe conſtat. Locupletiſſima autem quon/
dam extitiſſe ciuitas uideť & potentiſſima. Opum quidem teſtis eſt etiã
Homerus. Dinumeratis enim locis opulẽtiſſimis ait nec quanta í Orcho
menõ: Egyptiaſue Thebas aggeritur gaza. Potẽtiæ uero quoniam The
bani Orchomeniis tributa ſoluebãt: & Ergino Orchomenioꝝ Tyrãno:
quẽ ab Hercule extinctum ferunt. Eteocles quidem Orchomeniorum
Rex: qui primis Gratiaꝝ tẽplum extruxit: utriuſque rei & ampliſſimaꝝ
rerum & potentiæ documento eſt. Qui ſiue í accipiẽdis gratiis ſiue í ero
gandis: ſiue in utroque pro uirtutis officio recte peragens has ipſas deas
honoribus extulit. Neceſſe eſt enim eum ad beneficẽtiam: liberalitatẽq;
natura pronum ac inſtitutum fuiſſe: qui ad deaꝝ iſtarum decus ac uene
rationẽ conficiendam tantopere fuerit affectus: ut iſtam iam potentiam
compararit. Verum ad hanc & argenti copia fuerat opus. Qui enim nõ
multa poſſideat: ne multa quidem erogaret. Quique non multa accipiat
ne multa quidem haberet. Sin utrunque contineat: & referendi quidem
beneficii uicem habet. Quod enim exinanitur ſimul atque repletur ad
uſum ac neceſſitatẽ repletum ſemper ẽ. Qui uero præſtat nec recipit:
haud in utranque partẽ recto fungetur officio. Nam eius deſinit muniſi
cẽtia: cũ arca ærariumque defecerit. Ceſſabunt ergo donatores ei: qui tan
tũmodo accipiat nihil contra gratificari paratus. Sic ne una quidẽ ex par
te hic ipſe ſuũ bene nauabit officium. Similia & de potentia dici queũt.
Cæterum abſque communi cunctorum ſermone: quod pecunia pluriõ
in honore ſit mortalibus: iterque res humanas ea feruentiſſime polleat:
idque e ſingulis cõſyderare licet. Reges enim ipſos plurimum poſſe di/
cimus. Ideoque ipſos Dynaſtas ideſt potẽtes nuncupamus. Quoniã quo
uelint populos: aut ui aut ſuaſiõe ꝑducãt. Per munificẽtias igiť maxime
ꝑſuaſos efficiũt. Nõ enĩ orationẽ ſuadere regale: ſed oratoriũ ẽ munus.
Regiã uero ſuaſionẽ tũc appellamus: cũ donatiõibus adducãt ferãtque
quo cupiant. Itaque muneribus exhibendis perſuadẽt. Armoru autẽ co/
piis uiolant: & urgent. Iſta uero ambo pecunia ueneunt: comparanturq;.
Nam ille magnum habet exercitũ: cui & alendi facultas ſuppetit. Et plu/
rimas effundere largitiones is ualet: cui ampliſſima poſſeſſio euenit. Fa/
ma tulit tractũ ipſum q̃ tunc eſt ſubter Copaidem Lacũ ſiccã prius ter/
ram fuiſſe. Et omni agricolatiõis genere ab Orchomeniis cultũ extitiſſe:

qui penes illum habitant. Hoc igit̃ magnaꝝ diuitiaꝝ argumẽta ponũt. Asplidonẽ uero quidam prima dempta syllaba Spedone uocãt. Posteri us Eudeelum sub mutato nomíe: & urbẽ & agrũ dixere: ideſt bono præ ditã crepusculo: ꝓprietatem fortasse matutini crepusculi Clima ipsum ꝓferendo: ipsis incolis conueniẽtis præsertim in hyeme apricando: Dee lon nãq; crepusculum designat. Quod cum duplex sit & diei extremita tes frigidæ: longe ueſptinũ matutino frigidius est: cũ illud nocti ꝓpinq; us intẽtius agat in frigus. Hoc uero ab nocte discedẽs: remissionẽ illius efficiat. Frigoris nanque curatio & medicina fit a sole. In tempore igit̃ ge lidissimo tale fit apricissimũ & Hyberno ĩ rigore cõmodissimũ reddit̃. Stad̃ autẽ .xx. distat ab Orchomeno. In medio aũt fluuius melas labitur. Sup oram uero Orchomeniã Panopeus ciuitas Phocẽsis immíet & Hy ampolis. Quibus cõtermina est ciuitas Hopus: Locroꝝ Epicmeniorum Metropolis. Scriptis sane est ꝓditũ Orchomenum supioribus ãnis cam pestri in regione habitatũ. Stagnantibus inde aquis ad Acontium mõtẽ denuo ædificatũ. Latius enĩ patet ad stad̃. lx. usq; ad Parapotamios Pho cidis. Historici quidẽ tradidere Ponti inq̃linos Achæos nominatos: Or chomenioꝝ esse colonos cum Ialmeno duce post Troiæ captiuitatẽ: eã in regionẽ actos erroribus. Est etiã ad Carystum Orchomenus alter. Be ne enim talẽ nobis subiecere materiam: q̃ de nauibus scripta reliquere: quos sequimur quũ ꝓprie materiæ nostræ cõducẽtia ꝓtulere. Post Boe tiam aũt & Orchomenũ: Phocis adest Boetiæ apposita: ĩ Aquilonẽ simi liter a mari ad mare: tẽpore utique pristino Daphnũtem enim aliquãdo terræ Locrensis fuisse constat: Locrẽsem ĩ duo tractũ scindẽtem. Is sinus ipsius Opuntii: & Littoris Epicmenioꝝ medius cõstitutus ẽ. Nũc ipsa Locroꝝ ora est. Cæteꝝ urbs tenuis sane solo æquata: dirutaq; iacet. Itaq; Phocis non amplius usq; ad Euboicũ pelagus ꝓtinere uideť. Crisseo aũt cõtigua ẽ sinui. Crissa enĩ ipsa Phocidis ẽ ad ipsum sita Pelagus: & Cir rha & Anticyra. Et aliæ sup eas ímediterraneæ frequẽtes oræ ad Parnasũ spectantes. Delphi q̃dẽ: & Cirphis & Daulis: & Parnasus ipse q̃ & Phoci dis ẽ: & occiduũ latus terminãs. Quo aũt mõ Boetiæ Phocis accũbit: eo & Locris utriq; Phocidi. Duplex nãq; ẽ a Parnaso partita bifariam. Alte ra quidem ab occidua ꝓte Parnaso accumbens: & eius depascens portio nem. Ad Crisseum uero sinum ꝓtinens altera: in Orientem ad Euboicũ finita pelagus. Vocãt̃ aũt hi q̃dẽ occidui Locri & Ozole. Habẽt etiã ĩ si gnatorio ciuitatis ãnulo stellã ísculptã Hesꝑum. Reliq; itẽ: & ipsi biptito quodammodo diuisi. Hi q̃dẽ Opontii ab primaria illoꝝ ciuitate Metro poli Phocẽsibus: & Boetiis finitimi. Hi aũt Epicnemidii a mõte Cnemi de: Oeteos atque Malienses attingentes. Inter hos autẽ ambos: occiduos inq̃ & alteros: medius sese Parnasus attulit: ĩ Aquilonem prolixus: & ab locis Delphicis usque ad Oeteos montes: Etolioique in unum coeuntes: Dorienseſq; inter medios. Rursus sicuti Locris ipsa existentes Phocensi bus apponit̃: sic cum Etolia & quibusdam intermediis: Dorica tetra poli utriq; Locridi & Parnaso & Doriẽsibus. Super istos Etoloꝝ pars ad Arcton uergẽtes: & Acarnanes e natione Epirotica & Macedonica inui cem mutuo distantes: sicuti fascias quasdã (quod antea diximus) ab occi dẽte ꝓductas ad Septẽtriões ítelligere prædictas ꝓlagas. Vniuersus aũt Parnasus consecratus existit: & antra & alia loca: honore & sanctitate di gna continẽs. E quibus celeberrimum & formosissimum extat Coryciũ Nympharum antrum: eodẽ quo & Ciliciũ nomine nuncupatum. E Par nasi uero lateribus: unum pascuntur Locri: & Ozole & Doriẽsium pars: & Etoli iuxta Coruum. Sic enim montem Etolium appellãt. Altero fru unt̃ Phocẽses: & Dorienses maiori ex ꝓte: qui Tetrapolin habẽt: Parna so appositam. Magis autem orientis ꝓtibus adhærentem. Ipsa igit̃ in lõ gum latera: & fasciæ locoꝝ prædictoꝝ in lõgitudinem tẽdũt: una in Bo reã spectãs altera ĩ occasum. Aliæ occiduæ haud pares sunt orientalibus. Nec ripa utraq; & sinus Crissei usque ad Aquilonarem: & altera contra Euboeam usq; parallele inter se sunt: in qua gẽtes. Cæteꝝ sic accipi endæ sunt talium locoꝝ figuræ: sicut in triangulo. Lineaꝝ plurũ. Ipsa enim parallela inter se erunt: & latera parallela habebunt. Istæ quidem igit̃ integer Typus ac forma est: reliqui deiceps de situ tra ctus. Singula dehinc ordinatim exponamus: suscipiẽtes a Phocide prici piũ. In hac aũt duæ clarissimæ ciuitates eminẽt: Delphi & Elatea. Delphi quidem ꝓpter tẽplũ Apollinis Pythii: & oraculũ uetustate insigne. Siq; dẽ Agamemnonẽ ab illo respõsum petisse: memoriæ poeta ꝓdidit. Nã que Citharedus Vlyxis & regis Pelidæ rixam decantans ítroducitur.

Iurgia Pelides: Ithacusq; tulere feroces
Rexque Agamemno uiꝝ captabat gaudia mẽte.
Hoc sibi consiliũ cecinit nam Phœbus Apollo:
Pythius ex adito.

Ob hæc quidem Delphi celebres. Elateã uero cũctaꝝ eo in tractu ciuita tum ampliſſimam: & oportunissimo esse in loco sitam: patet cum in an guſtiis emineat. Et qui ea potitus sit in agrum Phocensem atq; Boetiũ ĩ cursiones commode faciat. Rupes enim instant Oeteæ primum. Deide Locrenses & Phocenses ícursantibus sane e E Thessalia exercitibus nus q̃ faciles aditus. Sed ingressus angustos quidem habet: intra terminos lo catos: quos finibus adiacentes urbes tutantur. Quibus ĩ hostiũ potestatẽ redactis: & transitus occupari contigit: quandoquidem Delphici templi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſplendor honore præcellit. Sic & loci ſitus natura ipſa principatum præ
ſe fert. Hæc enim ſũt Phocidis ptes: ī occaſum maxime uergentes: & ab
his ſumẽdũ ẽ initiũ Dictũ ẽ ut Parnaſus uſq; ad occiduos Phocidis mõ/
tes locatus ſit. Eius latus ī occaſum proſpectans Locri & Ozole poſſidẽt.
Auſtrale uero Delphi. Locus ſane petroſus: ſpectaculi formã habens. In
eius cacumĩe tẽplũ ſurgit & oppidũ: in circuitu ſtadia. vi. ac. x. cõplectẽs.
Supra illud Lycorica ſita eſt. Quo ī loco ãtiquitus Delphi ſupra tẽplum
cõſiſtebãt. Hoc aũt tẽpore circa ipſum affines caſtaliæ fontis ſua locarũt
domicilia. Ante urbẽ aũt Cirphis ex Auſtrali pte præiacet Rupes ſane
prærupta fundoſam relinquẽs uallẽ: p quã plurimus amnis diſpgit. At
ſub Cirphin Rupẽ urbs uetuſta iacet Cyrrha ad mare locata. Ab ea ici/
pit ad Delphos aſcenſio: ſtadia fere. lxxx. E regione uero Sicyonis poſita
eſt. Ante Cyrrham aũt Criſſea planicies iacet: fertilitate fœlix. Porro alia
rurſũ ciuitas adeſt Cryſſa: quæ ſinui Criſſeo uocabulũ præbuit: poſtea
Anticyra. Quo nomine & alia ẽ ad ſinũ iacẽs Maliacũ: & Oetã mõtem.
Illic Elleboꝝ ſeu Veratrũ urbanũ naſci uulgãt. Hic aũt optime præpara
tur. Quocirca frequẽtes huc aduenæ cõfluunt: purgatiõis & curatiõis er/
go: & enim ī Laconica pharmacũ naſci quoddã: Seſamoꝝ ſemini perq̃ſi
mile cui pmixtũ præparãt Oeteũ Elleborum. Hæc quidẽ manet adhuc.
At Cyrrha Criſſaque diruptæ iacẽt. Illa qdẽ prius ad ſinũ Criſſeũ. Criſ
ſa uero poſtea ſub Eurilocho Theſſalo Criſſei belli tẽporibus. Criſſei ſi
quidẽ cũ ſecũdis rebus floreret: ppter Siculoꝝ & Italoꝝ uectigalia: acer/
be ab his qui oraculũ peterẽt: exigebãt cõtra Amphictyonũ edicta. Hæc
eadẽ ſane Amphiſſeis aduerſa uenerũt. Hi Locroꝝ Ozolaꝝ iuris ſũt. Iſti
enim aduẽtantes rapata Criſſa: cãpum ab Amphictyonibus conſecratũ
denuò arare & ſerera cœpunt. Et ī hoſpites externos maiorẽ q̃ olim Criſ
ſei exercuere ſæuitiã. Quocirca eos Amphictyones pœnas dare cogẽtes:
deo ipſi gratiã reddiderũt. Hac itaq; tẽpeſtate neglectui datur non nihil
oraculũ: ſupioribus ãnis excellẽtiſſimo ī honore habitũ. Documẽto ſunt
Theſauri: quos populi potẽteſq; prĩcipes ibidẽ cõſtruxerũt: ad quos cõ
ſecratas offerebãt pecunias. Nec minus artificũ præſtãtiſſimoꝝ opera: &
ludi Pythici illic decertati: & ĩnumerabilia tot & cõmendata ſcriptis ora
cula. Autores certi memorãt diuinũ ipſum domiciliũ: pfundã & curuã
eſſe ſpeluncã: nõ admodũ lato ore patentẽ. Vnde aurã quidẽ referri ſa/
cro efflante numine. Excelſum aũt oſtio ĩminere tripodẽ: quẽ cũ Pythia
uates inſcẽderit hauſto diuinationis ſpiritu: dei reſpõſa referre: & metro
& oratione ſoluta. Hæc uero poetas quoſdam templi miniſtros ī uerſus
intẽdere. At Phemonoem primam diuinantẽ Pythiã fuiſſe ferũt. Sic &
enim uatẽ ipſam uocaram. Vrbis quoq; uocabulum ab Pytheſche: ideſt

interrogare: audire: diſcere: inclinatũ eſſe: priore pducta Syllaba: ut im/
mortalis & indefeſſa miniſtra foret. Hæc igit in ædificandis urbibus &
uenerandis templis communibus fuerat intentio. Et enim conuenientes
in unum ciuitates: genteſque natura in commune congregabiles: mutue
utilitati pariter ſeruirent: & ad cõmunia ſacra cõcurrerent. Hiſce de cau
ſis & dies feſtos agebant: & conuentus frequentes cælebrabant. Omnia
enim hæc ad conciliandos amore homines tẽdunt. Incipe primum a ſo/
dalibus & ſacroꝝ ſotiis & contectaneis. Quo autem maior conuẽtus &
ex pluribus aduẽtaret: eo maior putabat utilitas. Huic igitur templo ho
nor euenit amplior propter oraculum: quãdo mĩus aliis omnibus fallax
extitiſſe uideatur. Etiã quippiam ipſe loci ſitus addidit. In medio nanque
uniuerſæ quodãmodo Græciæ: & intra & extra Iſthmum: immo & totius
orbis conſiſtere uidebat. Vnde & telluris umbilicum appellabãt. Fabu/
lam addẽtes quã refert Pindarus: confingẽs ab Ioue duas dimiſſas aqui/
las in hoc coiſſe loco: unam ab ortu reliquam ab occaſu. Quidã autẽ di/
xere coruos. Cæteꝝ quiſpiam in templo monſtrat umbilicus: pendenti/
bus ornatus uitiis: cui duæ fabulæ argumẽto incũbãt imagines aquilaꝝ.
Cum huiuſmodi ſane cõmoditas Delphis adeſſet: eo facile cõueniebãt
præcipue finitimi. Ipſũ etiã ex iis Amphictyonicũ conſtitutum erat con
cilium: & de rebus publicis conſultuꝝ: deque templo cõmunioꝝ curã
ac diligẽtiã habiturum: cum tãtum pecuniarum: tanq̃ ſacra munera mĩ/
ta: & in templo locata iacerent. Quibus ingenti uenerationẽ opus foret
atque cuſtodia. Verumenimuero antiqua illa quidem incognita in ob/
ſcuro iacẽt. Inter eos qui memoria celebrati ſunt. Acryſius uero primus
eorum qui memorãtur Amphictyonas iſtituiſſe putatur & ciuitates de/
creuiſſe: quæ in concilium cõmuniter accederent: & cuilibet dediſſe ſuf/
fragium. Huic quidem per ſe. Illi uero cum aliis ſiue cũ pluribus. Decla
raſſe etiam Amphictyonum iuriſditiones quot ciuitatibus contra ciuita
tes forent Poſterius autem aliæ complures factæ ſũt inſtitutiones: donec
& hæc ipſa deſtructa eſt ordinatio ſicut & Achæorum ſtatus. Primo q/
dem igitur duodecim conueniſſe dicuntur ciuitates: ſingulæque bis in
anno ad concilium Pylagoram mittebant. Sic enim legatum illũ uocabãt
Veris initio & Autumni. Poſtea uero plures conuenere ciuitates Con/
uentum autem illum uel Synodum Pyleam nuncupabant. Vernam
ſcilicet & Autumnalem quoniam ad Pylas congregebãtur: ideſt ad por/
tas quas etiam Thermopylas dicunt. Cereri autẽ pylagoræ immolabãt.
Initio quidem & hæc & oraculum iis communia erant qui prope habita
rent: poſterius etiam ii qui procul diſtabant proficiſcebantur: & oracu/
lo utebantur: & dona mittebant: theſauroſque paratos locabant: ſicuti

Croesus eiusque pater Alyates:& Italoꝝ plerique ac Siculi. Cũque inuidiosæ sint diuitiæ:laboriosa est eaꝝ custodia:etiam si cuipiam numini attributæ:consecratæque fuerint.Hodie profecto summa ĩ mẽdicitate delphicum est oraculum:ꝓpter opes autẽ ipsas dona ipsa sacra partim ĩtercepta fuere partim magno in numero permanent.Verum prioribus sæculis tẽplum ipsum erat opulentissimum. Vel Homero testificante.

οὐδ᾽ ὅσσα λαϊνόσ ὀυδοσ ἀφήτοροσ ἔντοσ ἔεργει.
φοίβου ἀπόλλωνοσ πυθοι ἔνιπε τριέστη.

Nec quot marmorea Phoebi delubra caperẽt Vaticani uates seruat:quẽ Pythia in rupe quem ab ædẽdis oraculis Aphetorẽ dicũt:thesauros manifestant: & tot repositaꝝ opum acerui: & tanta a Phocensibus patrata diuinoꝝ uasoꝝ populatio. Vnde Phocense sacrumque(ita enim uocãt) bellum exarsit.Hæc quidẽ direptio Philippi Amyntæ filii ætate patrata fuerat.Aliam rentur antiquã fuisse:quæ decantate ab Homero immensæ illæ opes fuerãt exportatæ. Nã apud posteros:ne uestigiũ quidẽ ullũ illaꝝ seruari cernimus:cum Onomarchus & Phaylus templum ipsum diripuerunt. Sic enim alia ab illo ꝓditum ẽ memoriæ nouiora illis esse dona:opusque genera:recondita enim sũt ĩ thesauris ex hostilibus capta spoliis:deoque oblatis:titulos seruantia & offerentium ĩscripta nomina: ut Gygæ & Croesi:& Cybaritaꝝ & Spinetaꝝ Adriæ ĩcolaꝝ:& sic de reliquis dona ac prisce ĩ unum commixtæ sunt diuitiæ. Alia quoque loca significant quæ uiri isti ex illis adornarunt.Sunt qui Aphetorẽ thesauꝝ dici approbent:& Aphetoris limen:defossos ĩ templo thesauros sub terra opesque depositas asserant.Conatũque Onomarchum noctu thesauros illos effodere.Magnis quidem in terra factis terræmotibus:extra tẽplum euolasse:& effossioni finem ĩposuisse.Aliis etiam ne talia tentarẽt pauorẽ incussisse, in fabulaꝝ ordine ponemus.Secundum autẽ Agamedes & Triphonii opus esse aiũt.Verum quæ nunc extant Amphictyones instituerunt. Ostẽditur uero ĩ tẽplo Neoptolemi tumulus:qui iubente oraculo constructus est: cum uir delphicus Machereus mactasset illũ. Petebat enim deus(ut fabulæ tradunt)paternæ cædis supplicium. Vt autem simile ueri est templum inuasisse commotus est. At Macherei prognatus extitisse fert Branchus: delubri in Didymis præsul Agonem quidem in Delphis: priscum illũ citharedorum instituerunt:deo pæana canentium.Hunc autem Delphi Crisseo finito bello posuere.At porro Amphictyones:equestre certamẽ & gymnicũ in Eurylocho ordinauere: coronaꝝ quẽ pythia uocauerunt. At citharedos tibicines ac fidicines citharistasq; adiunxerũt: sine carmine modulationes aliquas reddituros quod pythicus ritus uocat.Quinque uero eius generis particulæ sũt:Anacrusis:Ampera:Cataceleusinus:Ĩbi & Dactyli Syriges.Modulatus est autẽ Thimosthenes secũdi Ptolemæi classis præfectus:qui de portubus decẽ uolumina cõposuit.Vult autem Apollineũ agonẽ aduersus draconẽ depugnatũ: diuinis efferre cãtando laudibus.Anaceusin quidẽ præludiũ esse demõstrãs. Amperã autẽ primã certãdi experiẽtiã Cataceleusinũ certamẽ ipsũ.Iambũ autẽ ac Dactylum cãtũ pæanẽ: qui talibus efficit rhithinis uictoriæ gratia:e qbus alter hymnis ẽ ꝓprius.Ĩabus autẽ obloquiis: ũde Ĩabici Syriges uero beluæ deficiẽtis lãgorẽ imitãtes ac efficiẽtes:perĩde ac ad extrema cõuertat sese moriẽtis sibila.Cæterũ Ephorus quo plurimũ ad hæc tractanda utimur ꝓpter hominis diligẽtiã : quẽadmodũ & de illo testis ẽ Polybius uir dignitatis eximiæ: cõtraria mihi facere uidet ĩterdũ ita electione istituẽs: & ab exordiis pollicẽs.Itaq; scriptores historiarũ ĩcrepãs q; fabulas studiose scriptis ĩserãt:& ueritatẽ laudibus exornãs:ad ipsius oraculi sermonẽ honestã quãdã adiũgit ꝓmissionẽ:quod ubiq; sane ueritatẽ maximi æstimat:præsertim ad hãc ipsã materiã.Absurdũ enĩ ẽ inquit:si reliquis ĩrebus talẽ sectamur:ueritatisque modũ iquirimus. Cũ autẽ de ipso loquimur oraculo:quod super oĩa uerissimũ ẽ: adeo incredibilibus & mẽdacibus utimur uerbis.His autẽ dictis cõtinuo subifert:q; Phœbus & Themis nostro generi utilitatẽ afferre cupiẽtes:oraculũ cõparare decreuerũt. Subinde cõmoditatẽ eloquit: cũ ad mãsuetudinẽ uitæ prouocabat:morescq; castigabat .Nõnullis respõsa proloquẽs: quædã per edicta mãdãs. Aliqua omnino prohibẽs:plerosque ne ullo quidẽ admittẽs pacto.Hæc autẽ alii dispositum illũ rentur inquit:cum deus ipse corporis assumpsit imaginẽ Alii autẽ cũ suæ uoluntatis mẽtem cognitionẽque mortalibus tradidit.De ipsis deĩde dicere delphis ĩgressus:qnã forẽt explicat:antiqs tẽporibus quosdam extitisse Parnasios autochthonas uocitatos ideſt indigenas:& Aborigenes Parnasũ colentes.Quo quidẽ in tẽpore Apolliem in terras aduentãtẽ mãsuefeciſſe homines e siluestribus fluctibus:& minuti uiuẽdi ritu Athenas egressũ:adisse delphos: eam per uiã qua nunc Atheniẽsis populus Pythiadẽ supplicationẽ cũ pompa præmittit:ad Panopeã deinde cõsistentẽ urbem. Tityũ clade affecisse eius loci Tyrãnũ. Virũ profectũ uiolẽtũ ac flagitiosum. Postea cõiũctos illi Parnasios:alio nũtiasse hominẽ esse nomine.Pythonẽ ac cognomine draconẽ:quo sane sagittis debellato: ĩteradhorrãdũ hie pæanclamitasse : unde cõsuetudinẽ traditã. Vt qui cõsecuturi sũt aciẽ:sic Pæanis celebrationẽ clamitẽt. Pythonis uero tabernaculũ sic incẽdio tũc a Delphis assumptũ . Sicuti nũc quoque ac semper rerũ ea ætate gestarũ:perpetuam adhuc recordationẽ ac monumẽtum factitãtibus. Quid aũt fabulosius fieri posset q̃ sagittas

mittens Apollo & Tityos. Pythonaſque mactãs: & ex Athenis delphos iter faciens: & terram uniuerſam permeans: q; ſi hæc minime fabulamẽta eſſe putabant: quid oportebat themni ĩ fabulis celebratam fœminam uocari fabuloſumq; draconem hominem: niſi ſi uoluit hiſtoriæ fabulæque locos in unum confuſos conturbare. Idem etiam his ſimilia de Aetolis protulit. Nam cum præfatus ſit: eos omni tempore ĩuictos nunq̃que depopulatos: quandoque Aetoliam Aeoles coluiſſe erectis regiõis occupatoribus barbaris: quandoque Aetolum cum Epeis ex Elide profectis. Hos autem mutuis uicibus ab hoſtibus. Iſtos ab Alcmeone ac Diomede. Sed ad Phocenſes reuocet oratio. Initio enim in ripa poſt Anticyram Marathus parua ſubeſt urbs. Secundum eam inde Pharygium promõtorium cum ſtatiõe. Deinde portus nouiſſimus receſſus: quia ſic illi obtigit appellatus ſub Helicone & ſub Aſcra iacẽs. Abe quoque nõ longe abſunt ab his locis oraculum: neque Ambryſus quæ idem quod Boetia nomen tenet. In mediterranea uero ſecundum delphos pauliſper ad orientem Daulis eſt oppidulum. Vbi Tereum thracem potentatum tenuiſſe aiunt: quæque de philomela & progne fabulis uulgata ſunt: eo in loco patrata memorãt. Verum Thucydides ad Megara ſcribit. Loco autem nomen a denſitate arbuſtorũ inditum eſt: cum Daulos denſos appellãt. Homerus quidem Daulida dixit: poſteri uero Dauliam. Illud uero qui Cypariſſon habent: duobus accipiendum eſt modis. Nam ſecundum alios nomen accepit ab arbore. Aliis autem placet a uico ad Lycoream iacente Panopeus ſane olim: nunc uero Phanoteus uicinus Lebadiæ locis Epæi patria: quæ de Tityo tradita ſunt fabulis: hic geſta feruntur. Homerus quidem refert ut Pheaces Rhadamantum ĩ Euboeã deduxerunt: ut Tityum expectaret telluris filium: & ſpeluncam Elea etiam ab Elara Tityi matre nominatam. Monſtratur etiam per Inſulam Tityi ſacellum cui honores quidem redduntur iuxta Lebadiam Trachin quoque eſt ciuitas Theteæ nomine ſimilis Phocenſi exigua ſane: eius ciues Trachinii uocantur. At Anemorea ab continenti nomen aſſequitur. Locus enim Catopterius uentoſas in illam trudit procellas: præceps quidã a Parnaſo proueniens. Hic autem mons delphorum & Phocenſium terminus erat. Qua tempeſtate Lacedæmõii Delphos a Phocenſium ſotietate diſiunxerant: & per ſe rem ſuam urbanam agitare permiſerunt. Eam plerique uocant Anemoleam: deinde Hyampolis a nonnullis appellat. In quã e Boetia Hyantes profugi ſeſe receperunt. Ipſa maxime in mediterranea eſt Parapotamiorum uicina: diuerſa ab ea quæ in Parnaſo Hyampolia nũcupat. Elatia itẽ inter Phocẽſes urbes ãpliſſima: Homero fuit prorſus ignota. Citra enĩ illius ætatẽ noua condita oportuno profecto ſita eſt loco: aduerſum maritimas incurſiones. Eius ingenium Demoſthenes ĩdicat & opportuitatẽ: repẽtiũ cõmemorãs tumulũ Athẽis exortum. Poſtq̃ a Prytanibus Elateam captã fuiſſe denunciatũ eſt. Sũt autẽ Parapotamii ideſt affines fluuio. Pagus quidem penes Cephyſſum habitans Phanotenſibus uicinus & Cheronenſibus: & Elateæ. Theopõpus autẽ aſſerit: hunc locũ ab Cheronea ad ſtadia quadraginta diſtare & diſterminare Ambryſenſes & Panopẽſes & Dauliẽſes. Iacere autẽ ĩ ipſo ĩgreſſu e Boetia in colle ſatis alto iter Parnaſum & mõtẽ. Abeſſe aũt p ſtadia quinque ab terminis: Diuidereque Cephyſſum dantẽ anguſtũ utrinq; tramitem: principiũ quidẽ e Lilea captantẽ: Phocẽſi urbe (ſicut inquit Homerus. Et qui Cephyſſi ,p fonte Lilean habebant. Copaidẽ uero is Lacũ ingredit. Daulium ſane ad ſtadia ſexaginta ,ptẽdit uſque ad Hyphanteũ: cui ĩcumbit Orchomenus. Heſiodus quidem amplius de flumine earũ ,pducit: & eius fluxu ut totam ,plabat Phocẽſem orã: ſeſe ſerpẽtis iſtar ĩ torquẽs: utque pene Panopidẽ: Gechonẽque munitã: & ,p Orchomenũ ſe circũflectat. Anguſtiæ uero iuxta Porapotamios pugnam concitarũt. Quam Parapotamiã nũcupãt. Dicit enim utroque modo: & hũc unum quem habebant ĩgreſſum. Eſt & Cephyſſus Phocenſis & Atheniẽſis & Salaminius: quartus quintuſq; Sicyone & in Schyro: ſextus in argo ducens originem e Lyrcio. In Apollonia uero uicina Epidamno ideſt Dyrachio fons ẽ circa Gymnaſium quẽ Cephyſſum uocitarit. Daphnus quoque cum olim Phocẽſis eſſet urbs: diruta iacet hoc tempore Euboicum attingẽs mare: diuidẽs Epicnemides Locros. Hos quidẽ ĩ Boetiã. Illos uero ĩ Plocidẽ a mari pertinẽtes. Quippe ſignũ eſt q; in ea ſacellũ ẽ Schedieũ quod Schedii ſepulchrũ eſſe memorãt. Ad utranque partẽ Locrenſem agrũ. Satis de Phocide a nobis dictum eſt. Deinde Locridis ora ſubeſt ordine. Ideo de ipſa dicere aggrediamur: ea duas in plagas diuiditur. Vna quidẽ Locroꝝ eſt ĩ Euboeã uergentiũ: qui ad utrũque Daphnuntis urbis latus diſcindũtur. Vocabant autem uni quidem Opuntii a ciuitate Metropoli. Alteri uero Epicnemedii a Cnemede monte. Reliqua ĩ occaſum ſpectans occiduoꝝ Locroꝝ appellat: qui iidẽ & Ozolæ nominantur: eos diſtinguit ab Opuntiis & Epicnemidiis: & Parnaſus ĩtermedius: & Doriẽſium Tetrapolis. Exordiamur igit ab Opuntiis. Secũdũ urbes quidẽ alias in quas Boetiũ littus terminat e regiõe Euboæ ſinũ iacere cõtingit Opuntiũ. Opũtem autẽ Metrapolim eſſe cõſtat: ſicut illud ĩdicat epigramma quod prima quique colũnarum ad Thermopylas ĩſcriptũ habet penes Polyandriũ: ideſt publicũ ſepulchrũ. Sic autem ſe habet.

Quos pro ſe ĩ Medos moriẽtes Græcia uidit.
Vrbs pia Locrorum nũc mater Opũtia claudit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ea uero abeſt a mari circa ſtadia quindecim. A Peneo autem ſexaginta. Cynus qdem eſt Emporium & ꝓmõtorium Opuntiũ terminãs ſinum ſtadia circiter quadragĩta. Inter Cynum uero & Opuntẽ fertilis iacet pla nicies: ad Aedepſum Euboeæ uergẽs: Vbi Herculis balnea ſũt. Intercur rit autem fretũ ſtadia centũ & ſexaginta. Enimuero Deucalion Cynum habitabat (ut dicit) ubi & Pyrræ tumulus oſtẽditur. Deucalionis autem Athenis. Abeſt autem Cynus a mõte Cnemede ad ſtadia quinquagĩta. Et Atalanta ſane Inſula locata eſt in Opuntẽ: eodẽ nomine qua altera cõ tra Atticã ſita. Quinetiã quoſdam in Elaea ora Opuntios fama eſt eſſe: q digni nõ ſũt de quibus uerba fiãt: niſi ꝙ cognationẽ quãdam renouant. Quæ illis cũ Opuntiis exiſtit. Cæterꝝ ex Opuntia terra natũ eſſe Patro/ clum teſtat Homerus: qui cum cædẽ patraſſet inuitus fuga ſe ſubtraxit ad Peleũ. Menoetius uero eius pater manſit ĩ patria. At enim Achilles ſe Menoetio pollicitũ: ut cũ ex ea expeditione reuertiſſet ſe illum in patriã reducturũ. Verꝝ nõ ille ſed Aiax Locrus Opuntiorꝝ regnum obtinebat: quẽ a patria Aryco genitũ ferunt. Eanen uero uocatum fuiſſe eũ dicunt quẽ Patroclus ĩteremit: a quo & Sacellũ Eaniũ: & Eanidẽ fontẽ oſtẽdũt nominatũ. Poſt Cynũ ſane deinceps Alope ſita eſt & Daphnus: quẽ di/ rutũ ante diximus. Ibidẽ portus eſt a Cyno nonaginta diſtãs ſtadia. Ab Elatea uero ſi terræſtre iter ſubeas ĩ mediterraneã centũ ac uiginti. Iã ue ro iſta ſinus Maliaci ſunt. Nã poſt ſinum Opũtiũ hic ipſe contiguus eſt. Ac ſecundũ Daphnũtem Cnemedes ſũt: locus munitus ad ſtadia uigin ti ſiquis nauiget In quẽ ex Euboea Cenæum eſt regione conſiſtit ꝓmon toriũ ĩ occidẽtem ſpectãs: ſinũque Maliacũ freto diſiunctũ ſtadia ferme uiginti. Hæc autem iam Locrorꝝ ſunt Epicnemediorꝝ. Hoc in tractu tres ꝓminent Inſulæ Lichades a Licha nomen aſſecutæ. In iã dicto pelago & aliæ quidẽ Inſulæ ſunt: quas libẽtes omittimus Cæterꝝ poſt ſtadia uigĩti a Cnemedibus portus occurrit. Supra illum uero totidẽ ſtadiis Thro/ nium iacet in mediterranea. Dehinc Boagrius amnis effundit Throniũ præterlabẽs. Manem autẽ eũ nuncupãt. Eſt aũt torrens ut ĩterdũ ne tin/ ctis quidem ingrediare pedibus. Quandoque uero ad bina late fundat iugera. Secundũ hæc quidẽ Scarphæa iacet ſuperius: a mari ſtadiis decẽ Ab Thronio uero trigĩta procul abſens. Poſtea uero Nicea ẽ ac Ther/ mopyle paulo pauciorĩbus. Aliarꝝ ꝓfecto urbium memoriam facere in/ dignum eſt. niſi quas Homerus meminit. Calliarus deſerta liquitur. De hinc cãpus nomĩe Beſſa ideſt arbuſtis refertus locus. Quem ſic ideo uo/ cari contingit: quia ſiluis eſt obſitus: geminoque ſſ ſcribẽdum eſt. Simili ter & Nape ideſt collis arboribus circũdatus in Metymnæ campo: quẽ Hellanicus ignorans Lapen nominat. Populus uero ſiue tribus Attici agri Beſa unico ſ ſcribit. A qua Beſeenſes tribules dicũtur. Scharpha q dem in excelſo ſita lõge ſtadiis uiginti diſtãs: agrũ & frugibus feracem: & arboribus conſitũ habet. Sic & iſta a frequẽtia & dẽſitate dicit: hodie Pharygæ uocãt. Ibidem uero Iunonis Pharygaeæ phanũ locatũ ẽ a Pha rygis in Argiua terra. Nam & Argiuorꝝ Colonia dicit. Occidentaliũ q/ dem Locrorꝝ non utique mentionẽ fecit Homerus. Aut non apertis qui dem uerbis: ſed tãtũ ut illos pro iſtis breuiter uideat attingere. De qbus nos locris diximus: qui trans Euboeam ſacrã incolunt: perinde ac etiam alii exiſtãt. Hi ſane ciuitates habuerũt Amphiſſam & Naupactũ. Quarꝝ quidẽ Naupactus prope Antirrhium permanet. Nomenque inde acce/ pit a Pangendis ideſt conſtruẽdis nauibus. Siue illic Heraclide claſſem compegerũt. Siue loca prius cõpararũt: ut ſcribit Ephorus. Ea uero nũc Aetolis ſubiungitur. Sic adiudicante Philippo. Ibi & Chalcis eſt de qua memoriam poeta egit. Cũ Aetolas dinumerat paululũ ſubter Calydo/ nem: ibi ẽ etiam collis Taphoſſus. In quo Neſi & aliorꝝ Cẽtaurorꝝ tumu lus locatus cernit: e quorꝝ tabo deterrimus odor: ſub montis radice pro/ fundit: & humor croſſioribus guttam manat. Quã quidẽ ob cauſam gẽ tem illam Ozolas ideſt odoris mali uocari. Adeſt & Molycraea Antir/ rhio: Aetolorꝝ oppidulũ Amphiſſa ſane ad Criſſei cãpi uertices poſita ẽ. Eã Aphictryones deſtruxerũt: ſicut iã expoſuimus: Epoliũ Locris. To ta uero Locrenſis nauigatio paulo ſtadiis ducentis maior extẽdit. Alapẽ item urbẽ & hac in parte: & in Epicnemediis & Phthiotis nominant. Eni uero ab Epicnemediis horũ deducta Colonia: & ab his Zephyrii diriua ti. Cæterꝝ Locris occiduis contigui ſũt Aetoli. Sicut Epicnemediis Aeni anes: qui hanc obtinẽt. Medii autem ſũt Dorienſes. Hi ſũt qui quidem tetrapolin moenibus uallarũt: quã Doricæ nationis Metropolin eſſe aſſe runt. Vrbes autem obtinebãt. Erineũ: Boium: Pindũ: Cytiniũ. Imminet autẽ Pindus Erineo: iuxta quã cognominis illi fluuius decurrit ĩ Cephiſ ſum exonerans nõ magno a Lilea interuallo. Pindũ autẽ uocãt Acyphã/ tẽ aliqui. Eorꝝ Rex Aepalius cũ e regno fuiſſet expulſus: Herculis ope atque opera reſtitutus eſt: uti ſcriptores ꝓdiderũt. In cuius beneficii me/ moriã: ei iam rebus humanis circa Oetã defuncto gratiã reddidit. Quip pe Hylũ inter eius filios natu maiorẽ adoptauit. Iſqꝫ regni ſucceſſionem ſuſcepit: & nati natorꝝ: & qui ab eo progeniti fuere. Hic ĩ Pelopõneſum redeuntibus Heraclidis primus fuit impetus. Interea urbes ipſæ ſuam non mediocrẽ obtinuere dignitatẽ: licet & exiles & agro fertiles forẽt: po ſterius neglectui datæ ſũt. Cæterum ĩ Phocenſi bello: regnoqꝫ Macedo/ nico & Aetolorꝝ: Athamanũqꝫ potentatu ſic actũ ẽ: ut eorꝝ ueſtigium ad Romanorꝝ ĩperiũ pueniſſe dictu ſit mirabile Hæc eadẽ Eneanes quoqꝫ

passi sunt. Istos enim Aetoli & Athamanes extinxerunt. Aetoli enim cū Acarnanibus belligerantes: & magnā adepti potētiam. Athamanes uero Epirotarū postremi ad dignitatis fastigium deducti. Cæteris iā ob res fractas desperatis. Cūq; Amynta rege igentē adepti potentiā. Hi uero Oetam montē possidebant. Mōs ipse ab oriente ac Thermopylis i occidentē usq; i sinū Ambraciū extendit. Quodā etiam modo per lineas rectas mōs ille montanam scindit regionē: a Parnaso usq; Pindū Barbarisque supraiacētibus. Istius pars una uergēs i Thermopylas Oeta uocat: lōgitudinis ad stadia triginta Asperitatis & celsitudinis nō mediocris. Lōge aūt excellētissimus ad Thermopylarū tractū. Ibi enim cacumē attollit: & i rupes acutas præruptas præcipitesq; finit. Paruūq; & āgustū uiatoribus: a littore Locros petētibus: & ex Thessalia derelīqt trālitū. Ipsū qdē transitū Pylas idest portus & angustias uocitant atq; Thermopylas. Sūt enim ibi prope Thermæ idest calidæ aque magno in honore: uti Herculi consecratæ. Supra sinus ē mons quē Callidromū appellāt. Attamē aliqui etiā reliquū per Etoliam Acarnaniāq; usq; sinum Ambraciū ꝓgredientē Callidromū nomināt. Ad Thermopylas sane intra angustias castella sunt. Necaea quidē ad Locrorū mare. At Tichius & Heraclea supillā quæ prius Trachin uocabat: ab Lacedæmoniis cōdita. Ab ātiqua uero Thracide stadiis circiter sex distat Heraclea. Deinceps Rhodūtia est locus sane munitus. Hæc autē loca tū ab asperitate: tum aquarū abundātia redduntur ad icursandū difficilia propter fauces uallīū: quas ꝑbunt. Quoniā præter Sperchiū: q Anticirrhā præterfluit: etiā Olyras adest q (ut fert) Herculis rogū extinguere conabat. Simul & Melas alter: quia Trachine quinque stadiis abest. Vallē uero quandā ad Austrū esse scribit Herodotus: qua Asopus alioqui ā dictoꝝ nomine uocatus percurrēs pelagus inter Thermopylas ingredit: assumitq; Phœnicē: e meridie sibi congredientem: & herois nomē gestātē: cuius quoq; monumētū iuxta ostēdit. Ab Asopo autem ad Thermopylas stadia interfūt quindecim. Ea igit tempestate maxīa decorabātur oræ istæ gloria. Cū i eaꝝ potestate clausura ipsa tenebātur angustiaꝝ uicina. Et cū aduersus exteriores interni certamen de dignitatis fastigio & principatu gerebāt: sicuti Philippus Chalcidē Corīthūq; Græciæ Peditas uocabāt: ad Macedōiæ opportunitates respectās. Hæc autē posterius: & ea quæ sunt ad Demetriadem uincula nominabātur. Hæc enim transmeādi domina: potensq; erat: ad Tēpe cū Pelion haberet & Ossam. Annis uero posterioribus cū oīa uni subiecta sint īperio: cūctoꝝ exitus unus adest & cūcta ad Thermopylarū angustias aperte patēt. Leonidas sane paucis adiūctis finitimis contra tot Persarū millia: ope Locroꝝ obstitit: donec alio per montana circūeuntes tramite Barbari ipsius Leonidæ cōmilitōes conciderūt: & nūc i commune cunctorum tumulum eorum Poliandriū adest: & insculpta in columna Spartanorum late uulgata īscriptio.

Dic Lacedæmoniis hac hospes parte iacere.
Dum illoꝝ rigidis legibus obtequimur.

um & antitauꝝ:qui ab Euphrate tauroque initium ſumens:ad oriētales
harmeniæ ꝑtes deſinit.& Sophinā Mediæ complectiꝛ.Ex altera ꝑte ha/
bet Acileſinā inter tauꝝ ſitam:& Euphratis Meſopotamiā: prius q̄ is ad
auſtꝝ deflectat.Carcathiocerta Sophine regia ē.Maſio orientem uerſus
iuxta Gorgodilenā Niphates mōs īminet.Deide ab iis ex quo Euphrates
& Araxes fluūt alter ad ortū: alter ad occaſum. Deinde Nibarus uſq̄ in
Mediā extendiꝛ.Quomodo aūt Euphrates fluat dictū ē Araxes ad oriē
tē illatus uſq̄ in Atropatiā ad occaſum ſeptētrionēq̄ deflectit.& primo
Azara præterlabiꝛ:deide Arxata Harmeniæ urbē: poſtea ꝑ Araxinū cā
pum in mare Caſpiū emittit.Multi mōtes & multi colles ſunt in harme
nia:in quibus non facile uitis naſciꝛ:multæ etiam conualles: aliæ modi/
cæ:aliæ opulentæ:quemadmodum campus araxinus:ꝑ quem araxes flu
ens ad extrema Albaniæ & ī mare Caſpiū egrediꝛ. Poſtea eſt Sacaſena:
quæ & Albaniæ & Cyro flumini finitima eſt. deinde Gogarena. Tota
hæc regio fructibus ac domeſticis arboribus affluit:& iis quæ ſemper ui
rēt.Fert etiā oleū. Harmēiæ ꝑs ē Faunena & cōmiſena & Orchiſtena:q̄
eqs abūdat.Chorzena uero & Cābyſena ſeptētrionales:& ualde niuales
ſūt. Caucaſiis mōtibus:& Iberiæ & Colchidi:ubi iter agētes ī ſūmis mō
tium cacuminibus niue obrui dicūt.nam ibi plurima cadit unde bacu/
los habent ad eiuſmodi pericula quos in ſummam niuē reſpirandi gra
tia exerant:& ut eo ſigno auxilium ab aduenientibus cōſequantꝛ.quapro
pter ſæpe effoſſi ſeruantur.In niue glebas quaſdam cōcauas congelaſce
re ꝑdiderunt aquam optimam tanq̄ ī tunica continentes . In niue aīalia

quædã concreari:quæ Apollonides uermes appellat: Theophanes uero montanas teredines. Atque in illis aquam optimã contineri:& rũptis tunicis bibi. Hoꝝ animaliũ generationẽ talẽ putãt. qualẽ culicũ : ex flumine & bractea metalloꝝ. Tradũt Harmeniã cum prius parua esset: ab artaxia & Zariada auctã q magni Antiochi impatores fuere: quo supato: alter Sophinæ & Acisenæ:& Odomantidi:& quibusdã aliis: alter regiõi quæ circa arxata est impantes:multum coaluere: & uicinis loca plurima abstulerunt. Medis Caspianã & Phaunitem:& Basoropedã:Iberibus circũmontanã Peadri regionẽ:& Chotizenã:& Gogarenã. trans Cyrũ Chalybũ gẽtibus & Molynoecis Parenitam & Xerxenam quæ Harmeniæ minori conterminæ uel eius partes sũt:Cataõibus Aclisienam: & regionẽ quæ circa antitauꝝ est. Syris uero Tamonitam ut õnes unius liguæ essent. Harmeniæ urbes sunt Artaxaca:Artaxiasata appellata:quã Annibal Artaxiæ regi condidit. Itẽ arxata ambæ ꝓpter Araxem. Arxata iuxta fines atropatiæ: Artaxata apud Araxinum cãpum bene habitata: & eius regionis caput. Ea ĩ flexu quodã iacet:qui peninsulam facit. ꝓ muro flumẽ opponit:præter Isthmũ quẽ & fossa & uallo clausum habet. nõ procul ab urbe sunt castella quædã munitissima. Babynsa & Olana ubi Tigranis zarthabari thesauri seruabant. Alia secus Euphratẽ erãt. Sed Artagena:qui custodiæ preerat:ador ꝓdidit. Id etiã Cæsaris impatores diu turna obsessione cæpunt. atque mures ademerunt. Multi amnes sunt in harmenia. sed clarissimi Phasis & Lycus ĩ mare ponticũ exeuntes. Antisthenes Termodontẽ ꝓ Lyco posuit nõ recte. ĩ Caspiũ Cyrus & araxes emittũt. in rubrũ mare Euphrates & Tigris. Sunt etiã in hac regiõe magni quidam lacus. E quibus est Mantianus. qui Ceruleanus interpretat. Is post Meotim maximus est:ut ferũt aquæ salsæ: ꝓgredit autẽ usque ĩ Atropatiam:& salis fontes habet. Arsinus uero quẽ etiã Thoatin uocãt: nitrosus ẽ: Vnde uestes dilacerat ac rumpit: & ꝓpterea eius aqua nõ bibit. ꝓ hunc lacũ Trigis fert:a montana regione iuxta Niphatem ruens: ꝓpter celeritatẽ undã impmixtam seruat. Vnde & nomen habet. Nam Medi Sagittã Tigrim uocãt. Lacus hic uarios pisces fert:cum huiusmodi aquæ unius formæ pisces habere soleant. in ĩteriore lacus recessu:flumen ĩ uoraginẽ quãdã incidẽs: & longo spatio subter terram delatũ exorit iuxta Chalonetim. inde iã ad opã & Semiramidis muꝝ defert. a dextris Gordieos & totam Mesopotamiã relinquẽs. E contra Euphrates a sinistra eandẽ regionẽ habet: cũ uero ĩter se iã appropiquarit:ac Mesopotamiam fecerint alter per urbẽ Seleuciam fertur:ꝓsicũ sinum uersus:alter ꝓ ipsam babylonẽ ut in iis patet quæ aduersus Eratosthenẽ: & Hipparchum a nobis dicta sunt. Auri metalla in Syspiretide effodiunt:apd

Cãbala:ad quæ Alexander menonẽ cũ militibus misit:sed id ab ĩdigẽis relatũ ẽ. Sũt & alia metalla:eius scilicet quæ Opãdix dicit: quã harmeniũ colorẽ uocant:Calche ꝓsimilẽ. Hæc regio non minus pascendis eqs apta est:q̃ Media. Vnde Nysei q equis ꝓfuꝝ reges utuntur hinc sunt:& Harmeniæ Satrapes quotannis ꝓ se uiginti milia pulloꝝ ex Mithracana mittebat. Artabazus Antonio præter alios equos cataphractoꝝ ĩstructoꝝ septẽ milia ostẽdit:cũ ĩ mediã cũ eo ĩgressus ẽ:quoꝝ equoꝝ nõ Medi solum & Harmenii studiosi fuere: sed etiã Albani: Nã illi Cataphractis utunt. Non puũ diuitiaꝝ & opũ huius regionis ĩdiciũ est: qd cũ Pompeius Tigrani patri Artabazi sex milia talentoꝝ argenti scripsisset: mox romanoꝝ copiis uiritim distribuit: militi quinquagenas dragmas: Cẽturioni millenas: singulis præfectis ꝓuinciæ & Chiliarchis talentũ regionis latitudinẽ Theophanes tradit: Schoenoꝝ centũ longitudinẽ duplã:quã dragenum stad schoenũ faciẽs:ĩ quo ueritatẽ transgredi uidet. Est ergo ueritati ꝓximũ ponere longitudinẽ ab illo dictã: Latitudinẽ dimidiũ:uel paulo plus. Harmeniæ natura ac potẽtia est huiusmodi:sed ãtiquus quidã sermo ꝓhibet de hac gente. Harmenius ex harmenia Thessaliæ urbe:quæ ĩter pheras & Larissam iacet: iuxta bebeida :ut dictũ ẽ:Cũ Iasõe ĩ harmenia militauit. Myrsilius uero Pharsalius & Medius Larisseus qui cũ Alexandro militarũt: dicũt ex huius nomine harmeniã appellatã. Eos aũt qui cũ harmenio erant Acilesinã habitasse:quæ prius sub Sophinis erat. Alios uero ĩ Sypiretide usq; in Chalachanã & ad Iabenã extra harmeniæ mõtes. Atq; harmeniacã uestẽ thessalicã dicũt: idest lõgas tũicas: quas ĩ tragœdiis etolicas uocant cĩgunt quoque circa pectus: ĩ prætextis etiã tragici Thessalos sunt imitati. Opus enĩ illis fuit aliquo tali accõmodato habitu. Thessali enĩ (ut par est) quia longas uestes gestãt:cũ ĩter oẽs græcos ualde boreales sint:& quia frigidissima loca incolunt : aptissimã imitationẽ:idest poeticaꝝ personaꝝ cultũ prebuerũt. Equitandi quoque studiũ tam his q̃ medis thessalicũ dicunt. Iasonis aũt expeditionẽ:Iasonia testãtur. quæ a pricipibus sunt structa:quẽadmodũ a parmeniõe Iasonis templum:apud Abdera. Araxẽ ex penei similitudine:& eodẽ nomĩe ab Harmenio uocatũ putãt. Nã & ille Araxes uocatus ẽ:eo quod ossam ab rũpit ab olympo:ac etiam tẽpe Hũc uero in harmenia e montibus delapsum:& subiecta planicie olim diluta cũ exitũ non haberet dilatatũ prodidere. Iasonẽ uero Tempe imitatũ: uiam feciſſe:per quã nunc aqua in mare Caspium decurrit. Vnde Araxinus campus nudatus est: per quẽ amnis defert in Cataractem. Hæc quæ de Araxe dicunt rationem aliquam habent. At quæ Herodotus dicit:nõ ualde sunt uerisimilia. Dicit enim eũ ex Matiana profluentẽ. ĩ quadraginta amnes scindi: & Scythas

Universidad de Deusto
Biblioteca

bactrianoſq; diuidere. Hunc ſecutus eſt Caliſthenes. Ex Aenianis alios uicina dicunt habitaſſe: alios ultra harmenios: ſupra Abū & Imbaꝝ qui tauri ꝓtes ſunt. Abus ꝓpe uiā eſt quæ Ecbatana fert iuxta baridis tēplū. Dicunt etiā thraces quidā Sarapare appellati: ideſt decapitatores: ultra Harmeniam habitaſſe: ꝓpe Guranios ac Medos: homines profecto ima nes: ſocciles & mōtani: bracati: ac decapitatores. Sic enim Sarapare ſigni ficāt. De Media autē dictū ē i rebus medicis. Quare ex his omnibus col ligi poteſt: Medos Harmenioſque e theſſalis eſſe: ab Iaſone & Medea or tos. Ac de antiqs quidem hæc. Recētiora uero a perſis ad noſtra uſq; tē pora i ſummā ſic dicunt: qđ Perſæ Harmeniā tenuerūt. Poſtea Mace dones: qui Syriā Mediāque habuere. Poſtremus Orontes ex Indarni ge nere: unius ex ſeptē perſis: poſtea ab impatoribus magni Antiochi: qui cū Romanis bellum geſſit Artaxia ſcilicet: ac żadriada in partes duas di uiſa eſt. Ii enim permittēte rege: iperauerūt: quo ſupato Romanos ador ti: ac reges nuncupati: ꝑ ſeſe fuerūt. E genere Artaxie fuit Tygranes is: qui eā habuit quæ ꝓprie Harmenia eſt appellata. Ea Medis: Albanis: & Iberibus contigua erat: uſq; in Colchidē. & Cappadociā: quæ iuxta Euxi nū eſt. E zadriada fuit Artanes Sophinus q̄ auſtrales ꝓtes habuit: eas ma xime quæ uergūt ad occidentē. Hic a Tygrane deletus eſt: q̄ q̄q̄ rerum omnium potitus: uaria tamē fortuna uſus eſt. Nā i initio apud Parthos obſes fuit. Deinde ſeptuaginta Harmeniæ uallibus i preciū datis: reuer ſus eſt. Auctus uero: loca ea recepit: & pthoꝝ regione uaſtata: Periniū & loca circū Arbela: Atropatinū quoq;: & Gordieū: & cum iis reliquā Me ſopotamiā ſubegit: præterea Syriā: Phœniciāq; ui cœpit. Euphratē tranſ greſſus. Inde plurimū elatus: urbem cōdidit prope Iberiā: iter hāc atque zeugma quod iuxta Euphratem eſt: quam Tigranocerta nominauit. ho minibus duodecim græcaꝝ urbium: a ſe euerſaꝝ: cōgregatis Sed Lucul lus q̄ aduerſum Mithridatem bellum geſſit: continuo ſubſecutus: habi tatoribus in ſedes ſuas dimiſſis: opus quod adhuc erat īperfectum: facto impetu demolitus eſt: atque in paruum uicum redegit. Tygrane ex Sy ria ac Phœnicia pulſo. Artabazus autem eius filius: q̄diu manſit i amici cia Populi Romani: tandiu fuit fortunatus. Poſtea uero q̄ Antonium in parthico bello parthis ꝓdidiſſet: perfidiæ pœnas dedit. Nam uictus ab eo Alexādriam ductus: & cōtumelioſe per urbē circūlatus: ac primum cuſtodiæ traditus: deīde īteremptus eſt. poſt illum multi reges ſub Cæ ſare: ac Romāis fuere: & nūc etiam ſunt. Omnia perſarum templa: tam medi: q̄ harmenii in ueneration̄em habent. Tanaidis uero templa præ cipue harmenii: Cum i cæteris locis ea ædificātes: tum etiam i Acileſina dedicant illis ſeruos: ac ſeruas: quod ideo minus eſt mirādū: quod etiam nobiliſſimi gētis eius: filias ſuas dedicāt: quibus lex eſt: ut diu apud deā proſtitutæ nuptui dētur: nullo renuēte talibus cōiugari. Huiuſmodi q̄d dam Herodotus de Lydis commemorat: quæ omnes meretricāt: & tam benigne amatoribus ſuis utunt ut eos hoſpitio ſuſcipiāt: & dona dēt: plu ra etiam q̄ accepere: Quippe quæ a copioſis donibus ſuppeditant. Acci piūt tamē nō quoſcūq; hoſpites: ſed eos maxime q̄ æque ſint digni.

Duodecimus reliqua pōticæ regionis cōtinet. ac deīceps Cappadociā. Galatiā. Bithyniā. Myſiam. Phrygiam. Meoniā: & āte hæc Sinopē ciuita tem Pōticam & Heracliam. & Amiſiam: præterea Iſauriā. Lyciam. Pam phyliā. Ciliciā. cū inſulis mōtibus ac fluminibus adiacētibus.

Appadocia multas partes habet. Ea mutatiōes plurimas accepit. Maxime itaq; eiuſdē linguæ ſunt qui auſtrū uer ſus Cilicio terminant: q̄ dicit taurus: orientē uerſus Har menia Colchide ac diuerſaꝝ liguaꝝ gētibus: quæ iterme diæ ſunt. ſeptētrionē uerſus Euxino: uſq; ad Halys oſtia. occaſum uerſus Paphlagonū gēte: & Galatis: qui i phrygi am tranſmigrarunt: uſq; ad Lycaonas & Cilicas. Ciliciam Tracheā īcolentes. Ex his qui unius erāt linguæ antiqui Cataones ſepa ratos ponebāt. Et i dinumeratiōe gētiū: eos a Cappadocibus tāq̄ alterius linguæ gētibus diſtinguētes: poſt Cappadociā Cataoniā locabāt. poſtea Euphratē & gentes quæ trās eū ſunt: ut etiā Melitinā poſt Cataoniā col locarēt: quæ iter hanc iacet & Euphratē: commagene cōtinua: & decima Cappadociæ pars eſt: ſecundū regionē i decē prāturas diuiſam. Sic enī reges ante Aarchelaū: Cappadociæ pricipatū diſtinctū habuere. Decima pars ē etiā Cataōia. & utraq; ætate noſtra ſuū prætorē habuit. Sed miꝝ ꝓfecto eſt: cū nulla nec liguæ nec moꝝ diuerſitas i his: erga cæteros Cap padocas appareat: quomodo peregrinæ gentis ſigna omnino deleta ſūt. Erāt itaq; diſtincti. Eos autē Ariarathes adeptus eſt: q̄ primus Cappado cū rex ē nūcupatus. Locus hic eſt: tāq̄ magnæ cuiuſdā peniſulæ Iſthmus: duobus maribus coartatus: mari ſcilicet Iſſici ſinus uſq; i tracheā Cilici am: & euxino iter Sinopā atq; Tibarnoꝝ orā omnē uero regionē Cap podocibus ad occidētē uerſas: quæ ītra Iſthmū eſt: peniſulam dicimus. quā Herodotus cis Halym uocat. Hæc eſt cui Croeſus īperitauit: quem ille gentiū dominū appellat: quæ cis Halym ſunt. Iuniores uero eā quæ intra taurum eſt Aſiam uocant: eodem nomine quo totam cōtinentem. In ea gentes hæ continentur primū ab oriente Paphlagones. Phryges. & Lycaones. Deīde Bythini. Myſi: & quæ epictetus dicit præterea Troas:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Helleſpontia:poſt hos ad mare ex græcis Aeoles.& Iones.Ex aliis Ca/
tes ac Lycii.in mediterranea Lydi.De cæteris poſtmodum dicemus.Ma
cedones Cappadociam ī duas Satrapias a perſis diuiſam accipientes:par
tim ſpontanei:partim inuiti.Ex Satrapiis in regna redegerunt:atque ma
iorem Cappadociam quæ taurum uerſus eſt proprie Cappadociam no/
minarunt.alteram pontum:quidam eam quæ pontum uerſus eſt:Cap/
padociā uocauere:nos autem maioris Cappadociæ ordinem nunc igno/
ramus.Nam Archelao uita fūcto:Cæſar ac ſenatus decreuere:ut ea Ro/
manorum prouintia eſſet.Cum uero regio ſub illo:ac prioribus:in decē
præturas eſſet diuiſa: quinque taurum uerſus cenſebant. Vt Melitina
Cataonia.Cilicia. Tyanēſis.& Iſaurienſis.Quique relique e Lauinaſina,
Sargauſina.Sarauna, Chamanenena, Rhimnenena. Poſtea addita eſt a
Ro.ex Cilicia quod ante Archelaum erat undecima prætura regio ſcili
cet Caſtabalis & Cydiſtræ uicina uſque Derbam: Antipatri pirate ſedē.
Ab Archelao autem Trachea.Cilicia circa Eleuſam:& omnis ea quæ pi
raticam exercuerat Melitina perſimilis eſt cōmagene. Sola enim ex om/
ni Cappadocia:tota domeſticis arboribus conſita eſt:ut etiam oleum fe/
rat.& Monariticum uinum:quod cū græco decertat.Hæc Sophinæ op/
ponitur habens in medio Euphratem.Ei commagena contermina eſt.In
ulteriore regione ē caſtellū quoddam Cappadocum ſatis clarum: nomi
ne Tomiſa.Id Sophinæ regi uenditum eſt:talentis centum.Poſtea a Lu
cullo uirtutis gratia:in bello aduerſum Mithridatem geſto:Cappadocæ
donatum.Cataonia planicies eſt lata & concaua:& omnia fert:præter ea
quæ ſemper uirent.circunſtant eam mōtes:cum alii:tum Amanus a par
te auſtrali: qui a tauro Ciliciæ quodāmodo auulſus eſt.& antitaurus ī cō
traria abruptus. Amāus enim ī Ciliciā & Syriacū mare ad occaſum por
rigitur. A Cataonia contra notū quo ſpatio totum Iſſicū ſinum circūclu
dit.& cāpos:qui iter Cilicas ſūt taurum uerſus. Antitaurꝰ uero ad ſeptē
trionē īclinat.& oriētis nō nihil appræhēdit.Deīde finit ī mediterranea.
In ātitauro cōualles ſunt profundæ & āguſtæ: ī quibus ſita ſūt Comana
ciuitas:memoratu digna:& Bellonæ fanū.quod illi Ma:uocāt.Ea ciuitas
clariſſima eſt:maximāque numine afflatorū & ſacrorꝰ ſeruorꝰ multitudi
nē habet.Eā Cataones īcolūt.qui quāq̄ regi ſubditi ſint:parēt tamē ſacer
doti.Is fani:& ſacrorꝰ ſeruorꝰ magna ex parte dominus eſt: qui tempore
quo nos peregrinati ſumus:ſupra ſex milia erant uiri ſimul ac mulieres.
Fano regio adiacet non parua.cuius fructū ac ꝓuētū ſacerdos accipit.In
honore ſecūdus ē in Cappadocia poſt regē. Reges ac ſacerdotes frequē
tius ex eadem eſſe progenie ſolebant. Hoc ſacrorꝰ genus Oreſtes cum
ſorore Iphigēia:e Scythia taurica huc uidēt attuliſſe:q̄ dianæ tauropolæ
erāt:Lucubrē comā hic depoſuiſſe:ex qua urbi nomē datū eſt. Vrbē Sa
rus amnis īterfluit:qui per tauri cōualles deuolutus: Ad Cilicū campos
& ſubiectum pelagus ꝓtrāſit. Pyramus uero ꝓlabitur Cataoniā:& e me
dia planicie exoritur:& nauigabilis ē.Eſt etiā foſſa quædā memoratu di/
gna:per quam aqua puriſſima magno ſpacio oculte ſub terrā fertur. De
inde in ſummū exorīt:tanta ui: ut ſi quis haſtā ſuperne demiſerit: adeo
aquæ impetus obſiſtit:ut uix īmergi queat.Fert etiā fundo īnauigabili:
& latitudine immodica.Cū uero ſe tauro iunxerit mixꝰ ī modū contrahi
tur.Mira eſt præterea mōtis Cæſura:ꝑ quā alueus ducīt. Nā quēadmo
dum in petris rimā trahentibus:& per mediū ſciſſis cōtingit: alterius ꝑ/
tis eminētias:alterius partis depreſſionibus ita cōuenire: ut cōiungi poſ
ſint. Sic uidere eſt īminētes fluminis petras:utrinque fere:uſque ad mō
tis ſumma ꝓtēdentes: duoꝝ triumue iugerꝝ ſpacio: concauitates quaſdā
eminētiis oppoſitas habere.Solum uero quod īteriacet:totū ſaxeū:ualde
ꝓfundā & anguſtā ruptura in medio habet:ut eam canis ac lepus ſaliat.
Hic fluminis Alueus:ad labrū uſque plenus eſt.Latitudine aqueductui
par.ꝓpter obliquitatē autē & anguſtias: & uallis ꝓfunditatē: mox de lō
ginquo accedentibus ſonitus exaudīt tonitrui perſimilis. Montes uero
egreſſus tātū limū ī mare deducit: ꝑtim ex Cataonia:ꝑtim ex Ciliciæ cā
pis:ut huiuſmodi de eo oraculū æditum feratur.

Tempus erit:rapidis olim cū Pyramus undis:
In ſacrā ueniet:congeſto littore:Cyprum.

Ibi enim ſic euenit:ut in ægypto:in qua ſemper Nilus ex aggeſtiōe:ma/
re cōtinētē efficit. Vnde Herodotus ægyptū fluminis donum appellat.
Poeta quoq; dicit.Phaꝝ prius ī pelago fuiſſe: quæ nūc ægypto cohæret.
Tertia eſt Dacia:ī qua Iuppiter colīt non īferior hac: ſed memoratu di/
gna.In ea aquæ ſalſæ foſſa eſt:quæ magni lacus ambitū habet:altis & ere
ctis clauſa ſupercilliis:ut ſcalarē deſcenſum habeat. Aquā nec manifeſtū
ulla ex ꝑte exitū habere:nec augeri:proditum eſt:Cataonū campi:& Me
litīa:ciuitatē nullā habēt.Caſtella ī montibus munita ſunt. Azamora &
Daſtacū quod Carmala flumē circūfluit.Habet etiā Apollinis Cataonis
delubrū:quod ī tota colīt Cappadocia. Aliæ præturæ urbes nō habent:
exceptis duabus.E reliquis præturis ī Sagarauſina oppidū eſt Herpa: &
flumē Carmala:quod in Ciliciā emittit.In cæteris præturis: Argus mu/
nitio alta iuxta Tauꝝ eſt:& Nora:quæ nunc Neroaſſus uocatur. in qua
Eumenēs obſeſſus diu reſtitit. Aetate autem noſtra: Siſinus in eo theſau
ros habebat.Is Cappadocum imperiū adortus eſt. Huius regia erat Ca/
dena in urbis modū īſtructa. Ea ī montibus eſt Lycaoniæ. Nā & Sauera
oli uicus dicīt fuiſſe:ī modū urbis:& regiōis Metropolis.In Morimena

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iouis fanū est:qui apud Venasinos colit'.In eo habitāt sacroꝝ seruoꝝ fe/
re tria milia.Sacra regio fertilis est:quæ ānuū ꝑuētū sacerdoti dat:talen
toꝝ quindecim.Is ꝑ totā uitā sacerdos est.sicut ille:qui est apud comma
na & post illum secundus ī honore.Duæ tātū præturæ urbes habēt.Ty
anēsis: Tyana tauro subiacētia:qui apud Cilicias portas est:ad quas mō
tiū cacumina:in Ciliciā ac Syriā tēdentia:facillima sunt. & omnibus cō/
munia.Regio quæ iuxta tauꝝ est Eusebia uocat'.Ea fertilis est:& magna
ex parte planicies. Tyana aggeri Semiramidis subiacent: optime muni/
to.Non procul hinc sunt Castabala & Cybistra oppida mōti ꝓpinqua.
Castabalis est Dianæ Persicæ fanū:ubi dicunt sacras mulieres illæsas nu
dis pedibus:sup prunas īgredi.atq; hic etiā eādē historiā narrāt Orestis
& tauropolæ.& Perasiā idcirco uocitatā dicūt:quod ex ulteriore regione
fuerit allata.In tyanēsi prætura una ex decē supradictis oppidū est Ty/
ana.eā uero quæ epictetus dicit'.His non connumero. Castabala scilicet
& Cybistra:& quæ in Cilicia trachea sunt.in qua Archelaus Eleusam i/
sulā fertilē muniuit: opus memoratu dignū:ubique magna tēporis ꝑte
degebat.In cilicia est ea quæ Mazaia uocat': gentis eius Metropolis:atq;
ea etiā Eusebia nūcupat':quæ iuxta Argeū ē.Latet enim sub Argeo mō/
te omniū altissimo:q semp ī summo niues habet:ex quo dicit q eo ascen
dūt:q̄q̄ ii perpauci sunt:sereno cælo utrūq; æquor perspici Isticū scilicet
ac ponticū.Cætera ad ciuitatis habitationē īcōmoda sunt.Nā & sicca est
& debilis:& ꝓpter principū negligentiā īmunita:& forasse de industria
ne mœnibus ut munimēto freti:nimis cōfidāt planiciē habitantes: quæ
colles arduos & difficiles habet. Loca uero circūstātia omnino sunt steri/
lia & īculta:q̄q̄ cāpestria sint. Arenosa enim sūt & petrosa: paululū uero
ꝓgrediēti Campi sunt igne exusti:& solū īcensum ꝑmulta stad':quapro
pter necessaria e longinquo afferunt':& quod etiā abunde piculosum ui
deat':nō longe abest ꝑiculi materia.Nā cum tota fere Cappadocia lignis
careat: Argeus tamē circūcirca siluā habet: ūde de ꝓximo lignari adest.
Sed loca siluæ subiecta ignes habēt. Sūt etiā gelidis aquis plena:q̄q̄ nec
ignis nec aquæ ī summū extāt. quapropter maxia ex parte herbida sūt.
Quibusdā in locis solum palustre est: & ꝑ nocte ex eo flāmæ cōsurgūt:
rei itaq; gnari caute lignant':sed multis periculum est:præsertim pecori:
ī obscuras ignis fossas īcidēti.Est flumē ī planicie ante urbē nomine me
las distās ab ea stadia.xl.Is fontes habet ī loco urbis humillimo:sed hac ī
ꝑte īutilis ē:cū non aptū exitū habeat.In lacus ac paludes diffusus:urbis
aerē æstate corrūpit: & lapidicinas cū utilissime sint:efficit īutiles. Maza
tim enim lapidū copiā ꝓ ædificiis ex ripis habēt: nā lapidū Crustæ aqs
rectæ resistūt. Atque paludes hæ ubique ardēt. Ariarathes Res āgustiis
quibusdā obstructis:ad quas Melas exitū ī Euphratem habet: proximā
planiciē totā lacu diluit.atque īsulas quasdā: tāq̄ Cycladas compræhen/
dēs:puerīliter ibi īmorabat'. Clausura uero ad unum rupta aq̄ soluta ē.
Intumefactusq; Euphrates:magnā Cappadociæ ꝑtē traxit:& multas ha/
bitationes & consita deleuit. Agrum quoq; galataꝝ:qui phrygiam habi/
tant:nō paruo affecit detrimēto. Qua ex re.xxx.talētoꝝ damno mulcta
tus:eius rei iudicio Romanis cōmisso. Idē circa Herpam contigit.nā &
ibi Carmale exitu obstructo:ore deīde rupto: Cum aqua quæda Cilicū
loca deuastasset:pœnas dedit iis:quia iniuria affecti fuerunt.Mazacinoꝝ
itaque loca q̄q̄ plurimis rebus incommoda sint:ea tamē reges ad habitā/
dum præcipue uident' elegisse:quia locus totius regionis medius erat:&
lignis & lapidibus abundabat:& herba: q̄ plurimū ad alēda pecora indi
gebant.Nā ea urbs quodammodo illis castra erat. Cæteꝝ uero tutelā:ex
munitionibus & castellis habebant:quæ ibi plurima sunt:alia regis:alia
amicoꝝ.Distāt Mazaca a pōto ad stadia octingēta austrū uersus: ab Eu/
phrate paulo mīus q̄ duplū. A ciliciis portis.vi.dieꝝ itinere.& a Cyrinis
castris ꝑ urbē Tyana:quæ circa mediū fere iter iacet a Cybistris ad sta/
dia.ccc. Mazacini Charonde legibus utunt'.eligentes aliquē legisperitū:
qui sit eis legum īterpres:quēadmodū apud Romanos sunt Iurisconsul
ti.Hos Tygranes Harmenius male affecit:cum Cappadociam excurre
ret Omnes enim trāstulit ī Mesopotamiā.& Tigranocerta magna ex ꝑ/
te ex his coluit:postea captis Tigranocertis: potētiores reuersi sūt. Re/
gionis latitudo ē a ponto taurum uersus:mille fere & octingētoꝝ stadio/
rū.Lōgitudo uero a Lycaonia atq; Phrygia usque ad Euphratem: ad au/
roram & harmeniam ad tria milia stadioꝝ.Ea frugibus abundat præser/
tim frumēto:& pecore omnis generis:quæ cum ponto australior sit:fri/
gidior tamē est.Gabadania campestris ē:& cæteris australior. nam taurū
subit:& uix ullam fructiferaꝝ arborum ꝓducit. Ipsa & magna reliquæ
religionis pars:pascua optima habet præsertim quæ circa Garsaurā ē &
Lycaoniam:& Morimenam.In Cappadocia nascit' ea: quæ Sinopica ru/
brica dicit':omnium optima:quæ cum Iberica decertat.idcirco Sinopica
appellat':quod eam mercatores eo deferebant:prius q̄ Ephesiorum em/
porium tam celebre esset.Dicūt etiam Crystalli:& Onychiti lapidis cru
stas:prope Galatas ab Archelai perquisitoribus inuentas. Eratque locus
quidam candidi lapidis:colore ebori persimilis:qui tanq̄ cotes quasdam
non magnas producebat:e quibus cultrorum capuli fiebāt. Alius uero
ad specularia facienda:glebas magnas ferebat: ut etiam extra exportare/
tur.Pōti atque Cappadociæ confinium est regio quædam montana: cū
tauro pariter progrediens:quæ ab occidentalibus commagene extremis

Universidad de Deusto
Biblioteca

initium ſumit.In ea caſtellum quoddã præruptum cõditum ẽ: nomine Dameſda:uſq; ad Lauianſine oriẽtalia.Cappadociæ præturæ cedũt Chã manena & Lauianſina.Sed cũ primũ romani res aſiaticas perſequerent: Antiocho ſupato:amicicias atque ſocietates cum regibus ac populis iun gebãt:ac cæteris q̃dẽ regibus priuatim hic honor Cappadociæ: & Cap/ padocũ genti:etiã publice datus eſt.Regia deinde ſtirpe extincta: roma/ ni cõceſſere:ut gens ea libera eſſet ſecundũ amiciciã & ſocietatẽ ante cõ/ tractã.pricipes libertatẽ recuſare:& dicere ſe eã ferre nõ poſſe.& ut Rex ſibi daret orare.Romani admirati quod inuenirent qui libertatẽ recuſa rent:p̃miſere ut quem uellẽt regẽ eligerent.Elegerũt itaque Ariobarza/ mẽ:qui in ꝓgreſſu:tertia ætate defecit. Tum creatus eſt Archelaus: ni/ hil illi affinitate cõiunctus.idque Antonii opera. atque de maiore Cap/ padocia hactenus.De trachea uero Cilicia illi addita:præſtat:ut tunc pſe quamur:cũ de tota cilicia dicemus. Mithridates eupator põti Rex cõſti tutus:eam habuit: quæ Haly flumine terminat: uſque ad Tibarnos & harmenios:& regionẽ quæ cis Halym eſt.quæ uero Maſtrim uſque ptẽ debat:& quaſdam Paphlagoniæ ptes adeptus ẽ. Itẽ orã Heracliã: uſque ad occidentales patriæ Heraclidis platonici partes. ad cõtraria uero uſq; ĩ Colchidẽ & harmeniam minorẽ:quæ quidẽ ponto adiecit.Nã & põpe ius: a quo ille ſublatus ẽ: his finibus regionẽ accepit: quæ uero harmeni am uerſus:& circa Colchidẽ ſunt:principibus diſtribuit:qui ſecũ milita uerant.Reliqua ĩ duodecim gubernationes diuiſit:& Bithyniæ addidit. ut ex utriſque una ꝓuintia efficeret Paphlagonũ quoſdã:iis regẽdos de dit:qui a Pylemõe erãt.quẽadmodũ galatas iis:q̃ erant genere tetrarche. Poſtea Romanoꝝ duces alias atque alias partitiões fecerũt. Nã & reges ac pricipes cõſtituebãt.Ex ciuitatibus alias liberabãt.alias pricipibus tra debãt.alias ſub Ro.Po.dimittebãt.Nos aũt qui ſingula p̃ſequimur.pau lulũ de prioribus diſſeramus: attingẽtes quæcũq; utilia uidebũt.atq; ab Heraclia ĩcipiamus:quæ hoꝝ locoꝝ occidẽtaliſſima eſt.In põtũ itaq; eu/ xinũ a ꝓpontide nauigãtibus. A leua iacẽt ea quæ Byzãtio ſunt cõtigua. & a thracibus habitata.& põti leua appellant.a dextris ſunt Chalcedoni ꝓxima:Bithynioꝝ ſunt.ſequẽtia Marãdinoꝝ.quidã ea Cauconũ dicũt. reliqua Paphlagonũ:uſq; ad Halym flumẽ.Poſtrema Cappadocũ:q̃ iu/ xta põtũ ſũt:& reliquoꝝ uſq; ĩ Colchidẽ.Hæc oĩa põti euxini dextra no minãt. Toti huic oræ a Colchide:Heraclã uſq; Eupator ĩperauit: Vlte riora uero ad os:& Chalcedonẽ:Regis erãt bithynoꝝ. Sublatis regibus Ro.eoſdẽ termios ſeruauere:ut heraclã põto cõcederẽt ulteriora bithy/ nis bithyni cũ plus Myſii eſſent:a thracibus bithynis:& Thynis:qui ibi habitauere:ita ſũt poſtea nomiati.Inter plurimos q̃dẽ cõſtat & indicium bithynicæ gentis:ea ducũt:quæ adhuc ſunt ĩ thracia:q; quidam bithyni dicunt. Thynicæ uero gentis Thyniacũ littus quod iuxta appolloniam eſt & Salmydeſſum. Bebryces quoque qui ante hos Myſiã icoluerunt Thraces quãtum ego exiſtimo fuere. Dictũ eſt aũt myſios colonos eſſe thracũ:qui nunc myſii appellant: atque hæc a nonnullis ita dicunt. De mariandynis uero & cauconibus nõ eodẽ pacto omnes ſentiunt.Nã he/ raclią quã Mileſii condidere inter Mariandynos ſitã tradunt . qui uero ſint & unde:nemo id dicit.ſed nec dictio:nec alia ulla gentis differentia: in huiuſmodi hominibus apparet.ſunt tamẽ bithynis perſimiles.uident itaque & hæc natio e thraciæ partibus ꝓfecta. Theopõpus auctor ẽ Ma riandynum quendã Paphlagonũ parti multis ſubiecte ĩperitaſſe.atq; fa cto impetu Bebrycum regionẽ occupaſſe. quã uero cœpiſſet de ſuo no/ mine reliquiſſe atque illud dictũ eſt:Mileſios qui primi heraclią cõdide runt:Mariãdynos in ſeruituẽ redegiſſe:qui prius locum eũ tenebãt. ut etiã ab eis in cõtẽptum uenderent:nã his contigit:quẽadmodũ iis q̃ Mi nous cetus appellati ſunt.Ii enim Cretẽſibus dicũt ſeruiuiſſe. Theſſalis uero Peneſte.Caucones aũt quos eã orã dicunt habitaſſe: quæ poſt Ma riandynos eſt:uſque ad parthenium flumẽ habẽres urbem Teium:alii Scythas putant:alii macedones:alii pelaſgos.Sed de his prius dictum ẽ: Calliſthenes in dinumeratione ſcribebat hos uerſus poſt hunc uerſum .ſ.Crõnã atque Egialum præcelſos ĩde Erythinos Hos alios ponebat.ſ. Inde Polycle ſatus magno cauconas augebat:
Partheniũ circa fluuium qui tecta colebant.
Progrediũt.n.a mariandynis & heraclia uſq; ad Leucoſyros quos & nos Cappadocas appellamus. Cauconum uero gentes circa Teium uſque ad Partheniũ amnẽ:poſt Parthenium eneti ſequũtur. Cytoꝝ habitãtes: atque nũc etiã caucones quidã circa Partheniũ ſunt.heraclia optimũ por tum habet.Ciuitas alioquin memoratu digna:quæ colonias emiſit.nam cherõneſus eius colonia ẽ.& Calapis.Ea cũ prius libera eſſet poſtea diu ſub tyrãnis fuit:deĩde rurſum ſe ĩ libertatẽ uendicauit.Poſtea cum ſub Ro.eſſet:regem habuit Ro.coloniam in parte urbis & agri admiſit.Adi atorix odomæclii Tetrarchæ galatarum hanc urbis partem ab Antonio accipiens.quam heraclienſes tenebant:pauloante attica bella Ro. noctu adortus:ad unũ oẽs iugulauit:iuſſu(ut ipſe dicebat) Antonii.poſt actiacã uero uictoriã ĩ triũphũ ductus:ipſe cũ filio iugulatus eſt.Hæc ciuitas ad põticã ꝓuintiã pertinet:cum bithynia ordinatam. inter Chalcedonẽ & heraclią mꝫti ãnes fluũt:e q̃bus eſt Pſillis & calpas & Sãgarius cuius po/ eta mẽtionẽ fecit.fontes habet apud Sãgiam uicum. Diſtat a Piſinunte c.&.l.ſtad.& magnã phrygiæ Epicteti ac bithyniæ p̃tẽ percurrit: ut ab

urbe nicomedia paulo pluribus q̄.ccc.ſtaď.abſit: ubi Gallus amnis ī eū
īfluit:initiū habēs ex modris phrygiæ:quæ ī helleſpōto hæc eadē ē:quæ
epicterus. & bithyniā prius habuere. auctus aūt & nauigabilis factus:cū
prius nō eſſet nauigabilis:ad oſtia bithyniā terminat: ī fronte huius oræ
iacet inſula Thynia: ī heraclienſi agro naſciť aconitū. diſtat hæc urbs a
fano chalcedonio ſtaď.m.quingētis.a Sāgario flumine.d.teioniticū oppi
dū nihil habet memoratu dignū:præterq̄ quod phileterus hinc fuit au/
tor generis regū attalicoꝝ.deide ꝓthenius ānis ꝓ florida deferť: unde &
nomē aſſecutus eſt:ortum habens ī paphlagonia . poſtea ē paphlagonia:
& eneti. ſed quærunt quoſnam poeta enetos dicat:cum ait
Paphlagonaſq; ferox ducebat ī arma Pylemon:
Ex enetis muli ducunt genus unde feroces
Nūc dicūt nuſq̄ enetos in tota paphlagonia oſtēdi: quidā dicunt uicum
eſſe ī littore decē ſchoenis ab Amaſtri diſtātē: Zenodotus de enetia ſcri
bēs:putat eā ſignificari:quæ nūc Amiſius appellať.alii nationē quādam
Cappadocibus finitimā ꝓdiderūt cū Cimeriis militaſſe:poſtea Adriam
ꝓueniſſe.ſed quod maxime iter oēs cōſtat:ē qđ Eneti clariſſima paphla
gonū natio erāt ex qua Pylemon fuit:cū quo plurimi ex illis militarunt.
Amiſſo aūt duce poſt captā troiā:ī Traciā traiecerūt.Errātes uero ī eā re
gionē deuenere:quæ nūc enetia appellať.Quidā Antenorē dicūt:& eius
filios:claſſis huius participes ī interiore Adriæ receſſu cōſtitiſſe. Vt in re
bus italicis a nobis dictum ē.atq; idcirco ueriſimile ē enetos defeciſſe. &
nuſq̄ ī tota Paphlagonia apparere. paphlagōas ad oriētē halys flumē ter
minat:a meridie fluēs īter Syros atq; paphlagonas:exitq;(ut Herodotus
ait)ī eū qui euxinus pōtus appellať: Syros Cappadocas dicēs:qui nunc
etiā leucoſyri appellāť.cū qui extra tauꝝ ſunt:etiā Syri nominenť:& cū
illi ī cōpatione ad eos:q ītra tauꝝ ſunt:colore ſint aduſto: nō eādē appel/
lationē habuere . Pīdarus dicit Amazonas Syriū:haſtatūq; exercitū du/
cere.ſignificās Themiſtyre habitatores . Themiſtyra enī amiſinoꝝ ē.ea
autem Leucoſirorum qui poſt halym ſunt. halys itaque oriētem uerſus
paphlagonum confinium eſt. Auſtrum uerſus Phryges & Galathe qui
ibi habitarunt.occidentem uerſus Bithyni & Mariandyni. Cauconum
uero genus omnino interiit.Septentrionem uerſus eſt Euxinus.Hac re/
gione in mediterraneam diuiſa:& maritimam orā: quæ ab haly. uſque ī
Bithyniam pertēdit. Oram habuit Eupator Heracleam uſque.ex medi
terranea uero partem propīquiorem. Cuius ptes quædam trans halym
tēdebāt.& hucuſq; pōtica prouintia Romanis terminatur. Reliqua po/
tētibus parebant.etiā poſt Mithridatis euerſionem. de Paphlagonibus
mediterraneis:qui Mithridati nō paruerunt:poſtea dicemus. Nūc eam

ꝓſequi ꝓpoſitū eſt:quæ illi pareret pontus uocať.Poſt Partheniū amnē
eſt Amaſtris:de cōditoris nomine appellata . ea poſita ī peniſula portus
habet:ex utraque Iſthmi parte.Amaſtris uxor fuit Dionyſii Heraclie ty
rānī:& Oxyarthis filia:fratris Darii eius:qui cū Alexādro bellum geſſit.
Ea e trium urbium īcolis:unā confecit ciuitatē Seſamo.Cytoro.& Crō/
na. Quaꝝ poeta in inſtruendis Paphlagonibus meminit. Quarta Teio:
quæ cito deſciuit a communione.Cæteris in ea permanētibus. Seſamus
Amaſtris arx diciť Cytoꝝ olim Sinopenſiū emporiū fuit. dictū a Cyto/
ro Phryxi filio:ut Ephorus tradit.In amaſtriano agro plurima atq; opti/
ma buxus naſciť.præſertim circa Cytoꝝ.Littoris uero tractus ſupra cen
tū ſtadia lōgus uicū habet eiuſdē nominis cuius poeta meminit:cū dicit.
Crōnā atque Egialū præcelſos īde erithynos.
Nōnulli ſcribunt Crōnā & Gobialum. Erithynos uero eos dici putant:
qui nūc Erithui uocāť:a colore ſic nomīati. Sūt enim duo ſcopuli. Poſt
Egialū eſt Carābis ꝓmōtoriū magnū:ad ſeptētrionē porrectū:& Scithy
cam peninſulā de qua ſæpe fecimus mētionē.& de frōte arietis ei oppo/
ſita:quæ euxinū pontū bimarē efficit. Poſt Carābim ſequiť Cinolis: &
Anticinolis:& oppidū quod Abonus condidit.& Harmena de qua pro/
uerbiū fertur cui nullum negociū erat Harmenā conſtruxit. Ea Sinopē
ſium uicus eſt.& portū habet.Deinde Sinope: urbiū quæ ī hac regione
ſunt clariſſima.diſtās ab Harmena ſtadiis.L. Sinopē Mileſii condidere:
quæ claſſe compata mari:quod ītra cyaneas eſt:impauit.Extra uero mul
torum certaminū particeps fuit cū græcis. Et cum libera fuiſſet: tādem
amiſſa libertate:Pharnaci obtēperauit.fuit enim obſidione capta. poſtea
ſucceſſoribus eius:uſque ad Eupatorē & Romanos qui illū ſuſtulerūt.
Eupator ibi natus & educatus:eximie illam coluit.& regni Metropoli fe
cit.Ea naturali ꝓuidētia optime munita eſt.Nam ſup colle peniſulæ cu/
iuſdā ſita:ex utraq; Iſthmi pte portus & ſtatiōes habet: & mira Pelamy
dia.de quibus diximus:quod ſecundā piſcationē Sinopenſes tertiā By/
zantini habēt:peninſula circūcirca ripas iugoſas obtendit:& foſſas quaſ/
dā in petris excauatas:quas choenicidas uocāt. Hæ mari tēpeſtate elato:
complenť ut non facile aditi poſſint.præterea petre ſumma echinis ple
na:nudo pedi īacceſſibilia ſūt.In ſupiore urbis pte optimū ſolum eſt. &
agreſtibus ortis ornatū:præſertī ſub urbana hæc urbs optīe ſtructa ē: &
gymnaſio:& foro:& porticibus ſplēdide ornata bis tamē capta ē.primū a
Pharnace:de ſubito & præter opinionē īgruēte.poſtea a Lucullo:& īcidē
te tyrāno:cum īterius & exterius obſeſſa teneretť. Nā bacchides ab rege
cuſtos impoſitus:ac ſemper aliquam proditionem a ciuibus ſuſpicans:
tandem multis flagris:& cæde uſus homīes ad deſperationem perduxit

Universidad de Deusto
Biblioteca

cū nec ſtrenue tueri ſe poſſent:nec ex cōpoſito hoſtem adoriri. Ergo ca/
pti ſunt.ſed cætera urbis ornamēta Lucullus ſeruauit. Villari uero pilā
abſtulit:& dutolytum:ſchenidis opus quem illi urbis conditorem putā/
tes:ut deum colebant.Ibi eius oraculum habebat. Hic unus ex iis uidē
fuiſſe:qui cum Iaſone nauigarunt: atque hunc locum occupaſſe. Poſtea
Mileſii loci oportunitate:& ícolarum imbecillitate perſpecta:illos ex his
ſedibus pepulerūt.& colonos induxerūt.Nūc Romanorum coloniā ac/
cepit.unde & urbis & regionis pars illi data ē.Diſtat a fano ſtadiis tribus
milibus:& quingentis:ab Heraclia duobus milibus:a Carambi ſeptīgē/
tis.uiros claros tulit Philoſophos.Diogenem Cynieum. & thimotheum
Patriōem.Poetis Diphilum comicū:rerum ſcriptores Batonē:qui de re/
bus perſicis ꝓtractauit.Deinceps ſūt Halys fluminis hoſtia: nomē habē
tia a Salibus quos præterfluit. fontes habet ꝓpe pōticam:ī maiore Cap/
padocia iuxta Cambiſenam.& multus ad occidētem defertur:poſtea ad
Septentrionem cōuerſus:ꝑ Gallatas & Paphlagonas: hos & Leucoſyros
terminat. Tota Sinopica regio ac mōtana: quæ dictæ oræ īminet uſque
ī Bithyniā optimā ad ædificādas naues materiē: & ꝓductu facilē habet.
Sinopica quoque acerē gignit:& nucē mōtanā:e quibus mēſas faciunt.
Tota oleis cōſita eſt.quæ uero paulo ſupra mare eſt: culta eſt Poſt Ha/
lys hoſtia eſt Gadilonetica uſque ad Aramenā. felix quidē regio: ac tota
campeſtris.& omniū ferax.Oues habet mollis pellis & lanæ:quod ī tota
Cappadocia atque ponto perrarū eſt.ſunt etiā Damæ quæ alibi pauci/
tas ē.huius regiōis ꝓtē habēt Amiſini.partē Pōpeius Deiotaro dedit.ut
ea quæ Pharnatiæ & Trapezūtiæ proxima ſunt: uſque ī Colchidem: &
Harmeniā minorē. atque horum regem fecit. cū & paternā Tetrarchiā
haberet.Ex Galatis autē eos qui Teliſtobogi appellāt.quo mortuo mul
ti ſucceſſerūt.poſt Gadilonē ē Saramena:& Amiſus ciuitas īſignis a Si/
nope diſtās ad ſtadia nongenta.Refert Theopōpus prius Mileſios:po/
ſtea Cappadocū pricipem eā cōdidiſſe.Deinde ab Athenocle & Atheni
enſibus habitatā:& pirea nominatā. Hāc reges occupauerūt. Eupator eā
tēplis exornauit:& ꝓtē muris īſtruxit.Hāc Lucullus obſedit:deīde Phar
naces boſphoro traiecto. Antōius aūt regibus dedit: A diuo Cæſare libe
ratā.poſtea a Stratōe tyrāno uexata ē:deīde rurſū poſt res actiacas ab au
guſto cæſare liberata. & nūc optīe cōſtituta ē : Quæ cū cæterā regionem
optimā habet: tū etiam Themiſcyram Amazonū domicilīū: & Sidinā.
Themiſcyra campus eſt:qui partim pelago alluitur:ad.xxx.ſtadia ab ur
be diſtās.partim a mōtana:arboribus plena:& irrigua:cum flumīa inde
ſcaturiant.E quibus omnibus flumē unum auctū: nomīe Thermodon
campum percurrit . alterum huic æquale ex Phanarea fluens : eandem
planicīē irrigat nomine Iris:qui ī ponto exorit.fluēs autē per media pō
ti Comana:& per Diaximoniticā felicē cāpum occidentē uerſus:poſtea
apud Gaziura antiquā regiā:nunc uero deſertā cōuertit ad ſeptētrionē.
poſtea rurſum reuertit ad aurorā Scylace: & flumibus aliis aſſumptis:
& ad ipſa amaſicæ mœnia patriæ noſtræ:urbis munitiſſimæ:illatus egre
dit ī Phanareā:ubi Lycus cū eo circūcurrēs.& initia ex harmenia trahēs:
nomē amittit.Deinde Themiſcyra & pontū pelagus:aquā hanc excipit.
Quapropter hæc planicies ſemp roſcida eſt:& herbida. & tam boum:q̄
equoꝝ nutrix:ſemē plurimum recipit:panici.& milli:īmo nunq̄ deficit.
Nā ſemper aquæ copia:q̄m ſiccitas melior ē. quapropter nūq̄ ii homīes
famē ſenſerunt. Tātam præterea agreſtiū pomoꝝ: & ultro naſcentium
copiam præter mōtana regio affert:uue prunoꝝ:maloꝝ:ac nucū: ut quo
cūq; āni tempore ī ſiluas exierint:iis abūdēt.Cū interdū adhuc fructus ī
arboribus pendeāt interdū in foliis iaceāt.quæ lapſa multa & alta & hu/
mi effuſa ſunt.Multa eſt feraꝝ ōnis generis uenatio: ꝓpter alimoniæ co
piā.Poſt Themiſcyrā eſt Sidina planicies:q̄q̄ nō ualde ferax: irrigua ta
mē.habēs in ora maritima loca munita:Sidā ex qua Sidina nominatur:
& Chabacē:& Phauela:atq; hucuſque Amiſina ꝓtendit Hic uiri ī diſci/
plinis memorabiles fuere. Mathematici quidā Demetirus Rhetheni: &
Dionyſiodorus eodē nomine quo Icenes geometria.fuit etiā Tyrānion
grāmaticus:quē nos audiuimus.Poſt Sidinā ē Pharnacia: oppidū muni
tiſſimum.deinde Trapezus græca ciuitas:in quam ex Amiſo duum mi
lium &.cc.ſtadiorum nauigatio eſt.hinc in Phaſim mille & quadringen
torum : quare uniuerſa ſtadia a templo uſque ī Phaſidem ſunt citrciter
octo milia uel paulo plura. In hac ora ab Amiſo nauigantibus : primo
eſt promōtorium herculanum.deinde promōtoriū Iaſonium & gentes:
deīde Cytorus oppidum:ex quo Pharnacia habitata eſt.poſtea Iſchopo
lis humi proſtrata.poſtea Sinus:ī quo ſunt ceraſus & hermonaſſa: medi
ocres habitationes. poſtea non procul ab Hermonaſſa habitatio quædā
Zygopolis appellata. De Colchide autē & ulteriore ora dictum ē. Tra
pezūti & Pharnaciæ imminēt Tibarni:& Caldæi & Sāni:prius Macro/
nes nominati: & minor Harmenia & Appaite his locis quodammodo
proximi:qui prius Cercete dicebātur.Per hos præterit Cydiſſa mōs aſ/
perrimus:& Moſchicis montibus coniunctus:qui ultra Colchidem ſūt
cuius ſumma ab Heptacometis obtinentur:& Paryadra:qui uſque in
Harmeniam protenditur: a locis Sydinæ & Themiſcyræ proximis. &
orientale ponti latus efficit.Sunt autem omnes hi agreſtes homines:præ
ſertim Heptacometæ.horum nōnulli ſuper arboribus ac turribus habi/
tāt.Vnde ātiq Moſynoecos appellauere.Turres.n. Moſyni uocāt:ii ex

ferina carne & arboꝝ fructibus uiuunt:atque ex lignis deſiliẽtes peregri
nos adoriunt᷑ iter agentes. Heptacometæ tres Põpeii cohortes obtrũca/
runt:dum montana ptranſirẽt.Miſcentes enim crateras furentis mellis:
quod rami arboꝝ ferunt: potos & mẽte alienatos adorti:facile intereme/
runt.Quidã ex his Barbaris Byzares uocabãt᷑:& qui nũc Chaldæi: olim
Chalybes dicti ſunt:apud quos Pharnatia ſita eſt in mari habẽs pelamy
dũ copiã. Nã hoc in loco præcipue eiuſmodi piſcis capitur.In terra uero
ſunt metalla:nũc ferri:prius etiam argenti. & omnino ĩ his locis ora ãgu
ſtiſſima eſt.imminẽt continuo mõtes metallis pleni ac ſiluis:quæ nõ ual
de colunt᷑.Reſtat ergo ut metalloꝝ opatores ex metallis uiuãt.maris aũt
ſtudioſi:ex piſcatu maxime pelamydũ:ac delphinũ.qui piſciũ gregẽ ĩ ſe/
quẽtes:ut Cordylos Thumnos: & Phelamydas pingueſcunt. Vnde fa
cile capiunt᷑:cũ terræ appropinquãt.ac facile ineſcãt᷑.Atque hi delphies
ĩ fruſta cædũt.& aruĩa multa ad res omnes utunt᷑.Hos ego poetã Haly/
zonas dicere exiſtimo:ĩ dinumeratione poſt Paphlagonas:ut

Hĩc & Halyzonas odiuſque & Epiſtrophus una.

Lõgĩqua ex Alyba ducũt: argẽti uena una eſt.

Siue quod ſcripturæ trãſpoſitio facta ſit ab eo:quod᷑ eſt lõginqua ẽ Cha
lyba:ſiue qđ homines prius Alybes pro Chalybes ſint nominati:nõ enĩ
ſi nũc Chalybes Chaldæi dici potuerũt: prius non potuere pro Alybes
Chalybes nomĩari cũ nomĩa multas mutatiões ſuſcipiãt:præſertim Bat
bara.Nam Thraces quidã:prius Sitĩes uocabãtur. Poſtea Sĩti dicti ſũt:
deĩde Say apud quos Archilochus dicit:ſe clipeũ abieciſſe Criminis ex/
pertem clipeum:nõ ſpõte reliqui:

Dum bene Tammeos dimico apud Sayos.

Iidẽ nũc Sapæ appellant᷑ omnes hi circa abdera:& in ĩſulis lacus:habita
bant.Eodem modo Brygi:& Breges & Phryges iidem ſunt:& Myſii:&
Merones:& Meones:& Mẽnes: ſed quid multiplicato opus eſt. Scepſi/
us Alybes ĩ Chalybes mutari exiſtimat:conſequẽtia uero:& cõſentanea
nõ ĩtelligit:Et ex eo maxime:ex quo Halyſonas Chalybes dixit:opinio/
nem eam reprobat. Nos illius & aliorum opinionem cum noſtra conſe/
rentes conſideremus. Alii Halyzonas alii Amaconas ſcribũt. ex Alyba
autem ex Alopa uel ex Aloba faciũt.Scythas uero Halyzonas ultra Bo/
ryſchenem:& Callipidas & alia nomina quæ Hellanicus & Herodotus
& Eudoxus ut uana contempſere.Amazonas inter Myſiam: Cariam ac
Lydiam(ut Ephorus putat)prope Cumam patriam ſuam. Sed rationẽ
aliquã habet.fortaſſe.n.regionẽ dicit: quæ prius ab Amazõibus habita/
bat᷑.poſtmodũ ab Aeolibus:& Ionibus habitatã:& urbes q̃ſdã ab illis co
gnominatas:ut Epheſũ:Smyrnã: Cumã:& Magneſiã.Alyba uero:uł ut
quidam uolunt:Alopa uel Aloba:quomodo ĩ his locis cenſeat᷑?quomo/
do longĩqua?᷑ quomoda argenti ubi uena eſt?᷑ Hæc autem ſoluit ſequẽ/
ti uerſu:quem ſic ſcribit.

Hĩc & Amazonas odiuſque & Epiſtrophus una.

Ducunt:ex Alopa:unde ferox genus eſt mulierum:

Hac ſolutione ĩ aliã fictionẽ ĩcidit.nuſq̃ enim hic Alopa ĩueniť & muta
tio præter ſcripturæ fidẽ ĩnouata rei ficticiæ ſimilis eſt.Scepſius nec hu/
ius opinionẽ recipere ueſter:nec eoꝝ q exiſtimãt Halyzonas circa palle/
nẽ habitare:de qbus ĩ rebus Macedonicis fecimus mẽtionẽ.dubitat etiã
quomodo ex nomadibus q ultra Boryſthenẽ habitãt:putãdũ ſit ſocieta/
tẽ troianis ueniſſe.Hecatei uero Mileſii:& Menecratis: Xenocrati fami
liariũ:& Palephati opinionẽ ſummope laudat.quoꝝ alter ĩ pagrationem
terræ dicit Otymũ amnẽ ad urbẽ Alaziã fluere.& p Mygdonẽ cãpum
ab occidẽte Edaſcylitico lacu:ĩ Rhyndacũ emittere. nũc dicit Alaziam
deſertã eſſe:& multos Amazonũ uicos habitari p quos Odryſſa fluit at/
que ĩ iis eximie Apollinẽ colı.præſertim apud Ephoriã Cyzicenoꝝ Me
necrates ĩ Heleſponti peragratiõe locis ultra Myreã regionẽ imminere
ait mõtana quædã ppetua:quæ Halyzonũ gẽs habitauit. ſcribẽdũ ĩquit
eſt p Geminũ.L.q̃q̃ poeta per ſimplex ſcripſit:ꝓpter mettũ.Palephatus
putat ex Amazõibus tũc Alopãnũc uero zeliã habitãtibus:odiũ & Epi
ſtrophũ cũ exercitu ueniſſe.Hæ itaq; opiniones quã laudẽ meręt᷑? nam
niſi ãtiqua ſcriptura & hi moueãt᷑:nec argẽtarie oſtẽdi poſſunt: ubi ſint:
ĩ Myrleatico lacu. nec quomodo q hinc: Ilion uenerũt:de longĩquo fue/
rĩt:etiã ſi deť Alopã uel Alaziã eſſe.Hæc enĩ multo ſunt uiciniora Tro
iæ:q̃ ea quæ circa epheſum iacẽt.Sed q dicunt Amazonas circa pygella
eſſe:iter Epheſum & Magneſiã: & prienẽ garriunt(ut Demetrius ait)nã
lõgĩquitas ei loco nullo mõ põt accõmodari:ĩmo nec ei accõmodať:qui
circa Myſiã Teutraniãq; eſt.dicit itaq; accipienda eſſe quædã ac ſi ĩpro/
prie addant᷑:quemadmodum illud longe ab Aſcania.& illud

Quod dederat genitrix Arneus nomẽ habebat.Et illud

Ipſa manu clauim compræhendit penolopæa.

Quod ſi detur:at illa certe danda non ſunt:qbus Demetrius accedit:quĩ
exiſtimãtibus dici oportere:longĩqua ex Chalyba:nequaq̃ probabiliter
contradixit.nam concedens quod licet nunc apud Chalybes non ſint ar
gentariæ:fuiſſe tamen contingit.illud non cõcedit:quod illuſtres eſſent:
& memoratu dignæ:quẽadmodũ ferrariæ.Inqet aliquis qd uetat eas illu
ſtres fuiſſe:quẽadmodũ ferrariæ?᷑ Nã ſi ferri copia locũ illuſtrẽ facit:qua
re non argẽti?᷑ qđ ſi non heroum tempore:ac homeri ætate argẽtũ ĩ opi/
nionẽ uenerat.Sed num q̃ſq̃ poetæ dictũ accuſet?᷑ quomodo æris fama

e media Italia:quomodo Thebaicaꝝ opum ex ægypto ꝓuenerat ad poe tã?cũ ipſe duplo fere ab ægyptiis thebis abeſſet:q̃ a Chaldæis? Sed nec cũ iis concordat:qbus aſſentit. nã cũ deſcepſi docet patria ſua: dicit pro pe ſcepſim & Eſapũ Eneã uicum & Argyriã:& Alazoniã eſſe: quæ ꝓfecto ſi ſint circa Eſapi ortũ ſunt Hecateus ait ultra eius hoſtia.Palephater aũt prius Alopã habitatã:nũc zeliã:diuerſa ab illis dicẽs. Necitaq; Menecrates dicet:quæ ſit Alopa:uł aloba:ſiue quomodocũq; ſcribere uelit. nec ipſe etiã Demetrius:cum aduerſus Apollodorũ eiſdẽ de rebus i troiana iſtructione diſputat.Sed cum ãtea multa dicta ſint nũc etiam dicẽda ſunt.Is enim nequaq̃ putat Halyzonas extra Halym accipi oportere: cũ nulla belli ſocietas troianis aduenerit ab iis:qui trans halym ſunt.Primũ itaque poſtulabimus ab eo ut doceat:q nam ſunt Halyzones: & longinqua ex Alyba argenti ubi uena eſt.nequaq̃ enim id poterit.præterea q̃obrem nõ cõcedit ex ulteriore Halys regione ſocietatem ueniſſe.Nã ſi oẽs alias cis flumẽ fuiſſe contingit:præter Thraciã:nihil obſtat unã hãc ueniſſe ex ulteriore regione.quæ Trans leucoſyros eſt.an ex his locis atque ulterioribus bellãdi gratia traiicere poterãt quẽadmodũ Amazones & treres & Cimmerii:ſocietatẽ uero coniungere non poterãt: Amazões itaque belli ſociæ non fuerũt qa Priamus bellum aduerſum eas:i ſocietatẽ Ionum geſſerat.dicit enim Priamus.

Tũc & Amazonidũ turmas ueniſſe recordor:
Vnde uiris delectus ego ſocia arma ferebam.

Quomodo Amazonibus finitimi erãt:cũ nõ adeo de longinquo eſſent: ut difficulter ĩde accerſirent:& cũ nullæ ſubeſſent inimiciciæ:nihil mea ſententia uetabat i ſocietatẽ cũ troianis cõiũgi.Sed nec antiquoꝝ opinio dicere poteſt:qd̃ cum oẽs cõcordiã haberẽt:nemo ex ulteriore Halys regione cõmunicarit i bello troiano.quin potius i contrariũ teſtes ĩueniuntur.Meandrius putat enetos a Leucoſyris ꝓfectos.troianis auxiliũ tuliſſe:atq; inde cũ tracibus digreſſos:in Hadriæ ſinu habitaſſe.Enetos uero Cappadoces:huius expeditionis non fuiſſe participes.quæ res hinc confirmat:qd̃ tota Cappadocia quæ prope Halym eſt:& Paplagoniæ adiacet:duabus utiq; linguis.& Paplagonicis nominibus abũdat:ut Bagas & Biaſas & Eniates & Rhatoces & Zardoces & Tibrios & Gaſes & Oligaſes & Manes.Hæc enim nomina i Bamonitica & Pemolitica:& Zaglethitica:& Gazacena.aliiſque compluribus locis abundant.Apollodorus ipſe Zenodoti illud affert:qui ſcribit.

Ex Eneta muli ducunt genus unde feroces.

Hanc dicit Hecateum mileſiũ:ꝓ Amiſo accipere.Dictũ ẽ enĩ Amiſum Leucoſyroꝝ eſſe:& extra Halym.Eſt etiam ab eo alibi dictũ:quod poeta Paphlagonũ mediterraneoꝝ hiſtoriã ex iis habebat: q regionẽ pedeſtri itinere permeabãt Orã uero maritimã ignorabat:ſicut & aliã ponticã.nominaſſet enim eã immo ex ꝓgratione nũc ꝓtractata: cõtrarium dici poteſt:quod orã maritimã omnẽ ꝓmeauit:& nihil prætermiſit:qd̃ tũc eſſet memoratu dignũ.Quod ſi Heracliã:& Amaſtrim: & Sinopẽ nõ nominat:nihil miꝝ.nõdum enim habitabant:nec abſurdũ eſt ſi mediterranea nõ cõmemorat:nã nõ nominare etiã mł̃ta quæ nota ſũt(ut ĩ ſuperioribus declarauimus)nequaq̃ ignorãtiæ ſignũ ẽ:ignorare illum dicit multa circa põtum illuſtria:tum gentes:tum flumina:nominaſſet enim: hoc ꝓfecto ĩ qbuſdã ualde iſignibus cõcedi poteſt.ut Scythis meotide:& hiſtro.nequaq̃ enĩ per ſigna de Nomadibus dixit.

Lac potãt.inopes degũt.iuſtumque ſequũtur.

Præterea claros eqmulgos.de Scythis uero id nõ dixit:uel Sauromatis: uel Sarmatis ſiqdem a græcis ita dicebant.nec etiam cũ de Tracibus ac Myſis:q apud hiſtrum ſũt mentionẽ facit:eũ ſilẽtio præterit: cum maximus ſit fluuioꝝ:& cũ alioquin commode loca fluminibus diſterminẽt. nec cũ de Cimeriis diceret: Boſphoꝝ aut meotim omiſit. i iis uero quæ nõ ualde ſunt iſignia:aut nõ tũc:aut nõ ad ꝓpoſitum: quare quiſq̃ accuſetur?ut Tanaim ipſum ob nullã rem aliã cognoſcimus: q̃ qa Aſiæ atque Europæ cõfinium ẽ.ſed eius tẽporis homies nõdũ Aſiã: nec Europã nominabãt. nec dũ terraꝝ orbis diuiſus erat i tris cõtinẽtes.Eas enim nõnũq̃ ꝓpter maximã claritatẽ nominaſſet. quẽadmodum Libyã:ac Libẽ:q ab occidẽtalibus Libyæ partibus flat.ſed nec Tanaim cũ nõdũ cõtinẽtes eſſent ſeparatæ.oportuiſſet enim mẽtionẽ de eo fieri.Sed multa ſũt memoratu digna:quæ nõ prætermiſit.Multiplex ꝓfecto ẽ ea ratio:quæ & ad agẽdum:& dicẽdum hoc potius:q̃ illud homies iclinat.Quibus ex rebus certũ eſt quod cõiectura nõ bona utunt:qui poetæ ignorãtiam ex eo argui putant ꝙ aliquid ab eo reticeatur. malum certe mł̃tis redargui argumẽtis debet.nã multi eo plurimo utũtur.Refellẽdi itaque ſunt:qui talia dicũt:q̃q̃ ſæpius eadem repetamus:ut ſi quis dicat ideo flumĩa ignorari:quia nõ nominẽtur:ſtulte dictum dicemus. quando nec Hometus Meletem amnẽ prope Smyrnam fluẽtem nomĩauit.quæ a plurimis patria eius dicta ẽ.& cũ Hermum flumẽ & Hyalum nomĩet:pactolũ nuſq̃ nomĩat:qui ĩ idem fluẽtum immittit:i quod illi: & initium a Tmolo habet.nec Smyrnam:nec alias Ionum ciuitates nomĩat:cum ex Aeolicis pleraſque cõmemoret.ut Miletum.Samũ Leſbum.Tenedum.nec Lætheum fluẽtem iuxta Magneſiam:nec Marſyam qui i Meãdrum emittit cum illum nominet.ad hæc etiam

Et ſeptẽ Rheſi uada:tũ Rhodiũ:atque Careſum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quorum pleraque nō ſunt aqueductibus maiora:& cum multas urbes ac regiones nominet:ĩterdum flumina & montes adnumerat.ĩterdū mi/nime.Aetolica enim & Attica: & alia complura flumina nō nominat:& cum de lōginquis fecerit mētionē ꝓpinquoꝝ nō admodū meminit.nō ꝙ ea ignoret:quæ cæteris ſunt nota:ſed nec propiquos eque nomiat:nā alios nomiat.alios minime.ut Lycios:ac Solynos.Milyes uero & Pāphy lios & Piſidas minime:& Paphlagonas quidē:& Phryges & Myſios no/minat.Mariandynos uero:& Thynos & Bithynos & Bebricas minime. Amazonū quidē meminit.de Leucoſyris:Syris:Cappadocibus & Lyca/onibus miꝝ ſilētium.Phœnicas & Aegyptios diuulgat. & Haleiū cāpū: & Arimos nomiat.gētem uero ĩ qua hæc ſunt reticet. quare huiuſmodi argumētum falſum eſt:ſed tunc ueꝝ cum aliquid falſo dictū oſtēditur. Sed nec Apollodorus ĩ hoc clare ſe geſſit:nec auſus eſt hæc figmēta ap/pellare:claros equimulgos:& lactis potores.atque hæc aduerſus eū dicta ſint.nunc ad reliquam peragrationē redeamus. ultra loca Pharnaciæ & Trapezunti proxima:ſunt Tibarni & Caldæi uſque in Harmeniā mi/norem Ea ē regio ſatis felix:ac ſemp a potētibus occupata: quēadmodū Sophina qui interdū cū cæteris Harmeniis amiciciam habebāt:ĩterdum per ſeſe uiuebant.Hi ſub ſe Chaldæos & Tibarnos habuere. ut eoꝝ im perium uſque Trapezūtē:Pharnaciāque pertēderet. Mithridates uero Eupator auctus Colchidis:& hoꝝ omnium imperium adeptus eſt: cedē te ei Antipatro.atque ita regionē omnē curauit:ut.lv. caſtella ĩ ea cōſtru xerit:quibus maximā opum ſuaꝝ partem credidit.hoꝝ clariſſima erant Hydara & Boſgodariza & Synoria:locus in confinibus maioris Harme niæ ſitus.quapropter Theophanes eum Synoriā nominauit.Nā tota pa ryadre mōtana multas huiuſmodi cōmoditates habet.Aquoſa enim eſt & ſiluoſa & præruptis uallibus ac præcipitiis munita quibus in locis ma ximā theſauroꝝ ſuoꝝ partē habebat . atque in hos tādē pontici regni fi/nes:urgēte Pōpeio aufugit:occupans in Acileſina iuxta Daſtira: montē quēdā aquis abūdātē prope quē Euphrates fluebat.q ab Harmenia mi/nore diſterminat Acileſinā.& tā diu ibi ē īmorarus : donec propter obſi dionē ĩ Boſphoꝝ fugere coactus eſt. Pōpeius circa hūc locū urbē condi dit:ĩ minore Harmenia:nomine Nicopolim.quæ nūc etiā ſtat & optime habitaſ.Nā cū minorē Harmeniā ſæpe alii atque alii haberēt:prout Ro mani uolebāt:poſtremo eā Archelaus tenuit: Tibarnos & Chaldæos:uſ que ĩ Colchidē & Pharnaciā & Trapezuntē Pythodoris habet pudica ſane mulier:& īperandi perita.Ea Pythodori Tralliani filia fuit. & uxor Polemonis:quæ aliquandiu cū illo regnauit.Deīde ĩ īperio ſucceſſit:illo apud Apurgianos mortuo:q Barbari circa Sidicā ſunt.Ex Polemōe filii duo relicti:& filia:quæ Coſy Sapeo data eſt.quo dolo interēpto:celibatū agit.ex eo filios habēs:quoꝝ natu maior īperat. Ex filiis Pythodoridis:al ter ut priuatus cū matre adminiſtrat īperium. Alter maioris Harmeniæ nup Rex eſt declaratus.ipſa Archelao nupta:cū eo manſit uſque ad ex/tremū.Nūc uidua ē & dicta loca habet.& alia illis elegātiora:de quibus deīceps dicēus. Nā pharnaciæ cōtinua ē ſidina & Themiſyrā: ultra has eſt Phanarea:quæ pōti partem optimam obtinet.nam & oleis:& uitibus cōſita eſt. & cæteris rebus excellit.a partibus oriētalibus Paryadrā obtē/dit ĩ lōgitudīe ſecū pariter progrediētē:ab occidētalibus lithrū & ophli/mū.ĩ ea eſt conuallis quædam:longitudine ac latitudine inſigni.Hāc ab Harmenia Lycus irrigat.ab anguſtiis circa Amaſiam iris:ambo ĩ media ualle concurrūt. ĩ concurſu urbs ſita quā primus fundator a ſe Eupato/riano nominauit.Pōpeius cū eā inchoatā inueniſſet addita illi regiōe: & colōis:magnopolim appellauit.ea itaq; in media planicie iacet.Sub ipſis autē paryadræ radicibus:Cabira ſita ſunt:ſtadiis centū &.l.q magnopo/lis auſtraliora.Mithridatis ſedes Cabiris erat. Ītē palmentum & uiuaria & uicinæ uenationes & metalla. ibi etiā is erat: qui nouus locus appella/tus eſt.Petra munita:ac prærupta:ad.cc.ſtadia Cabiris diſtās.Ea in uerti ce habet aquæ fontē uberrimū. ad radicē flumē:ac uallē profundam:pe træ altitudo ingēs:quare obſideri non poteſt. mœnibus autem mirifice ſtructa:niſi quantū Romani diruerūt. circūcirca ſiluoſa & mōtana & ſic ca.adeo ut intra cētū ac uiginti ſtadia caſtra non patiaſ. ĩ ea erāt precioſiſ ſimi Mithridatis theſauri:qui nūc ĩ Capitolio ſunt a Pompeio dicati:to/tā hāc regionē Pythodoris habet:Barbaris cōiūctā: q ſub ipſa ſūt. habet etiā Zeliēſē & Megalopolitanū agrū.& cū Pōpeius Cabira ſtruxiſſet in urbis modū:ac Diopolī nomiaſſet:Pythodoris eā auxit:& auguſtā appel lauit:atq; ꝓ regia utiſ. Habet etiā fanū:qđ mēſis Pharnacis appellaſ. A meriā ſcilicet uicū:ĩ urbis modū: mꝝtos ſacros ſeruos hñtē: & regionē ſa cram:cuius fructū ſacerdos ꝓcipit.Hoc fanū adeo reges uenerati ſūt: ut qđ ipſi regiū iuſiurādū uocant:id regis fortunā & Pharnacis mēſem di xerint.Eſt autē hoc lunæ fanum:quēadmodū id:quod apud Albanos ē. & ea quæ ſunt in Phrygia:mēſis ſcilicet tēplum.in eiuſdē nominis loco & Aſecti tēplū:qđ apđ Antiochiā ē:Pyſidiā uerſus:& id qđ ĩ agro ē An tiochiæ.ultra Phanareā ſūt Cōana pōtica:eodē nomīe quo maioris Cap/padociæ comana & eidē deæ cōſecrata: & īde ædificii exēplū ſūptū ē: & fere ſimili ritu utunſ & ſacroꝝ & diuinationū:& cultus erga ſacerdotes. & iis maxime:quæ ante reges fiebant: quādo bis in ānō ĩ feſtis: quæ deæ exitus appellantur:ſacerdos diadema geſtabat:& ſecundus erat in hono/re poſt regem.Sed prius de Dorylao ſtactico diximus; qui proauus fuit

matris noſtræ.& de altero Dorylao:q̄ illius nepos fuit:& filius Phileteri. q̄ ille cū maxios alios honores: & comanorū ſacerdotium ab Eupatore accepiſſet:regnū ꝓdere Romanis depræhēſus eſt.illo euerſo totū genus in calumnia fuit. Tandē Moaphernes matris noſtræ patruus:in regni euerſiōe ſe dare geſſit: quapropter rurſum cum rege fuit fortunatus:& ipſe & illius amici quicūq̄ ab eo nō deſeruerunt: quēadmodū auus noſter ex patre matris:qui cū regis ſtatū periclitari cerneret: in eo bello qđ cū Lucullo gerebat:alienatus ab eo:& ualde ifenſus:propterea q̄ Tibium conſobrinū ſuum:& Theophilum illius filiū pauloāte interfeciſſet: ad ſe: atque illos ulciſcendos:permotus eſt. Quare fide publica a Lucullo accepta.xv caſtella ad defectionē ꝓduxit: quibus ex rebus pollicitationes ei maxime ab impatore factæ.Sed cū Pompeius belli ſucceſſor aduenſſet:quicūq̄ Lucullo gratificati fuerant:omnes inimicos habuit:ꝓpter eā ſimultatē: quæ ſibi cū illo erat.Finito autē bello Romā reuerſus eui/cit:ne pollicitationes quas Lucullus pōticis fecerat: Senatus perficeret. Iniquū eſſe dicēs: ut cū alter bellum cōfeciſſet:alter præmia reportaret: & munera diſtribueret.Comana itaque ſub regibus adminiſtrabant:ut dictū ē.Pōpeius poteſtate rex̄ accepta Archelaū ſacerdotio præfecit. atque duos agri Schoenos ſacræ regioni addidit enim ſtadia.lx.iuſſitq̄ habitatoribus:ut ei obtēperarent.His ergo impabat.& in ſacris ſeruis potestatē habebat:urbē habitantibus. præterq̄ uēdendi q̄ quidē non pauciores erant.vi.milibus.Archelaus filius fuit eius quē Sylla & Senatus i honore habuerūt.Gabinio quoque uiro conſulari: ualde familiaris: quo in Syriā miſſo:& ipſe ſpe communicandi: cū eo profectus eſt iā ad parthi/cū bellum parato:quod cū Senatus non permitteret:hac ſpe amiſſa: aliā maiorē nactus eſt:per id tēpus ægyptii Ptolemæū eiecerant patrē Cleopatræ.cuius filia natu grandior:Cleopatræ ſoror:regnū tenebat. Sed cū uir huic e ſtirpe regia quæreret. Archelaus fauētibus q̄buſdā ſeipſum obtulit:Mithridatis Eupatoris filium affingēs. quare ſuſceptus ſex menſibus regnauit. Hunc poſtea Gabinius i prœlio interemit reducto Ptolemæo:eius uero filius Sacerdotiū accepit.poſtea Lycomedes: cui & alia regio Schoenorꝝ quattuor addita eſt eo ſublato Dytatus poſſidet:Adiatorigis filius:qui dignitatē hāc a Cæſare auguſto ob uirtutē ueſter obtinuiſſe.Nā Cæſar Adiatorigē cū uxore ac filiis i triumphū ducēs illū cū filio maiore ſtatuit iterimere.maior uero hic erat: ſed cū ſecundus ex fratribus militibus qui eū ducebant ſe maiorē affirmaret: diu inter ambos cōtētio fuit.quouſq̄ parētes Dytato ꝓſuaſere:ut iuniori cederet: aſſerentes:cū ipſe ætate eſſet prouectior:maiorē de matre ac reliquo fratre curā habiturū.itaq̄ alter cū patre iterēptus eſt.alter uero ſeruatus q̄ dignitatē hanc eſt conſecutus.Nā cæſar ubi uiros iterēptos ſenſit:doluit uehemēter. quare eos qui ſeruati erāt:beneficio & cura ꝓſecutus:hanc eis dignitatē iptuit Comana hominibus abūdāt.inſigne Harmenior̄ Emporiū. Conueniunt eo ad deæ feſta:quæ exitus appellāt:undiq̄ ex ciuitatibus uiri ſimul ac mulieres.Multi huc ex uoto uenientes deæ ſacra ꝓficiunt. ícollæ molles ſunt:ac delicati:oía uitibus cōſita.mulier̄ multitudo maxima:& operatrix:quæ magna ex pte ſacræ ſunt. Hæc enim ciuitas quaſi quædam parua Corinthus eſt.Nam & Corinthum propter maximam meretricum multitudinem:quæ ueneri erant conſecratæ:multi ꝓficiſcebantur. atque ibi feſta celebrabant Mercatores uero ac milites cōſumebantur. Vnde huiuſmodi de eis prouerbiū effert: non omnis hominis eſt corinthū nauigare:ac Comana quidē ſunt huiuſmodi. circūſtātē uero regionē totā Pythodoris tenet.eius ē etiā Phanarea & zeleticus & Megalopolitanus ager.de Phanarea dictū ē Zeletica regio zela urbē:ſuper aggere Semiramidis cōditā habet.i ea tēplum ē Anaitidis quæ ab Hermeniis colit.Hoc in loco ſacra:cū ſanctimonia maxima celebrant:& iuſiurandū de rebus maximis hic fit.Sacror̄ ſeruor̄ multitudo:& honores Sacerdotū ab regibus facti:eūdē ritū habebāt: quē ſupra memorauiſus. Nūc oía Pythodoris tenet.Sacror̄ aūt ſeruor̄ mꝫtitudo:ac cætera copia: a mꝫris labefactata & iminuta ē Imminuta ē etiā adiacēs Zeletica regio: i cōplures pricipatus diſtributa.quæ ſup aggere(ut diximus)zela ciuitatē habet.nā reges olim zela nō ut ciuitatē ſed ut Perſicor̄ deor̄ tēplum colebāt:& ſacerdos rex̄ omnium poteſtatē habebat.habitabat a multitudine ſacror̄ ſeruor̄ & a ſacerdote poteſtatē maximā habēte.Nō enī pauca hæc urbs poſſidebat. Pompeius multas ei prouincias adiecerat. & tū eā:tū Megalopolim urbes nomīarat.hac & Camiſena:quæ minori Hermeniæ & Lauianſenæ finitimæ ſunt in unū compoſitis.Hæ ſales foſſiles habēt:& Camiſa puetuſtū caſtellum:quod nunc dirutū eſt. Poſteriores Romanor̄ duces ex comanis i ptes duas diuiſis alia ſacerdotibus Comanor̄ dederunt:alia ſacerdoti zelor̄.alia Teporigi cuidā homini præpotēti:& e tetrarchica ſtirpe galatar̄.quo mortuo portio hæc:quæ non multa erat Romanis ceſſit & prouincia ē appellata icolæ ad oppidū Carana cōueniunt.a quo Caranēſis regio dicit.Reliqua Pythodoris & Dytatus habent Reſtāt ex ponto ea quæ inter hanc regionē & Amiſinos & Sinopēſes tēdūt:Cappadociā & Galatiā & Paphlagoniā uerſus poſt Amiſinum agrū:uſque ad Halym ē Phazemonetica:quā pompeius Megalopolim nominauit.& facta apud Phazemonē uicū habitatione:eā Neapolim appellauit.Septētrionale huius regionis latus Gazilotus & Amiſinus agert claudit.occidētale Halys:oriētale Phanarea. Reliquū Amaſiētiū regio:

quæ plurima ẽ & cæteraꝝ ōniū optima:ptẽ itaq; Phazemonitícā uersus: lacus q dã occupat:pelagi magnitudíe:noíe Sciphana:pisсosus & uariis pascuis abundãs.adiacet ei Cizara castellũ munitissimũ:nũc autẽ deser/ tũ. ꝑpe regia cõstructa ẽ.Reliq regio magna ex pte nuda:frumẽti tamẽ ferax.Amasienſibus íminẽt aquæ calidæ:& ualde ſalubres: quæ Phaze/ monẽtiũ sũt.íminet etiã Sagyliũ castellũ sup mõte quodã situ:erecto & excelso & in acutũ tendẽte.Id aquas abũdãtissimas habet.nũc aũt q̃q̃ re/ gibus ad multa utilissimũ:neglectũ tamẽ est. Hic Arsaces dominatũ:& nouas res mouẽs a filiis Pharnacis regis captus:interẽptusq; ẽ: nemíe id ex ducibus ꝓmittẽte.captus ẽ aũt non ui:sed fame munitione a Polemo ne & Lycomede regibus capta.Nã ex planitie pulsus:í montẽ aufugit ſi ne ullo cõmeatus apparatu:& aquã arduis petris obstructã iuenit.Id enĩ Pópeius effecerat:iubẽs castella oía dirui.ne latronibus í mõte aufugere uolẽtibus utilia relinquerẽt.ille Phazemonẽsem agrũ sic cõstituit.poste riores uero eũ regibus distribuerũt. Vrbs nostra í ualle quadã iacet ma/ gna & ꝑfunda:ꝑ quã Ogris flumẽ fert.mira ꝑuidẽtia & natura constru cta:quæ castelli usum potest exhibere.nã petra q̃dam ẽ alta:& præceps: & in flumẽ abrupta:quæ í fluminis ripa ad quã urbis habitatio ẽ:murũ habet.ex utrisq; lateribus ad uertices duos recurrit:q pulcherrime turri ti:pariter consurgũt.In hoc circuitu regiæ sunt & regũ monumẽta.Ver tices ipsi angustũ utriq; iugũ habẽt:quinq; sexue stadioꝝ altitudíe: a flu mine & suburbanis utraq; ex ꝑte ascẽdẽtes.a iugo ad uertices ẽ alius sta dii ascẽsus:acutus sane:q uim omnẽ exupet. habet etiã aquas ítrorsum: quæ auferri non possunt.Sũt.n.fistulæ duæ.quaꝝ alter ad flumẽ tẽdit: alter ad iugũ. flumẽ põtibus iũgit: altero ab urbe í suburbanũ: altero a suburbano í exterioꝛẽ regionẽ.ad hũc põtẽ mons desinit q saxo íminet. Cõuallis a flumíe ꝓgredit nõ admodũ lata:í initio postea dilatat:& pla nicíẽ efficit:quæ Chiliocomiũ appellat.deíde ẽ Diacopẽa: & Pimolisena regio:tota felix:usq; ad Halym atq; septẽtrionales Amasienſiũ ptes. hæ sunt quígẽtoꝝ fere stadioꝝ lõgitudine:deíceps reliqua seqt:multo ac lõ gior:usq; í Babanomũ:ac Ximiná quæ etiã ad Halym usq; descẽdit.Lõ gitudo qdẽ hæc est.Latitudo uero a septẽtrione austrũ uersus í Zeliticã & Cappadocíã maioꝛẽ usq; ad Troginos.í Ximía sunt sales fossiles a q/ bus Halym flumẽ dici putãt:í nostro agro multa regio deserta ẽ:& mꝑ/ ra castella diruta:ꝓpter Mithridaticũ bellũ.is arboribus plenus:& pascẽ dis eqs:ac cætero pecori idoneus:& totus habitabilis ẽ. Amasia prius fu/ it regibus data:nũc ꝓuíncia ẽ.reliq pars ad põticam ꝓuíniã ptinet trãs ha lym.circa Ogasim:Sinopẽsi agro cõtigua.Olgasis mõs est altissimus:& aditu difficillimus:í quo plurima Paphlagonũ tẽpla sũt:circũstat Blæna

& Domãetica regio satis ferax: ꝑ quã ãnias flumẽ illabit.Hoc í loco Mi thridates Eupator:Nicomedis bithyni copias funditus deleuit. haud q/ dẽ præsens:sed ꝑ ípatores.unde ille cũ paucis domũ fugiens seruatus ẽ. & íde in Italiã nauigauit.Hic uero secretus:ípetu facto:Bithyniã cœpit: Asia usq; í Cariã ac Lyciã occupata atq; hic urbs Põpeiopolis cõstructa est.í hac urbe ẽ Sãdaracurgiũ: nõ mꝫtũ distãs a Pimolisis:quod castellũ regiũ ẽ:nunc autẽ dirutũ a quo regio ex utraq; fluminis ꝑte Pimolitica appellat.Sãdaracurgiũ mõs est cõcauus ꝓpter metalloꝝ effosionẽ. hũc opatores maximis cuniculis subeũt. Solebãt olim publice operari:& fos soribus utebant seruis:ex aliquo maleficio redẽptis.nã præter operandi laborẽ:q maximus est:dicũt aerẽ ex metallis lœtiferũ esse atq; ítolerabi/ lẽ:ꝓpter odoris grauitatẽ e glebis ꝓdeuntẽ.unde corpora cito ibi mori. sæpe metalloꝝ effossionẽ deficere:ꝓpter opariorꝝ ícõmoditatẽ:q cũ plu res sint q̃.cc.cõtinue & morbis & labe absumũt.atq; hæc de ponto dicta sint.post Põpeiopolim ẽ reliq Paphlagoniæ mediterranea:usq; in Bithy niã euntibus occidẽtẽ uersus.huic quæ ꝑua quidẽ ẽ: pauloãte ætatẽ no/ strã multi ípabant.nũc stirpe regia extincta.Romani habẽt:quæ aũt Bi/ thyniæ finitima ẽ Timonetica & Marmoletica & Sanisena & Potamia nominant.Erãt etiã Cinistena quædã:í q̃ erant Ciniata:castellũ munitissi/ mũ:Olgasi monti subiectũ quo Mithridates:q eius conditor dicit:rece/ ptaculo usus:ponti ímperiũ adeptus ẽ.& q ab eo ꝓfecti sunt:usq; ad Eupa torẽ successionẽ seruauere.postremus uero Deiotarus Castori filius: co/ gnomẽto Philadelphus Paphlagoniæ impauit: & gãgra Morzei regiam habuit id autẽ ẽ oppidũ simul & Castellũ.Eudoxus auctor ẽ fossiles pi/ sces esse í Paphlagonia í locis siccis:locũ tamẽ nõ determiat. itẽ í humi/ dis circa lacũ Ascaniũ:q apud Cumi ẽ. sed nec id perspicue dicit. Postq̃ Paphlagoniã põto finitimã exposuimus.nã Paphlagõibus:occidẽtẽ uer/ sus finitimi sũt Bithyni:quæ ad hos ptinẽt:psequi conabimur. postea ex iis atq; Paphlagõibus alio sumpto prícipio:cætera cõtexemus: quæ post hos sunt austrũ uersus:usq; ad tauꝝ montẽ:quæ.s.cũ põto & Cappado/ cia atq; ꝓcedũt:nã huiusmodi ordinẽ ac partitionẽ ipsam locoꝝ natura describit.Bithyniã ab oriẽte Paphlagones:& Mariãdyni & Epicteti pars termiat a septẽtrione mare ponticũ:qd ab hostiis Sangarii:usq; ad os tẽ/ dit:qd iuxta Byzãtiũ ẽ:& Calcedonẽ: ab occidẽte propontis. Ad austrũ Mysia & Phrygia quæ Epictetus dicit.eadẽ Hellespõtia Phrygia nomi nat.huius ẽ Calcedon:í põti ore sita:quã Megarẽses cõdidere:& Cryso polis uicus:& Calcedoniũ fanũ. Hæc regio paulo supra mare fontẽ ha/ bet:nomine Azaritiũ q paruos Crocodelos nutrit. post Calcedonũ seq/ tur littus:quod Astacenus sinus appellatur; q pro pontielis pars ẽ. in eo

cõdita ẽ Nicomedia:dicta de noie regis cuiuſdã Bithyni: q eã condidit. Multi enim eodẽ noie uocati fuerũt:quẽadmodum Ptolemæi: propter prioris claritatẽ.i ipſo ſinu fuit urbs Aſtacus:quã Megarẽſes & Atheni/enſes condidere:& poſtea Doedalſus:a qua ſinus nominatus eſt. deide a Lyſimacho diruta habitatores eius Nicomediam : a Nicomediæ condi/tore tranſlati ſunt. Aſtaceno ſinui:alius cõtinuaꝫ magis ad oriẽtem ſolẽ recedẽs:i quo pruſias eſt:quæ prius Cius appellabaꝫ.Cium Demetrius euertit deditque Pruſiæ zelæ q hãc euertit.& Myrleam Pruſiæ uicinam is a ruinis eas excitans: Ciũ a ſe Pruſidã Myrleã uero ab uxore Apamiã nominauit.Hic eſt ille Pruſias q Annibalẽ huc concedẽtẽ ſuſcepit:poſt Antiochũ ſupatũ:& Phrygiæ Helleſpontiæ ſeditionẽ:aduerſum Attali/cos ex cõpoſito factã. hãc priores minorẽ Phrygiã illi Epictetũ nomina/uere.Pruſiadi mõs iminet:quẽ Argãthoniũ uocãt.Hoc i loco hylã unũ ex ſociis Herculis:q etiã Argonauta erat: cũ aquatũ egrederet a Nym/phis captũ finxerũt.Ciũ cũ & ipſe Herculis ſocius eſſet:& cũ eo nauiga/ret:e Cholchis redeũtẽ:ibi remanſiſſe.& urbẽ de ſuo noie condidiſſe: & adhuc feſta quædã apud Pruſienſes celebrant:i quibus p montes uagi: ac ſaltãtes Hylã uocãt:quaſi i ſiluas ad illũ iquirẽdũ egrediãt. Pruſiẽles cũ beniuole ſe erga Romanos geſſiſſent:libertatẽ ſunt aſſecuti. Apamiẽ ſes Romanoꝝ coloniã acceperũt.Pruſia urbs eſt:i olympo myſio ſita:& recte gubernaꝫ:Phrygibus ac myſis finitima Ea a pruſia condita ẽ:q cũ Croeſo bellũ geſſit:ſed Phrygũ & Bithynoꝝ & Myſoꝝ fines determia/re:Itẽ dolionũ: q circa Cyzicũ ſunt: & Mygdonũ & Troũ difficile ẽ:q una quæq; natio diſtincta eſſe debeat:id cõcediꝫ.Nã & de Myſis ac Phry/gibus huiuſmodi ꝓuerbiũ ẽ.Phrygũ ac Myſoꝝ fines ſepati : ſed diffini re difficile.cauſa ẽ qa cũ icolæ Barbari ac militares eſſẽt:quæ uiciſſẽt nõ firmiter tenebãt:ſed frequẽtius ut uagi & errãtes:mõ eiiciebaꝫ;hæ gen tes omnes thraciæ putãdæ ſunt:quia ulteriorẽ regionẽ ii colunt.& nõ fa/cile altera ab altera imutaꝫ. ueꝝ q̃ntũ nos cõiectura aſſeq poſſumus:iter Bithyniã & Eſapi hoſtiũ:Myſia poni poteſt.quæ mari contigua ẽ:& uſq; ad totũ pene olympum ꝓgrediꝫ.circũcirca i mediterranea eſt Epictetus quæ nuſq̃ mari contigua:uſq; ad Aſcanii lacus:& regionis orientales par tes euadit:nã eodẽ noie & lacus & regio appellabaꝫ.atq; alia Phrygiaca erat.alia Myſiaca:ſed Phrygiaca a troianis remotior. nam & illud poetæ dictum ſic accipiendum eſt:cũ ait.

Phorcys & Aſcanius Phrygias duxere cateruas.

Longe ex Aſcania

Phrygiaca ſcilicet:quod alia Aſcania uicinior ſit:quæ Myſiaca eſt:iuxta eam:quæ nũc Nicea appellaꝫ:cuius poeta meminit:cum dicit.

Myſorumque duces bellãtum cominus armis
Palmys & Aſcanius necnon morys:Hippotione
Natus:ab Aſcaniæ campo uenere feraci.

Nec mirandum eſt:cum quædam Phrygum ducem Aſcanium dixerit: ex Aſcania profectum:ſi dicat etiam Aſcanium quendam ductorẽ My ſorum ex Aſcania uenientem:multa enim flumina & lacus & loca:apud eum eodem nomine appellantur. Nam & ipſe poeta Eſapum Myſorũ confinium dicit.nam cum præter montanam troiæ regionem ſupra Iliũ recenſuit:quæ ſub Aenea erat & quam Dardaniam nominauit:mox ſe/ptentrionem uerſus Lyciã ponit pandaro ſubditã:in qua zela eſt: dicẽs.

Quique colunt Zeliam:extremæ radice ſub Idæ.
Aphnii ab Eſapo potantes flumine troes.

Zeliæ autem ſubiacet mare uerſus: & ſupra Eſapum: Adaſtriæ cãpus: & Tyria & Pitya:ac ea quæ Cizecena regio appellatur:priapum uerſus quam mox dinumerat.deinde rurſum ad orientales & ulteriores partes reuertitur.Quare oſtendit ſe regionem uſque ad Eſapum ſeptentriona/lem & orientalem Trocidis terminum arbitrari.Sed poſt Trocidẽ My ſia eſt:& olympus:ac huiuſmodi gentium ſitum antiqua memoria pro/dit:nunc omnia ſunt immutata.Nam cum ſæpe alii atque alii imperaue rint:alia cõfuſa ſunt alia penitus euerſa.Nã poſt captã troiam Phryges ac Myſi ꝑauere: deide Lydi:poſt eos Aeoles & Ioues:deide Perſæ ac Macedones.poſtrẽo Romani ſub quibus iã plurimi & linguas & nomi na ſimul amiſerunt. Cum alia quædam regionum diuiſio facta ſit; quã iuniores plurimum curare debent.Priſcæ autem partitioni mediocriter itẽdendũ eſt. in mediterranea Bithyniæ : Bithynica Teicis imminent: & regionem Saloni proximam: paſcendis bobus idoneam habent:un/de etiam Salonenſis caſeus dicitur:& Nicea Bithyniæ Metropolis iuxta lacum Aſcanium eſt: & campus ingens & ualde felix circunſtat: æſtate non admodum ſalubris . Eam primo Antigonus condidit:Philippi fili us:& Antigoniam nominauit.poſtea Lyſimachus quam ab uxoris nomi ne filiæ Antipatri Niceam appellauit:urbis ambitus eſt ſtadiorum ſede cim:in figura quadrata quæ in campo ſita portas quattuor habet. Ad re ctos ãgulos:& i munitiõem exciſa.quare ex uno lapide: qui circa mediũ gymnaſiũ poſitus ẽ:oẽs quattuor portæ cernunt. paulo ſupra Aſcaniũ lacũ ẽ oppidũ Otroea ad oriẽtales Bithyniæ fines.Eam ab Otroeo dictã putant.Quod prius Myſi Bithyniam habitauerint:teſtis eſt Scylax Ca riãdeus:qui Phryges ac Myſos dicit circum Aſcanium habitare:poſtea Dionyſius cõditarum urbium ſcriptor:q ait anguſtias apud Calcedonẽ & Byzantium:quæ nunc Tracius Boſphorus appellãtur: prius Myſiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Boſphoꝝ nominatas. atq; illud etiã teſtimonium poni põt:Myſos Traces eſſe:quod Euphorion dicit Aſcaniũ propter Myſum.

Aleyander quoque Etolus ait.

A quibus Aſcaniæ circunhabitantur aquæ.

Aſcanii per labra lacus quibus ante dolion
Sileni manſit filius ac Meliæ.

Cũ Aſcanius lacus nuſq; niſi hic ĩueniaſ.ĩ Bithynia fuere uiri in diſciplinis memorabiles:Xenocrates Philoſophus: & Dionyſius dialecticus:& Hipparchus & Theodoſius:& filii eius mathematici.Itẽ Cleophães orator ex Myrlea & Aſclepiades medicus pruſienſis.Bithynis ad auſtrum Myſi adiacẽt:olympo ꝓximi:quos alii olympinos: alii Helleſpõtios uocãt.& Phrygia quæ ĩ Helleſpõto ẽ:Paphlagonibus autem galatæ.ex his utriſq; auſtrũ uerſus:maior Phrygia: & Lycaonia uſq; ad tauꝝ ciliciũ ac piſidicũ. Sed quoniã quæ Paphlagoniæ cõtinua ſunt:ponto adiacẽt: & Cappadociæ:& gẽtibus quæ circũſtãt:ꝓpriũ erit ut partes his uicinas ante ptractemus:poſtea cõſequẽtia loco oſtendamus. Paphlagonibus itaq; ad auſtrũ ſunt galatæ:quoꝝ gẽtes tres ſunt.duæ Trogini & Toliſtobogi a ducibus nominatæ:tertia a gẽte quæ ĩ Celtica ẽ tectoſages.Hãc regionẽ poſt multos errores:& multas excurſiones: ĩ loca attalicis regibus & Bithynis ſubdita:galatæ occuparũt.donec eã quæ nũc galatia ẽ:& gallograecia dicit:ab illis nõ ĩuitis acceperũt. Dux trãſirus in Aſiã uidet fuiſſe Leõnorius.Haꝝ triũ gẽtiũ:quæ unius ſunt linguæ:& ĩ re nulla diſcrepãt:q unãquãq; in ptes quattuor diuiſere. unãquãq; Tetrarchiã uocauerũt:quæ ꝓpriũ Tetrarchã habebãt. itẽ iudicem & tribunũ Tetrarchæ ſubiectos:& duos ſub tribũos:&.xii. tetrarchaꝝ conſiliũ: q erãt uiri.ccc. & ĩ locũ cõueniebãt noie Drymenetũ:cõſiliũ de ſanguine de rebus cæteris:tetrarchæ ac iudices iudicabãt. Antiquus itaq; ordo huiuſmodi erat: ætate noſtra ad tres duces res delata ẽ.poſtea ad duos:deide ad unũ Deiotaꝝ tota potẽtia deuenit.cui poſtea ſucceſſit Amyntas nũc & hãc:& eã quæ ſub Amynta erat: Romãi tenẽt: omibus ĩ unã ꝓuitiã redactis:ꝓpõtũ & Cappadociã uerſus Trogini habẽt:ea optia omniũ ẽ:q̃s Galatæ icolũt:caſtella mœnibus circũdata hñt.uia Emporiũ eoꝝ q ĩ hac regione ſũt:ĩ qbus ẽ Aenea Iouis ſtatua:& delubrũ eius Aſylũ:itẽ Mithridatiũ: quod Põpeius Bogodaro dedit:e põtica pulſo. Tertiũ ẽ Danala ubi Lucullus & Põpeius cõuenere:cũ alter ĩ belli ſucceſſionẽ:alter illi poteſtate pmiſſa ad triũphũ ꝓgeret. Trogini itaque has partes habẽt. Tectoſages uero partes Phrygiam maiorem uerſus:iuxta Piſinuntem & Orcaoreos eorum caſtellum erat Anchora:eodem nomine quo & id quod Lydiam uerſus ẽ circa Blaytum Phrygiæ oppidum: Teliſtobogi Bithynis ſunt finitimi:& Phrygiæ quæ Epictetus dicit.Hoꝝ caſtella ſũt Bluciũ & Peiũ:quoꝝ alteꝝ deiotari regia erat:ĩ altero theſauros habebat.Piſinus Emporium eſt eoꝝ:q in hac regiõe ſunt:& tẽplũ maximũ habet magnæ uenerationis matris deũ:quã Angidiſtã uocãt.Sacerdotes olim præpotẽtes quidã erãt.Sacerdotiũ maximũ habebant:nũc eoꝝ dignitas ĩminuta eſt. Emporium adhuc manet.Hic locus magnifice ab Attalicis regibus ſtructus eſt:& tẽplo & porticibus ex albo lapide. Romani tẽplũ celebre reddiderũt:accerſita inde deæ ſtatua:quẽadmodum ea quæ Aeſculapii erat ex Epidauro.Mons quidã urbi ĩminet nomine Dindyma a quo Dindymena dicit:quẽadmodũ a Cybelis Cybile: prope Sãgarius amnis fluit: ſecus quẽ erãt ãtiqua Phrygũ domicilia:ut Midæ:& prius Gordii:& aliorũ quorũdã:quæ nũc urbium ueſtigia nõ ſeruãt: ſed ĩ uicos redacta ſũt paulo aliis maiores:ſicut Gordiũ & Gorbeus:Caſtoris Saocõdarii regia: ĩ quo Deiotarus Geneꝝ & filiã iugulauit:arcẽ uero demolitus eſt maxia habitationis ꝓte deuaſtata.poſt Galatiã auſtrũ uerſus eſt lacus noie Tatta:Cappadociæ maiori adiacẽs:iuxta Moriminos & pars ẽ Phrygiæ maioris.Itẽ ea quæ huic continua eſt:uſque ad tauꝝ: cuius partẽ plurimam Amyntas habuit. Tatta Saliſponte naſcentis fontes habet atq; adeo faciliter ſal rebus immerſis circũgelaſcit:ut ſæpe cũ funalẽ torquẽ demiſerint:ſalis coronas educant uolucres ipſæ aliis aquas contingẽtes facile capiunt:cũ ꝓpter ſalis cõcretionẽ cito decidãt. Tatta etiã ea dicunt: quæ circa Orcaorcos ſunt:& pigniſum & frigidos Lycaonũ colles & nudos & paſcendis onagris aptos:ubi multa aquæ penuria eſt.quæ ſicubi inuenian tur ꝓfundiſſimos puteos habet.quẽadmodũ Soatris ubi aqua uendit. Itẽ uicus in urbis modũ prope Garſabora:quæ regio q̃q̃ ſicca ſit oues tamẽ mirifice nutrit:ſed aſperæ lanæ. unde nõnulli maxias ex eis diuitias cõperarũt Amyntas ſupra.ccc.ouiũ greges ĩ his locis habuit: inſunt etiã lacus quoꝝ maior coralis dicit minor Trogetis.Hoc in loco ẽ Iconiũ oppidũ optime habitatũ:quod fortunatiorẽ regionẽ habet: q̃ ea quæ Onagros producit. hoc Polemo habuit . Iam taurus locis his appropinquat Cappadociam & Lycaoniam terminans: ad imminentes Cilicas Trachiotas.Lycaonum atque Cappadocum confinium eſt locus qui inter coropaſum iacet Lycaonum uicum:atque Gareathyra oppidũ Cappadociæ: interuallũ inter hæc caſtella eſt centũ &.xx.fere ſtadiorum.Lycaoniæ eſt etiam Iſaurica taurum uerſus.deinde Iſauria quæ uicos duos habet eiuſdem nominis:& eum qui uetus dicitur benemunitũ:his alia loca obtemperabãt oĩa latronũ domicilia:quæ Romanis negotia exhibuerũt.Publius uero Seruilius cognomento Iſauricus:quem nos uidĩus hæc Romanis ſubegit:& multas piratarũ munitiones:quæ ĩ ora maritima erant:ui

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœpit. in Isauricæ lateribus est Derba: præsertim Cappadociæ adiūcta: Antipatri Derbēsis sedes eius erāt Larāda:& ætate nostra Isaura. Amyntas Derbēsem adortus:Derbā cœpit & illū iteremit. Isaura uero habuit a Romanis hic regiā sibi construēs:antiqua Isauria diruta:& i eodem loco nouū opus ædificās pficere nequiuit.nā cū Omonades iuaderet:p insidias captus ē:& a Cilicibus iteremptus. Cum enim Anthiochiæ ptē haberet Pisidiam uersus:usq; i Apolloniadē:quæ est Apamiā cibotū uersus. Itē ex prætermontana regione nōnulla ac etiā Lycaoniā tentabat Cilicibus ex tauro excurrentibus:& Pisidiis regionē eā auferre:quæ Phrygiū erat: & multa ꝑfecto loca cœpit:quæ nūq̄ ātea capi potuerunt.quor̄ est Crēna. Sandalio autē accedere nō est ausus:quod inter Crēnā atq; Sagalassum iaceret. Crēnam habēt Romanor̄ coloni. Sagalassus sub eodē Romano duce ē:sub quo totū Amyntæ regnū. Distat ab Apamia diei itinere:descēsum habēs abarce.xxx.fere stadior̄.uocāt etiā eā Selgesū. Hæc ciuitas ab Alexādro capta fuit. Amyntas itaq; Crēnā cœpit:ꝓgressusq; usque ad Omonades:qui nūq̄ capi posse existimabāt:ml'tor̄ iam locor̄ dominus:iteremptō a se eor̄ Tyranno:fraude uxoris Tyrāni captus ē: atque ab illis iteremptus. Cirenius autē eos fame cōfecit: & quattuor hominū milia:a se capta i alias ꝓpiquas urbes traduxit habitatū. Regionē uero iuuētute desertam reliquit. Ea ē in altis tauri ptibus:i rupibus præruptis:& magna ex pte iaccessibilibus i medio ē planicies concaua:& fe rax:i multas conualles distincta. hanc excolētes i supioribus mōtiū sup/ciliis ac spelūcis habitabāt & cū frequētius armati essent:aliena excurrebāt:cū mōtana haberēt:eor̄ regionē circūmunīētia. his cōtigui sūt cū alii Pisidæ:tū etiam Selgenses Pisidor̄ optimi. Maxima eor̄ ps summa tauri obtinet quidā supra Sidā Aspendūq; habitāt Pamphiliæ urbes:tenēt loca edita:oleis cōsita:at mōtana quæ supra hos sunt. Catanēses icolunt: Selgensibus & Omonadensibus finitimi. Sagalenses uero interiora Milyadē uersus: Artemidorus dicit ex Pisidar̄ ciuitatibus esse. Selgam Sagalassum Petnilisum Adadatam Briadem Cremnā Pityasum:Ambla da Anabura Sinda Arasum Tarbasum Termesum. Ex his alii omnio sunt montani:alii usque ad montium ima descendunt ex utraque pte:& in Pamphyliam & Milyadem: Phrygibus Lydis & Caribus finitimi: quæ gentes quamq̄ boreales sint omnes tamen sunt pacatæ. Pamphyli uero multū Ciliciæ natiōis ꝓcipes non ōnino abstinēt a latrociniis: nec finitimos sinunt i quiete uiuere:q̄q̄ australes ꝓres radicis tauri habitent. Sūt etiā phrygibus & Cariæ finitia: Tiaba & Sida & Amblada. unde & Ambladēse uinū effert:ad medicas curatiōes accommodatum:ex montanis:ut sic dicam:Pysidis cæteri sunt ꝑ tyrānidos diuisi:& quēadmodū Cilices latrociniis exercitati:dicūt lelegas quosdā uagos olim eis imixtos: propter morū similitudinē ibi remansisse. Selga urbs ab initio fuit a Lacedæmoniis condita:& ante a Calchāte:postea per sese māsit: & propter legitimā gubernationē tantum adoleuit:ut aliquādo uiginti uirorū milia haberet. mira profecto ē locor̄ natura:cū i summis tauri partibus locus sit adeo ferax:ut ml'ta hominū milia possit enutrire. pleraq; loca ibi oleis & uitibus consita sunt:& omniū pecor̄ pascuis abundāt. circū imminēt siluæ uaria materie plenæ. Plurimus apd' eos storax nascit'. arbor nō magna recta:ex qua storacine hastæ fiunt:corneis similes:in trunco edacissimi uermis genus inascit':quo lignū usq; ad corticē sursum errodēte fur/fur siue mice quædā profundūtur eis similes: quæ cadūt ex serra. ex his acericus ad radicē cōgregat':postea humor quidā distillat qui facile coagulatus succino similis est. huius pars ad radicem cū scobe ac terra pmiscet':uer̄ quod in summo collectū est:pur̄ manet:pars uero in trūco cōgelascit:ubi defluit: atq; hoc etiam pur̄. Ex nō puro scilicet ligno:ac terra mixturā quādā conficiūt:puro odorationē:uiribus tamē imparē:quæ res multos fallit. atque eo plurimū supstitiosi ad suffitus & odoramenta utunt'. Laudat' etiā Selgica iris:& unguentū quod ex eo fit. Selgensium mōtana circa urbē ac regionem paucos aditus habēt:præcipitiis & uallibus munita:quæ cū cætera flumina efficiunt: tū etiā Eurymedon & Cestrus a Selgicis mōtibus i Pāphylium mare exeuntes: ꝓpter loca ardua: pontes passim uiis ipositi sunt. Selgenses nūq̄ ātea cuiq̄ paruerūt:& cæterā regionē itrepide habētes: ꝓ iferiore quæ in Pamphylia:& quæ intra taurū ē:cū regibus decertabāt. cū Romanis uero certis cōditionibus regionem tenebāt. Alexādro ꝑ legatos respōderūt: se ut amicos impata susceptur̄os. Nūc omnio subditi sunt:& i ea cēsent' quæ ab Amynta fuit. Bithynis (ut dixi) finitimi sunt Phryges ac Mysi:qui circa olympū habitāt utraq; gens duplex est. Nā Phrygia altera dicit' maior:cui Myda imperauit:& partē Galatæ habuerūt. Altera minor circa olympū: i Hellespōto quæ Epictetus appellat'. Mysia quoque altera Olympina ē:Bithyniæ & Epicteto cōtinua:quā Artemydorus a Mysis qui trans histr̄ sūt dicit habitatā. Altera circa Caicū ē:& pergamenū agrū:usq; i Teuthraniā:& huius fluminis hostia:sed adeo hæc imutata sūt (quēadmodū iā sæpe dixius) ut etiā regionē Sypilo uicinā ātiq phrygiā nominarint:q̄ utrū ne maioris an minoris Phrygiæ pars sit. incertum ē:unde Niobē & Tātalū & Pelopē Phrygas dixerunt:& utcūq; se habeat:mutatio certa manifesta ē. Nam pergamenus ager Elaiticus ad quem caicus exit:& Teuthrania inter hæc media. in qua Teuthras & Telophi educatio fuit: inter Hellespontem sunt & regionem Sipylo & Magnesiæ circūstantem

Universidad de Deusto
Biblioteca

& eã quæ ſub illa eſt:quare Myſorũ ac Phrygũ fines(ut ãte diximus)di/
uerſi:ſed eos definire operoſum:Lydi & Mæones quos Homerus Mao
nas uocat:cũ his & inter ſe cõfuſi ſunt.hos alii eoſdẽ alii diuerſos putãt.
Item Myſos alii Thracas dixerũt.alii Lydos:ſecũdũ ueterẽ quãdã hiſto
riã:quã Xanthus Lydus:& Menecrates Elaita referũt:Myſoꝝ nomẽ in/
terpretantes:quod Lydi fagũciſſimam ſic uocẽt:multa enĩ eiuſmodi ar/
bor eſt ĩ olympo:ubi expoſitos eos dicũt quoꝝ poſteri a fagociſſima My
ſi ſunt appellati. Teſtiomnio eſſe ſermonẽ:ex Lydo Phrygioque ꝑmix/
tũ:tandẽ ipſos circa olympũ habitaſſe.Phrygas uero ex Thracia traiici/
entes Troiæ ac propinquæ regionis principes eſſe cœpiſſe.eos itaq; hoc
ĩ loco habitaſſe: Myſios uero ſupra Caici fontes: ꝑpe Lydos. Auget has
fabulas gẽtiũ eaꝝ confuſio:& opulẽtia regionis:quæ cis Halym eſt:præ/
ſertim in ora maritima:cuius cauſa mlti tã undique ĩuadebãt:præſertim
ex ulteriore fluminis regione:ac etiã uiã inter ſe decertabant. Sed præci/
pue circa troiana tẽpora:ac etiam poſtea excurſiones tranſmigrationeſq;
factæ fuerunt: cũ Barbari ſimul ac græci impetu quodã ad aliena adipi/
ſcenda ferrent. Sed ante res troianas hæc erãt. Tũc enĩ Pelaſgoꝝ natio:
& Cauconũ & Lelegũ erat.Dictũ eſt enim quod olim ii: quos poeta tro/
ianis ſocios fecit:nequaq; ex ulteriore regione in multis Europæ locis er/
rabãt.Nã quæ de Phrygibus Myſiſque memorant:troianis ſunt antiq/
ora:duplices quoque eiuſdẽ generis Lycii:ſuſpitionẽ exhibẽt:ul troiano
rũ uel eoꝝ qui Cariã uerſus alios habitare fecerũt.Idẽ fortaſſe & de Cili
cibus contigit.nã & hi duplices ſunt: & ſi huiuſmodi teſtimoniũ non eſt
recipiendũ:quia qui nunc Cilices dicũtur ãte res troianas fuerũt: & Te/
lephus cũ matre ex Arcadia ueniſſe ꝓhibet:qua Teuthrãti qui eũ rece/
pit:ĩ coniugẽ data:ĩperiũ accepit:& illius putatus eſt. Cares quoq; cũ pri
us leleges & inſulares eſſent:ut fertur:terreſtres facti ſunt: fauẽtibus cre
tẽſibus:q miletũ cõdidere.Cõditorẽ ex Mileto:quæ ĩ creta ẽ : Sarpedo/
nẽ accipiẽtes.& Termilas ĩ eã quæ nũc Lycia dicit:habitatũ deduxerũt.
Hos Sarpedõ Minois Rhadamãti frater colonos ex creta duxit:ac Ter
milas nomĩauit.cũ prius Minye uocarẽt (ut Herodotus refert) ac prius
etiã Solymi:poſtea Lycõ Pãdiõis filius:eoſdẽ a ſe Lycios appellauit:quæ
ꝓfecto ratio Lycios ac Solymos eoſdẽ eſſe oſtẽdit:q̃q̃ poeta eos ſepat.nã
de Bellerophonte e Lycia profecto dicitur.Hic Solymis iterum præſtã/
tibus intulit arma.

Pyſãdrũ etiã eius filiũ(ut ille ĩqt)pugnãtẽ cũ Solymis Mauors ĩteremit.
Sarpedonẽ quoq; ĩdigenã eſſe dicit:ſed uictori ĩ cõmune præmiũ ꝓpo/
ſitũ eſſe terræ uirtutẽ opulẽtiãq; q̃ ego dico:ex mlris cõfirmat. etiã poſt
res troianas:ũde & Amazões eos ĩuadere auſæ ſũt:aduerſũ q̃s Priãus &
Bellerophõtes duxiſſe exercitum dicunt: & multæ ciuitates ab illis co/
gnominatæ ſũt.ĩ Iliẽſi campo cumulus quidã eſt.

Hũc homines proprio Batiæã nomĩe dicunt
Aſt ĩmortales uolucris monumẽta Myrinæ.

Quã tradũt unam fuiſſe ex Amazonibus: coniecturã ex adiectiuo capi/
entes.Eq enim propter celeritatẽ uolucres dicunt:unde & illã ab equo/
rum celeritate uolucrẽ dictã:& Myrina ciuitas ex ea nominata eſt:uiciæ
quoque inſulæ hæc eadem ob terræ fertilitatem:paſſæ ſunt:e quibus eſt
Rhodus:& eos quæ ante cõditam troiã a græcis habitabantur.cuius rei
Homerus manifeſtum exhibet teſtimonium.poſt troiã uero græcoꝝ co
loniæ & Treres & Cimerii & Lydi:deinde perſæ ac Macedones poſtre/
mo Galatæ:omnia excurſionibus ꝑturbarunt atque cõfuderũt. & nõ ſo/
lum ꝓpter mutationes res ipſe incertæ ſunt:ſed etiã propter diſſidentes
ſcriptoꝝ opiniões:qui eiſdẽ de rebus nõ eadẽ tradiderũt:nã troas Phry/
gas uocant:ſicut tragici Lycios uero Caras:eodem modo alios.Sed troes
adeo ex paruis aucti ſunt ut reges regũ eſſent:& poetæ & eius expoſitori
bus occaſionẽ præbuerunt.quam oporteat troiam appellari. Nã omnes
troianoꝝ ſocios ĩ cõmuni troas uocat:quẽadmodũ aduerſarios danaos &
achiuos:ſed nequaq; ꝑ Iouem Paphlagoniã Troiam dicemus:nec Cari/
am nec Lyciam ei finitimã:ut cum ita dicit.

Clamore ingenti troes:ſonituque fremebant.
At danai tacito ſpirabãt corde furorem.

Sæpe etiam aliter atque aliter dicit:quæ cũ ita ſint: neceſſe eſt ut ſingula
ꝑ uiribus trãſigamus:quæ uero nos fugiunt ex ãtiqua hiſtoria:ea omittẽ
da exiſtimamus.Nõ.n. ĩ iis ẽ Geographiæ opus quæ nũc ſunt: ea dicere
debẽus.Duo itaq; mõtes ꝓpõtidi ĩminẽt olympus Myſius & Ida:olym
po Bithynica ſubiacẽt.Inter Idã atque mare troia iacet mõti cõtigua: de
hac & de iis quæ auſtroꝝ uerſus:ei mõti cõtigua ſũt: poſtmodũ dicemus.
Nũc de olympinis dicẽdũ eſt:ac de cõſequẽtibus uſq; ad taurũ quæ cũ
locis:a nobis ante ꝑgratis eque ꝓgrediunt:olympus ĩ circuitu nõ habi/
tat ĩ altis ſiluas ĩgentes habet.& loca optime ſepta:quæ latrões alere poſ/
ſint.ĩ hæc loca ſæpe Tyranni conueniunt:ubi diutius perdurant:quem
admodum ætate noſtra Cleon: latronum princeps. qui cum eſſet e uico
gordo:quẽ poſtea augens urbem fecit:& Iuliopolim appellauit:ab initio
uero prædonũ receptaculo utebatur loco ualidiſſimo nomine Callydio:
is Antonio ualde utilis fuit:nam profectus ad eos:q pro Labieno tributa
colligebãt:omnia impediuit:quo tempore ille Aſiam obtinebat.In bello
aũt actiaco cũ ab Antonio deſciuiſſet: cæſaris ducibus adhæſit.ac ſupra
q̃ eius meritum pateret:ĩ honore habitus ẽ. is ultra munera ab Antonio

Universidad de Deusto
Biblioteca

data:accepit etiam quæ Cæsar dedit. quare iã ꝓ latrone ptĩcipis habitũ gerebat. Erat enĩ Iouis abrettã sacerdos:q Mysius deus ẽ. & pti morenæ ipabat:quæ etiã Mysia ẽ:quẽadmodũ Abrettana. postea comanoꝝ sacerdotiũ ĩ põto accepit:ad quod cũ uenisset:ĩtra mẽstruũ tẽpus excessit e uita. nã grauis eum morbus arripuit: siue ex nimia crapula:siue ex ira deæ ut dixerũt qui ĩ fano erant:nam ĩtra sacri loci ambitũ: utriusq; sacerdotis maris scilicet ac fœmie habitatio ẽ:fanũ quoque præter cæteram religionẽ expresse uetat Syllaꝝ carniũ esum. Vnde nec in totã urbẽ sus iferẽ: ille mox primo ĩgressu: ex huius consuetudinis præuaricatione: latrocinium morẽ ostẽdit:nõ ut sacerdos:sed ut corruptor ĩgressus. Olympus talis ẽ. Habitãt tamẽ circũ eũ:a Septẽtrione Bithyni & Mygdones & dliones:reliquũ Mysi habẽt & Epictetus. Dolionas maxime eos dicunt:q circa Cyzicũ habitãt: ab Esapo usque in Rhyndacũ & Dascyliticũ lacũ. Post hos Mygdones sunt:usque ĩ Myrleanoꝝ agꝝ: supra Dascyliticum lacũ sunt alii duo lacus Apolloniaticus & Miletopolitanus: iuxta lacum Dascyliticũ Dascyliũ ciuitas est:iuxta Miletopolitanum Miletopolis:iuxta apolloniaticum: sup Rhyndaco est ea:quæ Apollonia uocat':sed horũ pleraque pars:nũc Cyzicenoꝝ ẽ. In propõtide ẽ insula Cyzicus duobus pontibus iuncta cõtinẽti. feraciſſima quidẽ quigentoꝝ fere stadioꝝ ãbitu:ea iuxta põtẽ eiusdẽ nominis urbẽ habet: & portus duos clausos: & naualia supra.cc. urbis pars iacet ĩ planicie: pars secus mõtem qui ursaꝝ mõs appellat':huic alia Didyma ĩminẽt unius uerticis: quæ delubrũ habẽt Dindymenæ matris deum ab argonautis ædificatũ. ciuitas ipsa & magnitudine & pulchritudine & æquitate: cũ primis Asiæ ciuitatibus contẽdit:paci & bello apta. Ea ad Rhodioꝝ & Massiliẽsium & antiquorum Carthaginẽsium formam uidet' ĩstructa. Sed cæteris omissis:ea publicoꝝ ædificioꝝ & ĩstrumentoꝝ architectos curatores tres habet & tria armẽtaria:aliud armoꝝ:aliud ĩstrumẽtoꝝ:aliud frumẽti. frumẽtũ ne corrumpat' chalcidica immixta præstat. huius rei utilitatem: ĩ Mithridatico bello ostẽderũt. nã rege præter opinionem ingruẽte:cum.c.&.l. milibus hominum:& multo equitatu:& suburbanũ: & oppositũ mõtẽ occupante quẽ Adrastiæ uocãt:postea in iugũ quod urbi ĩminet traiiciẽte:& terra marique pugnãte. Cyziceni quadrigẽtis nauibus cõtra oĩa restiterũt: ut prope etiam regẽ ipsum ĩ cuniculo opprimerẽt cõtra effodientes. ille uero precauit. ac sese extra cuniculũ recepit. Tandẽ Lucullus Romanorum Impator quibusdã ad auxilium missis eos confirmauit. fuit etiã pestis adiumẽto: quam Rex nequaq̃ ualuit ꝓuidere: ueꝝ mlt̃is amissis discessit. Romani ciuitatẽ honore prosecuti sunt: & adhuc libera ẽ: & agri multum habet. Aliud ab antiquo:aliud a Romanis additum. Nam ex troadis regiõe:ea habet:quæ transesapum sunt:zeliæ & adrastiæ campis uicina. Ex Dascylitico lacu alia ipsi tenẽt:alii Byzantii. Dolionas uero ac Mygdonas uersus regionẽ multã habẽt:& usque ad Miletopolitanum & Apolloniaticũ lacũ:per quæ loca Rhyndacus fluit:ex Azanitide ortũ habẽs:q assumptis ex ab rettana Mysia cũ aliis:tũ etiam mecesto: ab anchora abasitica ĩ propontidẽ iuxta besbicũ ĩsulã emittit. ĩ hac Cyziceno rũ insula mons est arboribus plenus:noĩe Artaca: in fronte iacet parua quædã insula eodẽ noĩe. ꝓpe est promontoriũ:quod nigri appellat'. id in præternauigatione est:e Cyzico priapũ delatis Phrygiæ Epictetice azianacolia Coryaiũ Mydaiũ & Doriliũ urbes & cadi. q̃is cados quidã ad Mysiam dicũt ptinere. Mysiã ĩ mediterranea ab olympina regione ĩ pgamenã descendit:& in caici campos: quare ĩter Idã iacet atque exustã: quã alii Mysiam:alii mæoniã uocant. supra Epictetũ austrum uersus:est maior Phrygia: quæ a siniſtra Pisinuntẽ: a dextra Mæonas & Lydos & Caras relinquit. ĩ ea est Phrygia:quæ prætermontana dicit': & regio Pisidiã uersus:& ea quæ amorio & eumeniæ & sinadæ proxima sũt. deĩde ẽ Apamia:quæ cibotus dicit' & laodicea:quæ Phrygiaꝝ urbiũ maxie sũt. Has oppida circũstant. Aphrodisias collasse Themisoniũ & Sanaus:Apollõie Metropolis. Irẽ ultra has Peltæ Tabeæ Eucarpia Lysias:prætermontana regio iugũ quoddã habet in mõte:quod ab ortu occasum uersus extẽdit'. Huic utrinq; planicies magna subiacet: in qua urbes sunt a septẽtrione Philomelium:ex altera pte Antiochia:iuxta Pisidiã:quæ partim ĩ campo iacet:partim colle quodã Romanoꝝ coloniã habet:hãc magneres habitarunt:qui iuxta Meãdrũ sunt Romani eã liberauere:a regibus occupatã:& Asiã quæ cis tauꝝ est:Eumeni dederunt. hic sacerdotiũ quoddã erat mensis arcei quidẽ maximã sacroꝝ seruoꝝ & sacroꝝ locoꝝ multitudinẽ habebat. sed post Amyntæ obitũ euersum est ab iis:qui in eius hæreditatẽ missi fuerãt. Sinnada urbs est non magna ante quã planicies iacet oleis consita. lx. fere stadioꝝ: ulterius est docimia uicus:& Sinnadici lapidis:lapidicifodina:sic enim eũ Romani appellãt: ĩdigne uero docimitẽ & docimeã. uena in intio paruas glebas emittebat. nũc propter maximos Romanoꝝ sumptus:columnæ integræ:& ingentes extrahũt'. & uarietate alabastritæ lapidi proxiæ. q̃re mlt̃a huiusmodi onera ad mare deuehunt':& columnæ & lapideæ tabulæ: magnitudine ac pulchritudine admirabiles:Romã deferũt'. Apamia ĩsigne emporiũ est eius:quæ ꝓprie Asia nomiat'. secũdas post ephesum ferẽs:ea cõmune italicorum & græcoꝝ hospitiũ est:ĩ Marsyæ hostiis sita:q ãnis urbẽ mediã ꝓlabit': ab ipsa ortũ habẽs:sed uehemẽti ac prono flumie ĩ sub urbanũ delatus: ĩmittit ĩ Meandrũ q ĩã orgã ãnẽ accepit:ꝓ planiciem æqualem leniter ac

placide delapſum. Hic iã auctus Meãder ꝑ Phrygiã currit: poſtea Cariam Lydiãque diſterminat: ad cãpos qui meãdri dicũt. ualde quidẽ flexuoſus: unde obliquitates oẽs ab illo Meãdri appellant. finiens uero apud Cariã regionẽ ſecat: quã nũc Ioues tenẽt: & inter miletũ prienẽque egreditur. Incipit uero a Celenis: qui collis quidam eſt: In quo urbs fuit eiuſdem nominis. Hinc antiochus Socer homines tranſtulit ĩ eã: quæ nunc Apamia dicit: & urbẽ appellauit de nomĩe matris Apame: Artabazi filiæ. quæ Seleuco nicatori nupta fuit: hoc ĩ loco de olympo marſiaq; cõficta eſt fabula: & de contẽtiõe quã Marſyas Cũ Apolline habuit: ĩminet lacus quidã qui calamũ gignit: ad tibiaꝝ linguas idoneum ab eo dicunt Marſyæ ac Meandri fontes emanare: Laodicea cũ prius parua eſſet: ætate noſtra & patrũ noſtroꝝ maximũ cœpit augmẽtũ: quãq; ab obſidione Mithridatis eupatoris ad modũ labefacta: nã loci uirtus: & ciues quidã fortunati ualde eã magnificarũt. primũ Hiero qui hæreditatẽ populo dimiſit: ſupra duo milia talẽtoꝝ: & multis donis ciuitatẽ exornauit: poſtea Zeno orator: & Polemo eius filius qui ob ꝓbitatẽ regnũ meruit: prius Antonio: poſtea Auguſto cæſare concedẽte loca laodiceæ proxima: oues optimas ferũt: nõ modo ĩ mollicie lanæ: qua milleſias præſtãt. ſed ĩ colore ex quibus coraces maximũ ꝓuẽtũ capiunt: quẽadmodũ a colore eiuſdẽ nominis qui coloſſem ꝓpe habitãt. Hoc ĩ loco Caper: & Lycus ĩ Meandrũ influũt: ĩgens flumẽ: a quo Laodicea Lyco ꝓxima nominat: mons urbi ĩminet nomine Cadmus: ex quo Lycus fluit: & alius eodẽ noĩe quo mõs appellat: hic plurimũ ſub terrã delapſus: poſtea erũpẽs: in idẽ ĩfluit: ĩ quod alia flumĩa ex quo ſimul regionẽ ualde cauernoſam & quaſſabilẽ eſſe oſtẽderũt. Nã Laodicea: & proxima ei regio: plurimũ terræmotibus concutit. Carura Phrygiæ cariæq; cõfiniũ ẽ. Hic uicus diuerſoria habet: & feruẽtes aquas: alias in Meãdrũ exeuntes: alias ultra fluminis ripã. Narrãt Leonẽ aliquãdo cũ magna mulierũ caterua: ĩ diuerſorio hoſpitatum: nocte facto terræmotu: cũ omnibus periiſſe. nã tota fere regio circa Meandrũ a terræmotibus quattitur: & aquæ & ignis ductibus ꝓpagatur: uſq; in mediterraneã. eiuſmodi habitus regionis a cãpis ĩcipiẽs uſq; ĩ Caroĩa ꝓtẽdit. ea ẽ regio circa Hierapolim & Caraca Nyſaidis: & Magneſiã & Myũtẽ. nã terra reſoluta ẽ: & putris & ſalſugĩe plena: & facile igni corrumpit: ꝓpterea fortaſſe Meãder flexuoſus ẽ: qm̃ alueus mĩtas recipit mutationes & multũ limum deducẽs: modo huic modo illi ripæ adiicit. Pelagus uero fluctuũ ui illũ extrudit. unde prienẽ quæ prius ad mare erat: facta limi aggeſtione mediterraneã fecit: ad ſtadia. cc. l. exuſta quoque quã Lydi ac Myſi obtinẽt: idcirco hanc appellationẽ ſortita eſt: urbs etiã Philadelphia apd eã minĩe fideles ꝓpetes habet: ſed quottidie concutiunt & panduntˇ. Illi ĩtenti terræmotus præcauẽt: ſemper architecturas aliquas cõtra extruẽtes. Apamia inter cæteras urbes ante mithridaticum bellum ſæpe fuit cõcuſſa. Rex uero cũ urbẽ euerſam uideret: ut reparetur. c. talenta exhibuit. Dicunt Alexãdri quoque tẽpore ſimilia contigiſſe: quare nõ immerito apud eos Neptũnus colit: q̃q̃ mediterranei ſint: addunt eriã a Caleno Neptunni filio ex Celeno una danaidum procreato: urbẽ ſic appellatã: uel ꝓpter lapidem atque nigredinẽ ab exuſtione prouenientẽ: quæ uero de Sipylo & eius euerſione memorãtur: nõ debent fabula exiſtimari. nã & magneſiã quæ ſub eo eſt nuper terræmotus deiecerũt. & Sardos & alias clariſſimas urbes labefactarũt. princeps uero pecunia data: ea reſtituit quẽadmodũ prius in calamitate trallianis facta. cũ gymnaſium & aliæ urbis partes corruiſſent. pater eius & his & laodicenſibus dederat. Audire eſt ex ãtiquis ſcriptoribus. qualia Xãthus Lydiaꝝ reꝝ ſcriptor referat. cõmemorans quas mutationes ſæpe hæc regio habuerit: de quibus ĩ ſuperioribus fecimus mẽtionẽ: hoc ĩ loco Typhonis caſum fabulant: & Arimos & hãc exuſtã dicũt: nec dubitãt quæ iter meandrũ ac Lydos ſunt: oĩa eiuſmodi ſuſpicari: tũ propter lacuũ ac fluminũ mĩtitudinẽ: tum etiã propter multiplices terræ cauernas: lacus uero qui inter Laodiceã ẽ & Apamiã: cũ Pelagi magnitudinẽ habeat: ceteroſam & ſubterretrãtẽ exhalationẽ emittit: Dicũt pœnã eſſe: ſi quis locũ meandro permutet: fluminis angulos circũferiẽdo: qui deprehenſi fuerint: damnũ exportatoriis uectigalibus perſoluunt. Inter laodiceã atque Caruram tẽplũ eſt menſis cari appellatum in maxima ueneratione: ætate noſtra maxima medicoꝝ ſchola: Ibi a Zeuxide conſtructa ẽ: & poſtea ab Alexandro Philalethe: quẽadmodũ tẽpore patrũ noſtroꝝ eraſiſtratiorũ ſchola Smyrnæ ab Iceſio: nũc nihil tale fit. nominant: præterea quædam Phrygiæ nationes quæ nunc nuſq; extant: quemadmodum berecyntes unde Alcmam dicit.

Phrygium cerbeſiumque cecinit modum:

Et foſſa quædã cerbeſia dicit: quæ pernicioſas exhalationes habet quæ quidem oſtenditur: homines uero non amplius cerbeſii dicuntur. Aeſchilus hæc ĩ Niobe confundit.

Illa enim recordari ſe ait ſotioꝝ Tantali.
Quis in Idæo ſaxo Iouis patrii ara eſt. Item
Sipylon Idæam per humum. Tantalus quoque dicit.
Sero arua: duodecim dierum iter:
Berecyntiæ loca: ubi Adraſtiæ ſolum
Idæque: totum rugitu atque mugitibus ſonat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ertiuſdecimus Aſiæ liber reliqua propontidis continet: inferius a Cyzico incipiēs: & totam deinceps conſequētē orā. & ſiquæ iſulæ iſunt: præſertim circa troiam immoratur: q̄q̄ deſerta ſit:propter loci claritatem:& uulgatam belli famam.

Actenus de Phrygia definitum ſit:nūc ī ꝓpontidē redeūtes & ī orā:quæ poſt eſapū eſt: eundē peragrationis ordinē ſeruemus.Huius oræ prima ē troas:fama quidē ꝑcelebris:quæ q̄q̄ diruta ſit ac deſerta: plurima tamē de ea ſūt dicēda: licet nō quæcūq; ſed ad hæc exhortatiōe:& uenia opus eſt:ut q nos legerīt:nō magis nobis cauſam ꝓlixitatis tribuāt:q̄ iis q res ātiquas & claras noſſe cupiūt:quā ꝓlixitatē:tū græcor̄ & barbaror̄ multitudo auget:q regionē hāc ícoluerūt:tū ſcriptores qui eiſdē de rebus nō eadē ꝑſcripſere:quor̄ in primis ē Homerus:q de multis coniectādi cauſam præbet.opus ē itaq; ut & huius & alior̄ dicta tranſigamus:ſi prius locor̄ naturā ſummatim deſcripſerimus.Nā a Cyzicena regione:& locis Eſapo & Granico uicinis:uſq; Abydū:& Seſtum ꝓpontidis orā eſſe cōtigit.ex Abydo uero lectū uſq; & lii:& Tenedi & Troianæ Alexandriæ regionē.His omnibus Ida īminet:lectū uſque deſcendens:a quo uſque ī Caicū flumen eſt Aſſus & Adramytiū & Apianeus & pitana & Elaiticus ſinus:q̄bus omībus leſbior̄ inſula ex aduerſo cōſurgit.deide Cumanus ager:uſq; ad hermū & phocēſes: quod Ionice initiū eſt:& eolidis terminus:quæ loca cū huiuſmodi ſint:poeta dicit troianos præcipue ab Eſapo & ea regione:quæ nunc Cyzicena eſt: īperaſſe uſq; ad Caicū flumē:per principatus in octo uel nouem partes diuiſos. Cæteror̄ uero multitudo qui auxilium tulere ītēr ſocios adnumeratur. At poſteriores illor̄ fines dicūt:& uariis nominibus partitiōes mīras cōficiunt.Sed maxime græcor̄ coloniæ dicendi copiā præbuerūt.Ionia uero nō multū:cū a Troade plurimū abſit.Aeolis aūt omnino per totam enim diſpſa ē a Cyziceno agro uſq; ad Caicū:& plus etiā regionis occupauit:inter caicū atq; hermū.Quattuor enim ſeculis aeoliā coloniā Ionica dicūt ātiqorē:moras.n.& longiora tēpora ſuſcepiſſe atque oreſtē claſſi īperaſſe: quo ī arcadia mortuo:Pēthilū eius filiū ſuſceſſiſſe. & uſq; in thraciā ꝓceſſiſſe ānis.lx.poſt troiā:quo tēpore Heraclide ī Pelopōneſū redierūt.Deide Archelaū illius filiū:cū æolica claſſe circa Daſcyliū traiciſſe:ī eā quæ nunc Cyzicena nomīat.Grā uero filiū eius iunioré uſque ad granicū flumen ꝓgreſſum:& meliore apparatu: cū maiore exercitus ꝑte:ī leſbū trāſmiſiſſe atq; eā occupaſſe.Clebā Dori filiū: & Malaū:q & ipſi ab Agamēnone ꝓfecti erāt:eodē tēpore exercitum contraxiſſe:quo peanthilum:ſed Penthili claſſem trāſitum ex Thracia ī Aſiam anticipaſſe.Hos uero circa Locrenſem agrū:& Phricium montem: multum temporis contriuiſſe:poſtea tranſgreſſos Cumā condidiſſe: quæ Phricionia a locrorum monte dicta eſt:ſed cum Aeoles diſperſi eſſent per totā regionem: quam diximus a poeta troianam appellarī:quidam ex poſterioribus totā Aeolida uocauerunt:quidam partē & troiam:alii totam:alii partem eius.quo fit:ut nihil omnino inter ſe conueniant. mox enim in locis ꝓpontidis Homerus ab Eſapo troadis initium facit.Eudoxus iā eā contrahit:a Priapo incipiēs:& Artaca qui locus in Cyzicenor̄ īſula ſitus:aduerſus Priapū conſurgit.Damaſtes magis eā contrahit a pario initiū faciens:nā is lectum uſque ꝓgrediť: alii uero aliter charo lampſacenus alia ccc.ſtadia adimit:a prærio īcipiens:nā totidem prærių abeſt a pario:atq; Adramytiū uſque ꝓgrediť.Scylax Caryādeus ab Abydo incipit: eodē modo eriā Aeolida.Ephorus dicit:ex Abydo Cumā uſque. alii uero aliter.ſed Idae ſitus pulcherrime deſcribit eam:quæ uero troia dicitur; qui mons altiſſimus eſt:& ad occidentē ſpectat:& mare quod ibi eſt: paululum ad ſeptētrionē atque orā eam conuerſus.ea ab anguſtiis Abydi uſque ad eſapum:& Cyzicenū agrum ad ꝓpontidem ꝑtinet. Occidentale autē mare eſt Helleſpontus:in quo egeū pelagus ē.Ida cū multipes ſit: in ſcolopendre modum his ultimis terminatur: ꝓmontorio quod circa Zeliā eſt:& eo quod lectum appellať:quorum alterum finit in mediterraneam paulo ſupra Cyzicenum agrum. nam nunc zelia Cyzicenorū eſt:lectum uero in egeum pelagus deſcendit:in præternauigatione ſitū: quæ in leſbum fit:ut.

Venimus in plenā uenatu:& fontibus idā:
Lecton ubi:primū egreſſi:maria alta relinquūt.

Nam proprie poeta lectū dixit. lectū enī ad idā ꝑtinet: & primus e mari exitus ibi fit:in idam aſcendentibus.Recte & fontibus plenam dixit. nā hac in parte mons aquis abundat:quod fluminū multitudo declarat: a montibus idæis in mare ꝓfluentium:ut ſeptem Rheſi uada & reliqua quæ & ille cōmemorat:& a nobis ſunt inſpicienda.Extremos autē montis pedes utrinque lectū ſpectat:atque etiā zeliā.montana horū cacumīa ſummus Gargarus diſterminat: nā Gargarus in ſuperioribus nunc idæ partibus oſtēditur.locus a quo gargara dicunť æolica ciuitas. Quare ea inter zeliam lectumque prima ſunt, a propontide incipiētibus: quæ uſque ad Abydi anguſtias tendunt.deinde ex ea quæ a propōtide lectum uſque.Sed lectū deflectēti ingens ſinus diffunditur quem & ida efficit. a lecto continētē uerſus ſecedens:& cane quod promontorium ex altera parte lecto opponitur.Hunc alii idæū ſinum; alii Adramytinum uocāt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ī eo ſunt Aeolicæ urbes(ut dixīus)uſq; ad hermi hoſtia:ī ſupioribus enī dictū eſt:quod e Byzantio ſeptētrionē uerſus nauigātibus:recta nauiga/tio primo eſt Seſtū & Abydū p mediā propōtidē:poſtea eſt Aſiæ ora:uſ que in cariā.Hac itaque ſeruata opus eſt:ut conſequētiū argumētū audi amus:& ſi quos ſinus in ora dicemus:neceſſe eſt etiā:ut ſciamus promō toria:quæ ipſos efficiunt:in eadē linea ſita eſſe:tāq; in aliquo merediano. quare qui hāc rem curā habēt ex iis quæ a poeta dicuntur aliquid plus coniectant.totā ſcilicet hanc orā ſub troianis fuiſſe in nouē principatus diuiſam.& ſub priamo in bello troiano conſtitutā & troiam appellatam: quod ex ſingulis notum ē.nā achillis ſocii urbiū debellatores cum uide/rint initio Ilienſes exterius bellū gerere circūuicina ſunt aggreſſi.

Biſſenas curuis euerti nauibus urbes.
Per troiā undenas terræſtri marte ſubegi.

Troiā uocat continētē quæ uaſtabat: nā inter cætera uaſtata ſunt: quæ lēſbo erāt oppoſita:ut Thebæ Lyrneſſus & pedaſus:quæ Lelegū erat:& Eurypyli regio:filii Telephi: Vnde

Ipſe Neoptolemus ferro traiecit acuto
Magnanimū Heroa Eurypylū quē Telephus olim
Progenuit:multi circū cecidere ſodales.

Hæc itaq; uaſtata dicit:atque leſbū ipſam.

Quū leſbum inſtructā cœpiſti mœnibus urbē. Et illud
Lyrneſſum atque ipſum populatus pedaſon Et illud
Lyrneſſum & magnæ populatus mœnia thebæ.
Et lyrneſſo quidē briſeis capta fuit: Vt illud
Hanc e Lyrneſſo excipit. In cuius captiuitate Mynetē & Epiſtro phum.cecidiſſe dicit:quod briſeis Patroclū lugēs declarat.

Nec me dure meū uoluiſti flere maritū
Quē celer e uita quondā ſubmouit Achilles.
Funditus euerſa diuini ſede Mynetis.

Nā cū diuini Mynetis ſedē dicit:Lyrneſſum ſignificat:ut ei ſubiectā:at/que eum ibi pugnādo cecidiſſe.ex Theba uero capta fuit:ut chryſeis

Nos Thebā aduecti ſacrā eetionis ad urbē.

Ex aduectis eo dicit etiā Chryſeida.illud aūt non ita intelligendū putāt: ut iacet Tu patris ī laribus Priami ad troiam:aſt ego Thebis:

Andromache magno quōdā genita eetione:
Qui cinctam ſiluis habitabat Hypoplacon.atq;
Ductor Hypoplaciā thebā cilicaſq; tenebat. Secundus itaq; troū prī/cipatus hic eſt:poſt eum qui mynetis erat.illud quoque his cōgruit: qđ ab andromacha dicitur

Hei mihi:quo fato trahimur nunc Hector:uterq;:
Tu patris in laribus Priami ad troiam: aſt ego thebis.

immo per trāſpoſitionē uterq; ex troia:ſed

Tu patris in laribus Priami:aſt ego thebis.

Tertius principatus eſt lelegum:& ipſe troianus:ut maximus alter
Sub cuius lelegū populi dictione tenētur:e cuius filia Priamus lycaonē & Polidoꝛ genuit:q ī dinūeratiōe ſub Hectore cōſtituti: troes dicūt:ut
Hector itē troas galea præſignis agebat
Cæteri uero ſub Aenea erant. Vt.
Dardanios agit Anchiſæ pulcherrima proles.

qui etiam troas erāt:unde Homerus ſic inquit:

Magnanimum Aenea Dux conſultiſſime troū
Lycii uero ſub Pandaro erāt:quos etiam troas appellat: Vt
Quiq; colū zeliā extremæ radice ſub idæ:
Aphnii:ab Eſapo potātes flumine:troes
Dura Lycaonides in prœlia pandarus egit.

Hic ſextus eſt principatus. nam qui inter Eſapum: Abydumque ſunt: troes dicuntur.

Abydēſia enim ſub aſio ponuntur: Vt
Et qui precoten atq; ipſum praction:& qui
Claram Seſton habēt:& Abydū:& dian Ariſtā.

Aſius Hyrtacides dux horum.Priami quoq; filius paternas equas Aby di paſcebat: Vt

Ille nothū Priami tranſfixit Democontem
Pernices qui nuper equas paſcebat Abydi.

Et Hicetaonis filius:apđ percotē boues paſcebat:nec ipſe alienas: Vt
Atq; Hicetaoniden primo alloquitur Menalippū:
Flexipedū percote cuſtodē armētorum.

Quare hæc regio & conſequēs Adraſtiā uſq;: troas uocarūt.nā duo filii Meropis Percoſii ei imperabant. Abydo igit Adraſtiā uſq; troes erant: bifariam tamē diuiſi nam alii ſub Aſio erāt:alii ſub Meropis filiis:quē/admodū & Cilicum regio dux ē nam altera thebaica ē: altera lyrneſſia: poſtq; de ea dicetur:quæ poſt lyrneſſum ē:Eurypylo ſubdita:quod autē omnibus his Priamus imperaret: Achillis uerba manifeſte declarāt.

Ante tuas noramus opes:ſpatioſaque regna.
Quæ felix pariter leſbos complectitur:& quæ
Compræhendit Phrygiæ tellus:ac Helleſpontus.

Tunc quidem heæ erant:poſtea uariæ mutationes ſunt conſecutæ.nam circa Cyzicum Phryges habitauere: practiū uſq; circa Abydū thraces:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ante utroſque bebryces:ac Driopes:conſequentia Treres habuerunt at
que hi thaces. Thebæ campū Lydi:qui tunc Meones erāt.ex Myſis aūt
ii:qui ſuperfuerūt Teuthrāti & Telepho ſubditi. Cū itaque poeta æoli
cā regionē & troiam ī unum componat.Cum æoles totam oram ab her/
mo uſq; Cyzicum occupauerint:atq; urbes condiderint: nec nos abſur/
de faciemus:ſi eam quæ nunc proprie æolis appellatur:ab hermo uſq; le
ctum:& conſequentia uſque ad Eſapū in idem cōgeramus.Nā cum ſin/
gula pertractabimus:rurſum eas ſecernemus. & iis quæ nunc ſunt eam
conferemus:quæ a poeta & ab aliis dicūtur poſt Cyzicenorum urbem
& eſapum ē troadis initium: ſecundum Homeri deſcriptiōem: nam de
ea ſic inquit.

Quique colunt zeliam:extremæ radice ſub Idæ:
Aphnii:ab eſapo:potantes flumine:troes.
Dura Lycaonides in prœlia pandarus egit.

Hos quidē lycios uocauit. Aphnios uero ab aphnitico lacu dici putant.
nā & Daſcyliticus lacus ita dicitur.zelia in extrema idæ prætermontana
eſt:diſtans a cyzico ſtadiis cētum & nonaginta a proximo mari: ad quod
Eſapus emittit.ad ſtadia.lxxx.Ea uero quæ ſecundum orā ſunt poſt eſa/
pum:cōtinuo partitur ī hunc modum.

Qui cāpos Adraſtiæ habēt:necnō & apeſum:
Qui pytiā tyriæq; colunt iuga maxima terræ
His indura preeſt Adraſtus & amphius arma:
Pignora percoſi meropis duo cara parentis.

Hæc loca zeliæ ſubiacēt.habent autē Cyziceni & priapeni uſque in ma
ritimā oram.Circa zeliam eſt tarſius amnis qui eadē uia.xx. locis tranſi/
tur:quemadmodum is: de quo poeta dixit & ſeptem Rheſi uada: qui a
nicomedia niceam fertur.xxiiii. Scarthon ex pholoe in hilienſem agrū.
xx.multis uero is qui ex coſciniis Alabanda:qui ex tyanis ſolos p taurū
deferē.lxxv.ultra eſapi hoſtia ad ſtadia fere eſt cumulus quidam in quo
Mennonis ſepulchrum oſtendit eius qui Tithoni filius fuit: ei proxius
eſt mēnonis uicus: inter eſapū priapūque granicus fluit magna ex pte p
Adraſtiæ cāpos.ubi Alexāder Darii ſatrapas prœlio ſuperauit: totamq;
regionē cœpit.quæ iter taurū erat & Euphratem.ad grāicū urbs fuit no/
mine Sidina:quæ regionē multā eodē noīe habuit.nūc diruta ē: ī Cyzi/
ceni & priapeni agri cōfinio harpagia fuit:locus unde raptū dicūt Gany
medem alii circa dardanium promontorium id contigiſſe arbitrātur: pro
pe dardaniā.Priapus portus ē:& urbs ad mare ſita.Hāc alii cōditā uolūt
a myleſiis:qui & Abydum & Proconneſum eodē tēpore incoluerūt.alii
a Cyzicēis & nomē haber a priapo:q apd eos colit.ſiue ex horneis quæ

apud Corinthū ſunt id acceperint:ſiue liberi patris ac Nymphæ filius
dicatur:homines profecto ad eum colendū moti ſunt:nā hæc regio & fi
nitima pariana & lampſacena uineis abundat.unde Xerxes lampſacum
Themiſtodi in uinū dedit. hic a iunioribus in deum habitus eſt. Nam
Heſiodus priapū nō nouit.& Orthane & Coniſalo & Thychoni:& eiuſ
modi atheniēſium diis perſimilis eſt.Regio hæc conſuetudine quadam
Adraſtia uocabat:& Adraſtiæ campus: duobus enī modis dicitur ſicut
Theba & thebæ cāpus & Mygdonia & Mygdoniæ campus: Calliſthe/
nes dicit ab Adraſto rege qui primus nemeſis tēplum ædificauit Adra/
ſtiā uocitatā.Hæc ciuitas inter priapū eſt:atque parium & ſubiectū cāpū
eodē nomine habet in quo Apollinis Actei & Dianæ oraculū fuit iuxta
pycatā delubro diruto:omnis ea ſtructura & lapides pariū ſunt trāſlati:
ubi ara ædificata eſt.Hermocreontis opus: & magnitudine & pulchritu
dine memorabile:oraculū omnio deletū eſt.quēadmodū & zeliēſe:qua/
re hoc in loco nullū nec Adraſtiæ nec Nemeſis tēplum extat. circa Cy/
zicū uero Adraſtiæ delubrū eſt:de qua ſic Antimachus inquit.

Eſt dea quā Nemeſim dicūt:dea magna potenſque:
Quæ bona cæleſtū conceſſu cuncta deoꝝ
Poſſidet:huic primus ſacratā condidit aram
Fluminis eſapi gelidas Adraſtus ad undas.

Atque ibi nunc colitur:ſeruatque Adraſtia nomen:

Parium ciuitas eſt iuxta mare: quæ maiorem pontum habet q̄ Priapus:
ex ea aucta:nam Pariani attalicis obſequentes:ſub quibus eſt ager pria/
penſis:multum ex horum regione abſciderunt:permittentibus quidem
illis: Hoc in loco finxerunt Anguigenas cognationem quandam cum
ſerpentibus habere: proditum eſt enim mares ſerpentum morſibus re/
medio eſſe:ſi eos continuo attigerint: quemadmodum incantatores. ac
primo liuorem tranſferre:poſtea tumorem ac dolorem ſedare.Gētis hu
ius auctorem tradunt Heroem quendam:ex ſerpente immutatum: qui
fortaſſe unus aliquis fuit ex libycis pſillis:uis autem ea aliquandiu in ge
nus permanſit. parium myleſii & erythrei & parii condidere. Pytia eſt
apud pytiuntem pariane regionis:& montem pytium imminentem ha/
bet.Ea iter parium iacet ac priapū: iuxta linum qui locus ad mare ē:ubi
cochlie Lynuſii appellati optimi omnium capiuntur. e pario priapum
nauiganti:eſt antiqua proconneſus: & noua quæ ciuitatem habet & albi
lapidis uenam magnam: & apprime laudatam. Vnde Cyzicena opera
circūſtātium ciuitatum pulcherrima:ex hoc lapide fiunt.Hinc fuit Ari/
ſteus carminum poeta:quæ Arimaſpia dicuntur.uir facundie blanditiis
uehemēs:ſi qs alius.Rheæ mōtē:alii eos putāt: q circa Piroſſū ſūt:quos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cyziceni habẽt zeliæ uicinos.ĩ his thera eſt primo lydoꝝ regia:poſtea p
ſarum nonnulli collẽ quẽdã oſtendunt ſtadiis.xl. a lampſaco diſtãtẽ: in
quo templum eſt matri deoꝝ ſacrum:quod Rheæ dicit lampſacus inſi/
gnis urbs eſt ad mare ſita: quæ portum optimum habet:ea adhuc optĩe
perſtat quẽadmodum Abydus: a qua diſtat ad centũ &.lxx. ſtadia: pri/
us autẽ pityuſa uocabat:quemadmodũ de Chio dicunt.in peninſula op/
pidũ eſt Callipolis quod in littore iacet ad Aſiam expoſito : nõ procul a
lampſaco:ut ab ea non plus q̃.xl.ſtadiis abſit:inter lampſacũ atque pari/
um.Peſus urbs fuit:& flumẽ.urbe diruta iam peſini lampſacum migra
uere:cum & ipſi mileſioꝝ coloni eſſent:quẽadmodum lampſaceni.poe/
ta dupliciter eos protulit: & addita prima ſyllaba: ut necnon & apeſum
& detracta ut

Diues opum uariaꝝ habitabat mœnia peſi.

Et adhuc flumẽ ita uocat:ultra lampſacũ ĩ eius mediterranæa ſunt colo/
ne mileſioꝝ. Aliæ ſunt ad exterius Helleſponti mare: ſtadiis cẽtũ &.xl.
ab Ilao diſtãtes.e quibus Cygnũ dicũt. Anaximenes tradit ĩ erithrea & ĩ
phocide & in theſſalia colonas dici:ĩ pariano etiã agro ẽ Idiocolona:ĩ lam
pſaceno locus ẽ.uineis cõſitus qui gergithiũ appellat. Fuit etiam ciuitas
gergitha a gergithis dicta:quæ in cumano agro erat.Ibi enim ciuitas fu/
it pluraliter & fœminĩe dicta gergithes ũde fuit Cephalo gergithius.ad/
huc locus ĩ cumano oſtẽditur gergithiũ apd̃ lariſſam.Ex pario fuit Ne/
optolemus cognomẽto Gloſſographus uir memoratu dignus.E lãpſaco
fuit Charon reꝝ conſcriptor:& adimãtus & Anaximenes orator & Me/
trodorus Epicuri ſodalis. Atqui Epicurus ipſe quodãmodo lãpſacenus
fuit:diu lãpſaci uerſatus.atq; leontei & Idomenei amicicia uſus: qui pri/
mi erãt in ea ciuitate.Ex hoc loco Agrippa leonẽ qui corruerat trãſtulit:
Lyſippi opus eũq; collocauit in luco qui iter lacũ ẽ & Euripũ.poſt lãpſa/
cum eſt Abydus:& intermedia loca ſcilicet lampſacenus ager & pariani
pars:quæ poeta ſic comprehendit. Nam hæ urbes troianis temporibus
nondum erant.

Et qui percoten atq; ipſum praction:& qui

Claram Seſton habent: & Abydum & Dian ariſbam.

Aſius Hyrtacides dux horum uenit Ariſba.

Magnanimis aduectus equis:Seleentis ab amne.

Quod cum ita dicat : uidetur ſignificare ariſbam regiam eſſe aſii: unde
eum profectum dicit : ſi uenit ariſba ſeleentis ab amne: quæ loca adeo
ſunt obſcura: ut de eis hiſtorici non conueniant: niſi quod circa Abydũ
ſunt & lampſacum & parium & quod antique per cote nomen immuta
tum eſt.ex fluminibus autem poeta dicit ſeleentẽ apud Aribam fluere:
ſiquidem Aſius Ariſba uenit: & ſeleentis ab amne. Practius amnis eſt
urbs ipſa nõ reperitur:ut nõnulli putauerũt. Is inter Abydum & lãpſa/
cum fluit.Quin autem Praction ait de flumine accipiendum eſt:quem
admodum Et illud.

Et qui præclaꝝ cepheſi flumẽ habebãt. Et illud.

Partheniũ circa fluuiũ qui tecta tenebãt.

In leſto ciuitas fuit Aariſba. cuius agrũ methymnei habẽt.Eſt etiã fluui/
us qdã Ariſbus ĩ thracia(ut dictũ eſt)prope quẽ cebrini thraces habitãt.
Multa enim apud troes & thraces eiſdẽ nominibus appellantur.ut Scei
thraces quidã: & Sceus amnis & Sceus murus & Sceæ troianæ portæ.
Itẽ xanthii thraces & xãthus troiæ fluuius: Ariſbus quoque ĩ hebrũ ĩmit
tit. Ariſba troiæ ciuitas ẽ:Itẽ rheſus apud troiã fluuit. rheſus etiã thracũ
rex fuit.itẽ alter Aſius apud Homeꝝ inuenitur.

Aſius hic & auunculus erat domitoris equorũ
Hectoris atque Hecubæ frater:natuſque Dymãtis:
Sãgariũ phrygiæ campos habitãtis ad amnẽ.

Abydũ mileſii cõdidere.Gyge Lydoꝝ rege permittẽte.Nã ea loca & to/
ta troas ſub illo erat:atque promõtoriũ quoddã iuxta dardanum gygas
appellatur:id ĩ ore ꝓpontidis iacet:& Helleſponti a Lãpſaco & Ilio æqua
li ſpatio diſtãs:ad ſtadia centum &.lxx.Hoc in loco eſt illud ſeptẽ ſtadi/
um mare quod Aſiã dirimit ab Europa a Xerxe ponte iunctũ.promon/
torium ipſum propter figurã cherõneſus appellatur quæ ubi pons iun/
ctus eſt:anguſtias facit.pons Abydo obiacet.Seſtus cheronneſiarum ci/
uitatũ optima eſt: quæ propter uicinitatẽ ſub eodem præfecto cõſtituta
erat:cũ præfecturæ nondum continẽtibus diſtinguerentur. Abydus ac
Seſtus ad ſtadia.xxx.inter ſe diſtant:a portu in portũ pontis locus ẽ pau
lulum ab urbibus digredienti. Abydo quidẽ propontidem uerſus.Se/
ſto uero in eius aduerſum Apud Seſtũ locus quidã Apobathra nomĩa/
tur:ad quem ratis iuncta fuit.Seſtus autẽ eſt interius: propontidem uer
ſus a dextra pte fluxus:qui ab ea fertur. quapropter facilius e Seſto na/
uigatur:ad iunonis turrim.ſiquis paululum deflectat:atque inde ſoluat.
Cũ fluxus ibi ad trãſitũ adminiculet:ex Abydo uero tranſeũtibus ĩ con
traria præternauigãdũ ẽ circiter octo ſtadia ad turrim q̃ndã Seſto oppo/
ſitã.poſtea ĩ obliquũ eũdũ ẽ:& neq̃quã aduerſus fluxũ nauigãdũ. Thra/
ces poſt res troianas: Abydũ habitauere:deĩde mileſii. Sed quum urbes
circa propontidẽ a Dario Xerxis patre concremarẽtur. Abydus etiã cala
mitatis eius particeps fuit.Nã poſt reditũ e Scythia: intelligẽs nomadas
aduerſus ſe tranſitum parare:ad ea ulciſcenda:quæ perpeſſi fuerant:ue/
ritus ne urbes exercitui trãſitũ præberẽt eas cõcremauit ũde ad cæteras

mutationes & tempora:hæc etiã confundendorum locorꝝ cauſa acceſſit.
De Seſto ac tota cheronneſo tunc diximus cum de thracia tractaremus
Theopompus ait Seſtum paruam quidem eſſe: ſed bene munitam: &
duorum iugerum crure ad portum coniunctã.unde propter hæc & pro
pter fluxum aditus dominam eſſe:abydeorum regioni in troade Aſcy/
ra imminent:quæ nunc abydeorum ſunt:urbs diruta. ea prius per ſeſe
erat:& auri metalla habebat.Quæ nunc perrara ſunt:utpote conſumpta
quemadmodum ea quæ in Tmolo:& circa pactolum erant.Dicũt Aby
dum ab eſapo diſtare ad ſeptingenta ſtadia:recta autem nauigatiõe pau
ciora Ilienſia extra Abydum ſunt:tum cætera maritima lectum uſque.
tum etiam quæ ĩ troiano iacẽt cãpo:& idæ prætermõtana Aeneæ ſubdi/
ta quã poeta duobus modis nominat:ĩterdum ita dicens.
Dardanios ait anchiſæ pulcherrima proles.
Dardanios uocãs:ĩterdum dardanos:ut
Et troes ſimul & lycii tum dardana pubes.
Veriſimile autem eſt:hoc ĩ loco eam fuiſſe:quam poeta dardaniã uocat:
ut Nubigena primũ ſatus ab Ioue dardanus ipſam
Dardaniam poſuit.
Nunc uero ne urbis quidem ueſtigium uſq; apparet. Plato poſt diluui/
um tria uiuendi genera putat conſtituta. primum in ipſis montium ca/
cuminibus:ſimplex & agreſte eorum qui aquas formidant:quæ in cam/
pis ſolent abundare.Secundum in ipſis montium radicibus eorum qui
iam audent:maxime quum campi iam areſcere cœpiſſent. Tertium in
campis.Dicet aliquis & quartum & quitum & fortaſſe plura. Poſtremũ
uero in ora maritima & ĩ iſulis iã metu omni amoro:nã magis & minus
audere ad mare accedere multas uitæ & morũ differentias efficiet : & ut
boni illi & agreſtes mitiorem quodammodo uitæ modum ſecundorũ
ſubeunt:ſic eſt quædam præter hos differentia ruſticorum hominum &
ſemiruſticorum & ciuilium:a quibus iam nomina paulatim immutata ĩ
optimum & urbanum uitæ genus deſierunt:ſecundũ mutationẽ morũ
in melius factã præter locorum & uitæ diuerſitates.Has itaque differen
tias Plato dicit a poeta deſcriptas:nã primũ uiuendi exẽplum Cyclopas
ponit:qui fructibus ſponte naſcentibus utebantur: & montiũ cacumina
in ſpeluncis habitabãt:de quibus ſic ait.
Omnia per ſeſe nullo naſcuntur aratro.
Nõ fora:nõ cauſas norunt:nõ ſancta ſenatus
Iura:ſed ĩ celſis habitãtes mõtibus:antra
Et puer & magnis de rebus iudicat uxor.
Secundæ ciuilitatis exemplũ Dardanũ ponit: qui
Dardaniam poſuit:quoniam nondum ilion eſſet
In campo:ſed adhuc idæ montana tenerent.
Protinus illa fuit multis habitantibus aucta.
Tertiæ exemplum Ilum ponit quẽ ilii cõditorem tradũt.Vnde par eſt
eum in medio campo ſepultum eſſe:quoniam prior auſus eſt in campis
habitare:unde illud eſt.hi ueterẽ ad tumulũ: atq; Illi monumẽta ruebãt:
Dardanii medium qua campus Erineon ambit.
Sed nec hic omnino auſus eſt:nã nec ibi urbẽ condidit:ubi nũc eſt. ſed
xxx.fere ſtadiis ſuperius ad orientẽ idã & dardaniã uerſus: iuxta eum q;
nũc iliẽſiũ uicus dicitur. Noui iliẽſes gloriæ cupidi cũ uellẽt hãc eſſe an
tiquã urbẽ coniectãdi cauſam præbuerũt:ex Homeri poeſi. Hæc enim
non uideẽt ea eſſe:quæ ab Homero deſcribiẽt.Sũt alii qui ſcripſerunt ur
bẽ hanc multa loca mutaſſe:poſtremo hic conſtitiſſe. idque ex oraculo.
Tales itaque mutationes quæ tũc in ĩferioribus ptibus contigerũt ciuili
tatũ & uiuẽdi differentias efficere arbitror.Sed de his alias.Tandẽ ilien
ſium qui nunc ſũt urbẽ:uicũ eſſe dicũt:qui Palladis tẽplũ habet. idque
paruum ac tenue.Alexandrũ uero quũ ex uictoria rediret apd granicũ
habita.templũ donis exornaſſe atq; urbẽ appellaſſe:& ut ædificiis repa/
raretẽ:curatoribus mandaſſe:& liberã & ĩmunem cenſuiſſe.poſtea ſuba/
ctis perſis humaniſſimam epiſtolã miſiſſe.ĩ qua ſe eã magnificaturꝝ pol/
licebaẽ & inſigne tẽplum conditurum & ſacrũ certamẽ inſtituturꝝ:poſt
eius obitũ Lyſimachus urbis cura ſuſcepta: delubꝝ conſtruxit & murũ
circũduxit:& uicinas & ãtiquas urbes in eã habitatũ deduxit:quæ iã erãt
labefactatæ.is etiã Alexãdriã curauit:quæ iã ab Antigono habitata erat:
& ãtigonia appellata: noĩe tamẽ ĩmutato.Pium enim uiſum ẽ Alexãdri
ſucceſſoribus:ut prius de noĩe illius urbes conderẽt: poſtea de ſuo ea q/
dẽ permanſit & aucta eſt:nũc quoq; Romanorꝝ coloniã accepit. & inter
claras putaẽ:& qd nunc Iliũ ẽ:uicus erat in urbis modũ:quũ primũ Ro
mani aſiã ingreſſi Antiochũ magnũ eiecerũt ex ea regione:quæ ĩtra tau
rũ eſt.Demetrius Scepſius refert:cũ adoleſcens adhuc in eã urbẽ pegri/
nareẽ:adeo neglectã uidiſſe:ut ne coctilia qdẽ tecta haberet. Ageſianax
ſcribit Gallos ex Europa trangreſſos:in urbẽ aſcẽdiſſe:tutelæ gratia:ſed
quum eã ſine mœnibus comperiſſent:ilico reliquiſſe.poſtea multum re
parata ẽ.Deide rurſum Romãi qui cũ ſimbria erãt eã labefactarũt obſi
diõe captã:ĩ bello aduerſũ Mithridatẽ geſto:nã tũc ſimbria q̃ſtor miſſus
ẽ cũ Valerio Flacco cõſule:bellũ aduerſum Mithridatem aggrediente.
Ille mota ſeditione: & cõſulæ a ſe ĩ Bithynia ĩterẽpto:exercitu potitus ẽ:
ꝓgreſſuſq; iliũ quũ ilienſes eũ(utpote latronẽ)non ſuſciperẽt:admototo
ad urbẽ exercitu:undecimo die eã cœpit. Cui glorianti quod quã urbẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Agamẽnon.x.ãno uix cœpit: cum mille nauium classem & uniuersam græciã secũ haberet: ipse eam undecimo die cœpisset: respõdit quidam ex ilienſibus:nõ enim Hector aderat:qui ꝑ ciuitate pugnaret. Sed quũ Sylla aduẽrasset hũc sustulit:Mithridate conditionibus quibusdam dimiſſo. Iliẽses uero multis beneficiis solatus est.Aetate nostra Diuus cæsar maximã de iis curã susscepit:Alexandrũ æmulatus: nã ille ut cognationẽ inouaret ad eos curãdos impulsus est simul quia Homeri studioſus fuit:unde etiã Homerice poeseos emendatio quædã fert:quæ ex Alexãdri ferula dicit cũ Callisthene & Anaxarcho.Is enim quædam adnotauit quæ postea in ferulã coniecit:quã in persica gaza inuenerat sumptuose instructã.Homeri itaque studio & æacidarꝝ cognatione:qui Moloſſis ꝑerarũt apd quos etiã dicũt Andromachã regnasse Hectoris uxorẽ: Alexãder erga ilienſes magnopere erat affectus:Cæsar uero quia & Alexandri amãtissimus fuit & certissima cũ ilienſibus cognatiõis signa habebat:impẽdio ad beneficiũ ſcitabat. Certissima quidẽ:quia Romanus erat:Romãi aũt Auctorẽ generis Aeneã putãt.Iulius enim ab Iulo quodã uno ex progenitoribus:& ille ab Iulo cognomẽ hoc habuit: qui unus fuit ex posteris Aeneæ.Regionẽ itaque eis tribuit:libertate & ímunitate seruata:ĩ quibus adhuc permanẽt. Quod aũt ãtiquũ Homeri ilium nõ sit ĩ hoc loco:ex his cõiecturã capiũt. Sed prius loca describẽda sũt:quæ ab ora maritima ſcipiũt:ubi nos desciuimus. Post Abydũ itaq; ẽ promõtorium dardaniũ de quo pauloãte fecimus mẽtionẽ:& ciuitas Dardanus lxx.ſtadiis ab Abydo distãs:iter hæc Rhodius amnis emititit.apud quẽ in cherõneso Cynosema ẽ:Hecubæ sepulcrũ quidã Rhodium dicunt ĩ Esapum emittere:qui unus ex his ẽ:quĩ a poeta cõmemorantur.

Et septem Rhesi uada tum rhodium:atque caresum.

Dardanus prisca res est & adeo spreta:ut sæpe reges alii Abydũ trãstulerint:alii rursum ĩ pristinã habuerĩt cõditionẽ:hoc ĩ loco Cornelius Sylla Romanorꝝ ĩpator:& Mithridates cognomẽto Eupator conuenerunt: ut bellũ dissoluerẽt.nõ ꝑcul hĩc ẽ Ophruniũ:& ĩ eo Hectoris lucus:ĩ loco cõspicuo.deĩde pteleus lacus:deĩde Rhytiũ urbs in colle sita & regio littoralis Rhytio cõtinua:& Halitenes Et Eãtiũ:ĩ ea ẽ Aiacis tũulus & tẽplũ & statua:quã ab Antonio ablatã:& ĩ ægyptũ asportatã: Augustus cæsar iliẽsibus restituit:quẽadmodũ & pleriſq; aliis. Nã pulcherria dona: q̃ ille ex clarissimis tẽplis abstulerat:ægyptiæ largiens:hic deis reddidit: post Rhytiũ ẽ Sigeũ urbs diruta:& nauale & achiuorꝝ portus:& achaica castra & lacus:q os dicit.& Scamãdri hostia . Nã Sĩois & Scamãder ĩ cãpo concurrentes:multum lutum deuehũt:unde maritimam oram exaggerantes os obstruunt:& maria stagnantia & loca palustria efficiũt. iuxta Sigeum promõtoriũ ĩ cheronneso ẽ protosileũ & eleusa:de quibus in rebus thraciis ãte dictum ẽ.Huius oræ spaciũ a rhytio usq; Sigeũ & achillis tumulũ:recta nauigãtibus ẽ stadiorꝝ.lxx.nouo autẽ Ilio tota subiacet xii.fere stadiis ab eo distãs iuxta achiuorꝝ portũ.a priore aũt aliis.xxx.stadiis ad partẽ:quæ est idã uersus. Achilles & tẽplũ habet:& tumulũ iuxta Sigeũ:Patroclus aũt & Antilochus tumulos quibus õnibus & Aiaci Iliẽses sacrificãt. Herculẽ uero nõ colũt: causam afferentes : quod is urbẽ fuerit depopulatus. At ille(iqet aliqs)ita eã depopulatus ẽ:ut posteris de populaturis:labefactatã q̃dẽ relĩqueret: ciuitatẽ tamẽ: ũde poeta sic ĩqt.

Pergama diripuit plateas uiduauit & omnes.

Viduatio enim quædã hominũ ĩminutio ẽ:nõ tamẽ extremũ exitiũ sed ii quibus ipsi sacrificãt:& quos ut deos colũt:ex toto eã deleuere:nisi hoc causæ dicãt esse:quod hi iustũ bellũ ĩtulerũt.Hercules uero iniustũ:Laomedõtis equorꝝ gratia: cui rei rursum fabula occurrit.non enim equorꝝ gratia sed mercedis ꝑ hesione ac ceto:sed omittamus hæc:nã ĩ fabularũ cõmẽta recidimus:fortasse aliquæ ueriores causæ nõ latẽt:ꝓpter q̃s Iliẽsibus ĩcessit:ut alios colerẽt:alios minime: poeta significare uidet eã parũ urbem fuisse:quum de Hercule dicit.

Cũq; uiris paucis:& sex cũ nauibus:ipsa

Pergama diripuit:plateas uiduauit & omnes.

Hac ratiõe Priamus magnus ex paruo & Rex regũ effectus uidet:ut diximus:paululũ ab hac ora ꝑgrediẽti: est acheiũ:quod iã ad ulteriorẽ tenediorꝝ regionẽ ptinet:quæ loca cũ ad mare talia sint:iis troianus cãpus ĩminet usq; ad Idã:stadia pluria ascẽdẽs:oriẽtẽ uersus.huius prætermõtana pangusta q̃dẽ est partim ad meridiẽ extẽsa: usq; ad loca quæ apud Scepsim sũt:ꝑtim ad septẽtrionẽ:usq; ad Lycios:qui iuxta zeliã habitãt. Hãc poeta sub Aenea & Antenoridis ponit ac dardaniã uocat. postea ẽ Cebrinia:magna ex parte cãpestris:quæ quodãmodo pariter cum dardania ꝑgredit. Erat etiã olim urbs cebrinia:demetrius hucusque Ilii agrũ Hectori subditũ ꝑtendere arbitrat progrediẽtẽ a nauali usq; ĩ cebriniã ibiq; Alexãdri & Oenones sepulturã ostẽdi:quã dicunt Alexãdri uxorẽ fuisse:prius q̃ Helenam raperet:& poeta inquit.

Cebrionem haud propria Priamo de coniuge natũ

Quem consentaneum est a regione:uel ut ab urbe potius nomen habuisse.Cebriniam uero Scepsim usque procedere: & eorum confiniũ esse Scamandrum:medium inter ea fluentem.Cebrinios cum Sceptiis semper inimicicias exercuisse:donec Antigõus eos Antigoniã trãstulit:quæ nũc Alexãdria dicitur.ac cebrinios quidem cum aliis Alexandriæ remãsisse.Sceptios uero domũ rediisse.Lysimacho permittẽte.a regione Idæ

quæ montana eſt duos quoſdã flexus ad mare excurrere:alterum Rhy/
tium:alterꝙ Sigeũ uerſus:atque ex utriſqꝫ dimidiati circuli lineã effici:&
tantum a mari diſtare:quantũ nouũ Iliũ atque in planicie deſinere. No
uum itaqꝫ Ilium intra dictoꝝ flexuum finẽ eſſe aſſerit. Antiquum uero
intra initium.interius autẽ Simoiſium campũ comprehendi: per quem
Simois fertur:& Scamãdriũ per quem Scamander fluit:atque hic pro/
prie troianus campus appellaꝫ.poeta quoque maximã certaminum par/
tẽ:hoc in loco factam oſtendit.nam & latior eſt:& loca celebrata hic uide
mus.ut Erineon Eſate ſepulchrum:& Batiam Ili tumulum: flumina eti
am Simois & Scamãder:quoꝝ alterꝙ Sigeo:aluerũ Rhytio ꝓximũ ẽ.ea
in conſpectu noui ilii concurrũt.poſtea Sigeũ delata lacum efficiũt: q os
diciꝫ.Vtroſque campos alterꝙ ab altero ĩgens quidã collis dictoꝝ flexu/
um in rectum dirimit.qui a nouo ilio ĩcipiẽs:& ei coniunctus:uſqꝫ in ce
briniam tẽdit.Itaque ad utroſque flexus Philoſophi litteram efficit. pau
lo ultra eum eſt ilienſium uicus: ubi fuiſſe exiſtimaꝫ ãtiquum ilium di/
ſtans ab urbe quæ nunc eſt:ſtadiis.xxx.ultra ilienſium uicũ eſt callicolo/
na collis quidam:iuxta quem Simois labiꝫ:quinque ſtadium ſpaciũ ha/
bens unde illud quod de Marte dicitur:non caret ratione:ut

Parte alia mauors:uiolenti turbinis inſtar
Fertur:& excelſa troas hortaꝫ ab arce.

Nonnunq̃ ad Somoenta ruit:qua collicona eſt .
Nã prœlio ĩ Scamãdri campo inito:cõueniẽter mars interdũ ab arce tro
ianos exhortabaꝫ:interdũ ab aliis locis Simoenti:& callicolonæ ꝓximis:
quouſque ueriſimile ẽ pugnã progredi. Cũ uero Callicolona.xl. ſtadiis
abſit a nouo Ilio:quid opus erat tantũ ſpatiũ comprehẽdi:ĩ quãtũ caſtra
nõ extẽdebanꝫ? id quoque quod Lycii ſortiti erant:ante Thymbrã ual/
de cõuenit antiquæ urbi.nam thymbra cãpus eſt ibi proximus:& thym
bræus qui per eũ fluit:ĩ Scamandrũ emittẽs ad Apollinis thymbræi tẽ/
plũ.l.ſtadiis diſtat.Erineos etiã aſper quidã locus:in quo multæ ſunt Ca
prificus:antiquæ urbi ſubiacet.quare illud quod ab andromacha diciꝫ:
ualde huic conuenit.ut

Tu populis conſiſte tuis:ad Eerineon Hector
Qua patet acceſſus uel adiri mœnia poſſunt

Nouæ autẽ urbi nõ conuenit:phagus quoque paulo ĩferior eſt Erineo:
de qua achilles ait Dũqꝫ ego apud troiã certarẽ: e mœnibus Hector
Lõgius ad pugnã nũq̃ prodire uolebat.
Sed Sceas portas:& phagum exibat ad uſque.
Præterea id quod nũc nauale dicitur:adeo uicinum ẽ nouæ urbi:ut me
rito ptim troianoꝝ demẽtiã liceat admirari:partim metum.Dementiam
quidem ſi tãto tẽpore id ĩmunitũ habebant:cũ urbs propinqua eſſet: &
tãta ciuiũ & ſocioꝝ multitudine abundaret.Nuper enim factũ murũ in/
quit.uel nõ eſt factus.ſed poeta qui eũ finxit etiã deleuit(ut Ariſtoteles
dicit)Metũ uero:ſi facto muro ex eo pugnabãt:cũ hoſtes ad nauale irru/
entes:e nauibus certarẽt.Veꝝ cũ illi id ĩmunitũ haberẽt:nõ audebãt ad
obſidẽdũ accedere:cũ diſtantia parua eſſet:nauale enim iuxta Sigeũ eſt:
& Scamãder prope emittit:diſtans ab Ilio ſtadiis.xx.Quod ſi quis dicat:
eũ qui nunc achiuoꝝ portus uocaꝫ:nauale fuiſſe propinquioꝛẽ locũ di/
cet.xii.ſtadiis ab urbe diſtãtẽ: & cãpũ ad mare addet:quia totus campus
qui ad mare ãte urbẽ iacet:fluminũ aggeſtio eſt.quapropter ſi nunc.xii.
ſtadioꝝ ĩteruallũ eſt:tũc dimidio minus erat:narratio quoque ab Vlyſſe
ad Eumeũ habita:a nauali ad urbẽ magnũ ſpatiũ eſſe ſignificat:ut aciem
ſub troiã duximus:& ĩ ꝓgreſſu ait nimiũ lõge a nauibus uenimus.Mit/
tũtur etiã ſpeculatores uiſuri nũ apud naues maneãt:ualde remoti a mœ
nibus:an ĩ Vrbẽ retrocedãt:& Polydamas dicit.

Numne reuertamur ſocii decernite ĩ urbẽ?
Ipſe quidẽ iubeo:nã longe a mœnibus itum eſt

Demetrius Heſtieã alexãdrinã in teſtimoniũ affert: quæ de Homeri ilia
de cõſcripſit ĩterrogãtẽ num apud nouũ iliũ bellũ fuit: & troianus cam/
pus?quẽ poeta dicit inter urbẽ fuiſſe atque mare. nã fluminũ aggeſtio:
quæ nunc ante urbẽ cerniꝫ poſterius faſta eſt.polites quoque

Qui ſenis eſiate tumulo ſpectabat ab alto
Quid ſtruerent danai:pedibus pernicibus audax.

Stultus erat:nã q̃q̃ ab alto:tamẽ e maiore arcis altitudine ſpeculari pote
rat:& ex æquali fere diſtãtia nihil indigẽs pedũ ope ad tutelã.nam Eſate
ſepulchrũ quod nũc oſtẽdiꝫ.v.ſtadiis abeſt iuxta uiã:quæ alexãdriã fert.
præterea Hectoris diſcurſus circũ urbẽ ratione caret.nã noua urbs:pro/
pter perpetuũ iugũ circuiri non poteſt.Antiqua uero poteſt: cuius meri
to ueſtigiũ nullũ extat.nã cũ uicinæ urbes uaſtatæ eſſent:nõ tamẽ omni/
no erutæ: & ãtiq̃ fũditus deleta: omnes eius lapides:ad illaꝝ ĩſtaurationẽ
ſunt trãſlati.unde Archeanactẽ Mityleneũ dicunt:ex iis lapidibus Sige
um cũſtruxiſſe:quod poſtea atheniẽſes:miſſo phrynõe olympionice oc/
cuparũt:quum leſbii de uniuerſa fere troade diſceptarẽt.a quibus maxi
ma eius regionis pars poſſidebaꝫ. Eius autẽ habitationes partim adhuc
ſtãt:partim ſũt deletæ.Pictacus mityleneus:unus ex ſeptẽ ſapiẽtibus :ad
uerſus phrynonẽ ĩperatorẽ nauigãs:& prœlio cũ eo cõſerto:maximã cla
dẽ accepit.unde Alceus poeta dicit:ſe ĩ quodam certamine male latum:
abiectis armis aufugiſſe.& precõi cuidã imperaſſent:ut iis q domi erãt:
nuntiareꝫ Alceus incolumis nequaquam ipſum tollet tyrannũ: in clarũ

Palladis templum:quem Attaci ſuſpẽderũt.poſtea Phrynone illum ad ſingulare certamẽ prouocãte,cõcurrit:ſumptiſq; piſcatoriis iſtrumentis: funda cõuoluit:& fuſcina gladioque cõfodit.ſtãte adhuc bello Periãder ab utriſq; arbiter electus id diremit.Demetrius Timæũ mentiri ait qui ſcribat:e lapidibus Ilii Achilleũ a periandro munitũ dũ atheniẽſibus cõ tra Pictacũ auxiliaretur.munitũ quidẽ hunc locũ a mityleneis apd̃ Sige um cõcedit.ſed nequaq̃ ex his lapidibus nec a Periãdro: qui quomodo arbiter eſſet electus:qui erat aduerſarius:Achilleũ locus eſt:i quo Achil lis monumẽtũ oſtenditur.parua ſane habitatio.Ilienſes Segeũ cũ minus obtẽperaret:euerterũt. nã tota ora dardanũ uſque:ſub illis fuit & nũc ẽ: olim maxima pars ſub æolibus erat:quapropter Ephorus nõ dubitat to tã regionẽ quæ Abydo cumam pertẽdit:æolida nominare Thucydides dicit:atheniẽſes troiã Mityleneis abſtuliſſe: i bello pelopõneſiaco: quod pachetiũ dictũ eſt.noui autẽ ilienſes aſſerũt urbẽ ab Achiuis captã non tamẽ penitus euerſam:nec unq̃ funditus deletã fuiſſe.unde locrẽſes uir gines paulo poſt quotãnis mitti ícœperũt:q̃ ꝓfecto minie ſunt Homeri ca.Nã nec Homerus Caſãdræ uiolẽtiã nouit.ſed eã tunc uirginẽ dicit:ut Interiore domus parte othryonea premit.

Quẽ noua bello; iã pridem fama cabeſo
Traxerat intactã:& forma præſtante:petẽtem
Caſſandram.

Violentiæ uero nuſq̃ meminit:nec quod Aiacis ĩteritus ĩ neufragio Pal ladis ira euenerit:an alia ſimili cauſa:ſed qd̃ Palladi eſſet exoſus:i cõmu ni dixit.nã cũ omnes ĩ templum ſcelerati atque impii fuiſſent: omnibus erat ĩfenſa: ĩteremptos aũt a Neptũno dicit:propter eo; ĩſolentiã.Locrẽ ſes uirgines mitti cõtigit quum iam ꝑ ſe obtinerẽt:ilienſes itaq; hoc mo do inquiũt.homerus autẽ expreſſe urbis excidium ponit:ut
Tempus enim ueniet:quo cõcidat Ilion ĩgẽs. Et illud.
Si Priami clarã pugnãdo euertimus urbem.Et illud
Vrbs Priami decimo iã tandẽ corruit ãno.

Huius rei cõiecturã hãc faciũt quod Palladis ſimulacrũ nũc ſtat: cũ Ho merus id ſedere ſignificet.iubet enim peplum Palladis genibus apponi ꝓ ĩponi: ut eſt etiam illud.

Nõ cernet genibus caros aſſidere natos.

Quod melius eſt:q̃ ut qdã exponũt:ꝓ iuxta genua poni afferẽtes illud. Illa foco aſtabat:rutilũq; ſedebat ad ignẽ.

Id ẽ iuxta focũ: quenã.n.pepli poſitio eſſet iuxta genua:Ii quoq; q geni bus accẽtu circũflexo ꝓnũtiãt:quẽadmodũ ĩ mꝫtis aliis fit: utcũq; accipi ant:uerba ĩ ĩfinitũ ꝓtrahunt.Permulta uero antiqua Palladis ſimulacra ſedẽtia oſtẽdunt ut Phoceæ:Maſſiliæ Romæ Chii: & mꝫtis aliis ĩ locis. Iuniores quoq; urbis excidiũ cõfitent:ut Lycurgus orator.nã Ilii mẽtio/ nẽ faciẽs qs iqt nõ audiuit id ſemel a græcis euerſum:qd̃ nũc deſertum eſt:Sũt q putẽt poſteriores hos cõdidiſſe:ratos locũ eũ iauſpicatũ eſſe: ꝓpter calamitates uel qd̃ Agamẽnõ ãtiqua cõſuetudie eũ fuerit execra/ tus:quẽadmodũ Croeſus quũ Sidinã cœpit: ĩ q̃ Glautias tyrãnus aufu/ gerat:execratus ẽ qcũq; eũ locũ iſtaurarẽt.q̃re ab eo loco illos credũt ab/ ſtinuiſſe:atq; aliũ cõdidiſſe. Aſtypalienſes itaq; q Rhytiũ tenuerunt pri mi oppidũ iuxta Simoentẽ habitauere:qd̃ nũc Poliſma nomiat:in loco nõ ualde idoneo.q̃propter cito euerſum ẽ.Noua uero habitatio & tem/ plũ apud lydos cõdita ſunt: ea ĩ initio nõ erat urbs: ſed mꝫtis ãnis poſt: & paulatim ut diximus creuit.Hellanicus uolẽs ilieẽſibus gratificari: ut illius fama ẽ.cõcedit nouã & ãtiquã urbẽ eandẽ eſſe:q̃ deleta q Sigeũ & Rhytiũ habitabãt:regionẽ ĩter ſe partiti ſunt.ea aũt reſtituta oĩa reddide runt.Idã proprie multifontẽ dici exiſtimãt:ꝓpter fluminũ multitudinẽ ex ea ꝓfluẽtiũ.præſertĩ ubi Dardanica regio ei ſubiacet:uſq; Scepſim & Iliẽſia.Demetrius eo; loco; gnarus:ut hõ idigẽa:ita ĩqt.ẽ collis qdã Idæ noie Corylus:ultra Scepſim:ad.c.ac.xx.ſtadia: ex quo Scamãder & gra/ nicus & eſapus fluũt.ſed hi ad ſeptẽtrionẽ & ꝓpõtidẽ tẽdũt:e pluribus fontibus manãtes:Scamãder ad occaſum ex uno fonte. fontes ĩter ſe di/ ſtãt.xx.ſtadio; ĩteruallo. & finis eſapi ab ortu ſuo plurimũ diſtat qngẽ/ tis fere ſtadiis cuius poeta inquit.

Dicendi cauſam præſtat mirandus aquarum
Fluxus hic geminis Scamander fontibus exit.
Alter enim tepidis fumoſus labitur undis.
Alter at in medio tranfertur frigidus æſtu.

Quã nix & grando & glacie diſtinctus aquai.

tepidis.i.calidis:addidit etiã fumoſus quia fumus ex eo fit ſicut ex igne. Sed in eo loco nũc calidæ aquæ nõ inueniũt:nec Scamandri fons ibi ẽ: ſed in mõte: iſq; unus & nõ duo.Calidas quidẽ defeciſſe ueriſimile eſt: frigidæ autẽ per diriuationẽ e Scamãdro effluẽtes iuxta hũc locũ exori unt:uel quia prope Scamãdrũ ſunt: atq; hæc aqua ſcamãdri fons dicit. nã hoc mõ plures fontes eiuſdẽ fluminis dici poſſunt. In hũc Andrius ĩ fluit ex quadã cariſene mõtana regiõe:cõpluribus uicis habitata & opti me culta:quæ dardanicæ adiacet: uſq; ad loca zeliæ ac pityæ finitima.eã regionẽ a careſo flumine dictam putant:cuius poeta meminit.

Et ſeptẽ rheſi uada: tum rhodium:atque careſum
Hic idẽ dicit urbẽ de noie fluminis appellatã erutã eſſe.Rheſus fluuius nũc rhoites appellat:niſi q ĩ granicũ influit:rheſus ſic. Septẽuadus quẽ

multiuadū nominãt ſepties ptrãſit: a locis pulchre pinui finitimis uicū celenas eunti:& æſculapiū Lyſimachi opus.De pulchra pinu: Attalus q primus regnauit ita ſcribit.ambitū eius eſſe pedū.xxiiii.altitudinẽ a radice.lx.&.vii.poſtea i tria ſciſſam æqualiter iter ſe diſtãtia:itex i unū apicẽ cohiberi:totã eius altitudinem eſſe duox iugex &.xv.cubitox. diſtat ab Adramyttio ſtadiis cẽtū &.lxxx.ad ſeptẽtrionẽ. Careſus a malũte fluit: q locus inter paleſcepſim iacet:& acheiũ ulterioris tenediox agri:imittit autẽ i eſapũ:Rhodius a Cleãdria & Gordo fluit:quæ ſtadiis. lx.diſtant a pulchra pinu.ifluit autẽ in eũ i eſapi cõualle.quæ a ſiniſtra curſus eius eſt:primũ iuenitur polichna locus munitiſſimus. deide paleſcepſis:deide Halizoniũ:quod iã ad halizonũ materiã(de quibus ante diximus)cõfictũ eſt:poſtea careſus urbs deſerta:& careſina regio: & flumẽ ab eo dictũ quod conuallẽ ingẽtẽ efficit:minorẽ tamẽ ea:quæ eſapi eſt:Iam uero deinceps zeliæ ſecunt cãpi:& loca collibus plena & optime culta.In eſapi dextra:iter polichnã & paleſcepſim eſt uicus nouus & argentarie:qđ etiã ad eãdẽ materiã ponẽdũ eſt:ut illud ſaluũ eſſe poſſit, argenti ubi uena eſt:ſiue alybã ſiue alopã:ſiue utcũq uelint nominare. Oportuit enim eos & hoc fingere: parũper ſibi frontẽ ptricãtes: nec claudũ quicq: & reprehenſioni obuiũ reliquere:cũ iã ſemel auſi fuiſſẽt:iis itaq ſic occurritur:cætera quoq uel plurima ab eo animaduertẽda erant:ut ab homine perito & idigena & tãtam de iis rebus curã habẽte ut .xxx.libros cõſcripſerit:in expoſitionẽ paulo pluriũ.lx.uerſuũ:ex dinumeratione troianorũ:dicit itaq paleſcepſim ab urbe Aenea diſtare ſtadiis.l.ab eſapo flumine.xxx.rurſum ab hac paleſcepſi nomẽ ad alia plurima loca deduci ſed ad orã unde digreſſi ſumus:redeundũ eſt. Poſt Sigeũ ꝓmontorium eſt Achilleũ & Acheiũ:ulterior tenedioꝝ regio & ipſa tenedos: diſtãs a continenti ad ſtadia.xl.ea ambitum habet ad ſtadia octoginta & urbẽ æolicã:& portus duos & Apollinis Sminthei delubrum:ut poeta teſtatur.

Smintheu:præclare tenedi:dominat Apollo.

Circunſtant eã duæ paruæ inſulæ quas calydnas uocant: ſitas in nauigatione lectum uerſus Tenedũ:alii calydnã dixerunt:alii leucophrym.circa eã ſunt aliæ quædã inſulæ i hac de Tene cõficta fabula narrat:a quo ifula nominata eſt & de cygno q genere trax fuit:& Tenis pater(ut qdã uolunt)& colonaꝝ rex.acheio continua erat lariſſa & colone:quæ prius ad diã pertinebãt.& Chryſa in loco excelſo & petroſo ſupra mare ſita:& Amaxitus quæ continue lecto ſubiacet.nunc Acheio continua ẽ Alexãdria oppida uero illa:quẽadmodũ & alia cõplura caſtella alexandriã migrauere:e quibus eſt Cebrina & neãdria regionẽ tamẽ illi habẽt. Locus ipſe i quo nũc eſt alexãdria Sigia uocabat. In urbe Chryſa eſt apollinis Sminthei delubrũ:& ſignũ quod nominis ueritatẽ ſeruat.nã mus quidã pedi ſtatue ſubiacet.Hanc ſtatuã ſcopa parius fecit hiſtoria ſiue fabula: quæ de muribus narrat huic loco cõgruit.nã teucris e Creta profectis: de quibus primo Callinus elegiæ poeta tradidit:poſt multi ſunt ſecuti: datũ erat oraculũ:ibi eos ſedẽ poſituros:ubi terrigene eos adorirẽtur: id circa Amaxitũ dicunt cõtigiſſe:maximãque agreſtiũ murium mꝫtitudinẽ noctu exortã:quicquid armox & utẽſiliũ ex corio iueniſſent corroſiſſe:teucros ibi mãſiſſe:atq idã ab ida quæ in creta eſt appellaſſe:Heraclides põticus auctor eſt:mures ibi circa tẽplũ abundare:& ſacros exiſtimari.Simulacrũ uero ita iſtructũ eſſe:ut murẽ pedibus premat: alii teucrũ quẽdã prodidere ex Attica profectũ:ex urbe troũ:quæ nunc oxypeteon nominat:teucros uero nullos ex creta ueniſſe. Signũq cõiunctionis troum:cũ atticis dicunt:qđ apud utroſq erichthõius quidã generis auctor prædicat:iuniores ita dicũt. Homeri autem carminibus ea præcipue uidentur concordare:quæ ſunt in cãpo thebano & ueſtigia quæ chryſæ in eo ſitæ olim oſtendebãtur:de quibus mox dicendũ eſt.Sed multis in locis eſt Sminthei nomẽ. nã iuxta Amaxitũ duo loca ſunt:quæ Sminthia uocãt:præter eũ qui eſt iuxta tẽplũ.Itẽ alia lariſſeo agro proxima in pariano etiam agro locus eſt Smithius appellatus.Itẽ apđ Rhodũ & lyndũ & alia plurima loca:nũc tẽplũ Sminthiũ uocant.in agro itaq lecti ſeorſum eſt Halyſius cãpus & trageſei ſales:qui ſponte naſcũtur: & etheſiis uentis congelaſcunt.iuxta Amaxitũ Ara quoq.xii.deoꝝ:quã Agamemnon conſtruxit lecti oſtendit. Hæc loca contra iliũ ſunt ad ſtadia.cc.uel paulo plura. Sic ex altera pte ſunt abydẽſia q̃q̃ paulo propior eſt Abydus deflectẽti aũt lectũ ſunt clariſſime æolũ urbes:poſtea eſt ſinus Adramyttinus:in quo poeta maximã lelegũ partẽ uidet collocare:& cilicas qui duplices ſunt.Hic ẽ mityleneoꝝ littus: quod uicos aliquo thabet i illorum cõtinẽti.eundẽ ſinum ideũ nominãt.nã iugũ a lecto ad idã porrectũ primis ſinus partibus imminet:in quibus poeta primũ lelegas ſitos dixit.de quibus & ſi prius dictum eſt: nũc tamẽ ẽ repetẽdũ qa padeſon urbem quandam:ſub alte poſitam inquit.

Sub cuius lelegum populi ditione tenentur.

Pedaſus & fluuio quæ iuncta eſt Satnioenti.

Nũc urbis locus deſertus oſtẽdit:qdã ſub Satnioẽte ſcribũt. ſed nõ recte q̃ſi urbs ſub mõte Satnioẽte ſita ſit:cũ nullos ibi mons Satniois exiſtat:ſed fluuius ad quẽ urbs ſita eſt:q̃q̃ nũc deſerta: nomiat autẽ fluuiũ.

Satnion oenopidem contorta perculit haſta

Quẽ quõdam Nais peperit pulcherrima nimphæ

Oenopi:ſeruaret dum Satnioentis ad undam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ille boues. Et illud
Ad rapidi ripas ardebat Satnioētis
Pedaſon excelſam.
Poſtea Satioenta dixit:alii uero Saphnioenta:qui torrens magnus eſt:& celebris ꝓpter poetam qui eū nomiauit.Hæc loca dardanio agro & Scepſio ſunt continua:tāq̄ alia quædā dardania:humiliora tamen.Nūc aſſiorum & gargarenſium ſunt uſq; ad mare leſbū: cōtēta in regione q̄ olim Antādria erat & Cerebrinioꝝ & Neādrinoꝝ & Amaxitanoꝝ agro:neandrini enim ultra amaxitū ſunt:cum & ipſi citra lectū ſint & magis mediterranei & magis ilio propinqui.nā cētum &.l.ſtadiis ab eo diſtant.ultra hos ſunt cebrinii:ultra cebrinios dardanii uſque paleſcepſim atque Scepſim ipſam. Alceus antādrum lelegū urbē dixit:ut
Vrbs lelegū in primis antādros.
Scepſius eam in adiacētibus ponit ita:ut in cilicū terrā exeat.his enī quodāmodo leleges ſunt finitimi:auſtrale idæ latus terminātibus : humiles tamē ſunt:& ii & qui maritimā orā attingunt.præſertim iuxta adramyttiū.nā poſt lectū ē polymediū locus qdā ad ſtadia.xl.ab eo diſtās. uel ad lxxx.lucus ꝓuus ē circa mare.uel ad.c.&.xl.gargara:q̄ ī ꝓmontorio quodā iacet:qd̄ ſinū efficit. q ꝓprie Adramyttius uocat̄. nā tota ora a lecto uſq; canas hoc eodē nomīe appellat̄:ī quo & eleaticus cōprehenditur:& ꝓprie eū adramyttinū dicūt qui a promontorio clauditur: in quo garga ra ſunt:& a ꝓmōtorio pyrra uocitato.ī quo Aphrodiſiū ſitū ē:oris latitudo ē a ꝓmōtorio ī ꝓmōtoriū ſpatiū cētū &.xx.ſtadioꝝ:iterius ē ātādros cui mōs īminet:quē Alexādriā uocāt.ubi deas a Paride iudicatas dicūt. & Aſpaneus ubi idæ materies cædit̄.Hic enim eā aptāt poſtea ꝑ flumē deducunt. Deīde ē Aſtyra uicus:& lucus Aſtyrinæ Dianæ ſacer.ī proximo ē adramyttiū atheniēſium colonia:quæ & portū habet & nauale.extra ſinū & pyrrā promontoriū ē ciſthena urbs deſerta:quæ portū habet. ultra eā in mediterranea eſt æris uena & perperina & Trariū:& aliæ huiuſmodi habitationes in ſequēti mityleneoꝝ ora ſunt habitatiōes Coryphātis & Heraclia.Deinde Attea:deinde arneus & Pitana & caici flumīnis oſtia:quæ iā ad elaiticū ſinū pertinēt.in ulteriore regiōe ē malia:& reliquus ſinus uſq; canas.ſed rurſum de ſingulis dicamus:ſi quid prætermiſſum ē memoria dignū:ac primū de ſcepſi.Eſt autē Paleſcepſis ultra cebrenē:ad excelſiorē idæ partē ꝓpe polichnā.Ea olim ſcepſis uocabat̄: poſtea aliter:poſtea ex eo dicta eſt qd̄ locus eſſet circūſpectus: ſi ātiqua barbarorum nomina:græcis uocabulis interpretanda ſunt.poſtea.lx.ſtadiis inferius in eam migrauere:quæ nūc ſcepſis dicitur.auctore Scamādrio Hectoris filio.& Aſcanio Aeneæ:atq; hæc duo genera mīto tēpore dicuntur ſcepſi impaſſe:poſtea in paucoꝝ principatū conuerſa ſunt.poſtea cum mileſiis populari ſtatu habitauere. nihilominus qui ex eo genere erāt reges dicebant̄:& honores quoſdam habebant. poſtea Atigonus ſcepſios alexādriā deduxit:qui deinde Lyſimacho ꝑmittēte:domū redierē.Scepſius ſcepſim putat Aeneæ regiā fuiſſe:quæ media erat iter regionem illi ſubditam:& lyrneſſum:in quam ab Achille agitatus fuiſſe dicitur.Dicit enim Achilles
Nonne memor:quum te ſequerer:montana per Idæ?
Tu fugeres:curſuq; celer lyrneſſon adires?
Quæ uero de Aenea memorāt̄ nō cōcordāt cū iis:quæ nunc de auctoribus ſcepſiis dicta ſunt.dicunt enim eum in bello ſuperfuiſſe:propterea quod Priamo infenſus eſſet:ut
Hic odio Priamum regem indignatus habebat:
Quod ſibi promeritos nō impartiret honores.
Alios etiā prīcipes ut Antenoridas: & ipſum ātenorē euaſiſſe exiſtimāt: ꝓpter hoſpitalitatē quā cū Menelao habebāt. unde Sophocles ī captiuitate Ilii dicit pardalin āte antenoris ianuā poſitā fuiſſe:ſignū ut eius domus intacta relinqueret̄ Vnde Antenorē ac filios eius: cū enetis ī thraciā ſeruatos tradūt.inde circa adriā ī eā partē ueniſſe: quæ nūc enetia nominat̄. Aeneā cū patre anchiſe & aſcanio filio multis comitātibus enauigaſſe.alii eū dicūt circa macedoniā Olympū habitaſſe:alii circa mātiniā ī arcadia capuas condidiſſe: & a Capi quodā urbi nomē īpoſuiſſe.alii in Sicilā egeſtā ꝓfectū cū Elymno & troiano erycē & lilybeū occupaſſe:& fluuios circa egeſtā appellaſſe ſcamādrū & ſimoētē.inde in latiū ꝓfectū ibi permanſiſſe reſpōſo quodā iubēte:ī eo loco ſibi permanēdū eſſe ubi mēſas ederet:quod in latio prope lauiniū accidit. Ibi enim ingens panis ꝑ mēſa per imprudētiā appoſitus cū carnibus quæ ſup eo erāt aſūptus eſt.Homerus nec cū iis cōſentire uidet̄: nec cū aliis quæ de auctoribus ſcepſios memorant̄.Significat enī Aeneā ipſi ſucceſſorē ī troia remāſiſſe:ac troiæ īperium extincto priamidaꝝ genere natis natoꝝ tradidiſſe.ut
Iam priami genus eſt miſeratus iuppiter: at nunc
Imperiū troiæ Aeneas uiolentus habebit.
Et nati natoꝝ & qui naſcētur ab illis.
Sed hoc modo nec Scamandrii ſucceſſio ſeruabit̄.Multo magis etiā ab iis diſſentit:qui Aeneam dicunt uſq; in italiam erraſſe:atque ibi obiiſſe.
Sunt & qui ſic ſcribant.
At genus Aeneæ cunctis dominabit̄ oris
Et nati natorum & qui naſcentur ab illis
Quod de Romanis dicūt: e ſcepſi fuere philoſophi ſocratici. Eraſtus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coriſcus & Nereus Coriſci filius:q̄ Ariſtotelē & Theophraſtum audi
uit:& ſucceſſor fuit bibliothecæ Theophraſti:i q̄ Ariſtotelica ierat.nam
Ariſtoteles & bibliothecā & ſcolā reliqt Theophraſto: & primus ōniū
quos ſcimus libros cōgregauit.& ægypti reges bibliothecæ ordinē do/
nuntiaret:sed ita nomina proferret:quemadmodum barbari solent : qui
ad Græcā dictionem introducti expedire līguam non possunt:quēadmo
dū nec nos illorū orationē: quod apprime Caribus contigit.Nā alii non
multū cū græcis diuersabāt:nec græce uiuere nec eoꝝ dictionē edisce

Universidad de Deusto
Biblioteca

pertentabant: nisi parari admodum:ac fortuito uir uiro congredientes: Nam Cares per totā græciā errauerūt stipēdia merētes:quare barbari ex illo sunt appellati ex quo in græciā militarūt. at postea q̄ apd̄ īsulas habitarūt:id multū in eis eminuit.Inde ī Asiā profect::nec ibi sine græcis uiuere potuerūt.Nā Iones cū eis ac Dores traiecere:ab eadem quoq; causa barbarismus dictus est.eum enim ī his dicere cōsueuius: qui male græcissitant.nō aūt in iis qui Carice loquūt̄.Sic ēt barbariloquos & barbari sermonis homies eos accipere debemus:qui male græca ꝓnūtiāt.Carico aūt more barbarismū ad græcæ oratiōis artem trāstulerūt: & soloecismū siue id nomē a solis ductū sit:siue alio mō. Scribit Artemidorus a Physco:quæ est trāsmarinæ Rhodioꝝ regiōis usq; Lāgina:Ephesum eūtibus esse stadia octigēta & quiquagīta:usq; Trallis cētū ac uigīti.Aliæ Trallis sunt Meādrū trāseūti:in medio fere itinere ubi sunt cariæ fines: Atq; a Physco in Meādrum:secūdum uiā quæ Ephesum fert:eueniūt omnia mille & cētū & octoagīta stadia. Rursū deiceps a Meādro Ioniæ lōgitudo ē:eādē uiā ꝓgēti a flumie qdē usq; Trallis octogīta.Inde Magnesiā usq; cētum & quadragīta:Ephesum usq; centū ac uigīti. Smyrnam usq; tricēta & uigīti Phoceā usq;:& Ioniæ fines pauciora ducētis:quare recta Ioniæ lōgitudo erit hæc:uel paulo supra octīgenta.Sed quoniā cōmunis quædā uia trita est omibus ex Epheso ī oriētem ꝓficiscētibus. Atq; hac itur Caruta Cariæ cōfiniū Phrygiā uersus: ꝑ mediā Magnesiā ac Trallis & Nyssam & Antiochiam: septingentorum & quadraginta stadiorū. Dehinc Phrygia est per ipsam Laodiceam & Apamiam & Metropolim & Chelidonias: quare & Caruris usq; ī prætermōtane initiū ē Holmos: sunt stadia circiter nūgēta ac uigīti:usq; ī prætermōtāe finē:qui est Tyriariū Lycaoniā uersus:per ipsum Philomeliū paulo plura quīgentis.Postea e Lycaonia Coropassum usq;:per ipsam Laodiceam exustæ octigēta & quadraginta:Ex Coropasso Lycaonie usq; Garsaura oppidū Cappadociæ in finibus eius situm:centum ac uiginti hinc usq; Maxaca Cappadocum Metropolim:per loca Soandum & Sandacora sexcenta & octoagīta.Hinc ad Euphratē usq; Tomisum Sophine locū: ꝑ oppidū Erpha mille & quadrigenta & quadraginta: quæ uero e directo his sunt usq; in Indiā Eodē modo apud Artemidorum se habēt:quo & apud Eratosthenē. Polybius autumat de his quæ ibi sunt:illi credendū esse.Incipit aūt a Samosatis Cōmagene quæ iuxta transitum ac pontem iacet. a Cappdociæ uero finibus qui circa Tomisum sunt:taurum superāti:usq; Samosata dicit esse stadia quadringenta & quinquaginta:deinceps post ulteriorē rhodiorū transmarinā:cuius cōfiniū sunt Dedala ad oriētē solē nauigāti:Lycia est usq; in Pāphyliā.postea Pāphylia usq; in Ciliciā Tracheā

Postea hæc regio usq; in alterā Ciliciā quæ circa Issicū sinū est.Hæ sunt Cherōnesi partes cuius Isthmū dixius esse iter ab Isso Amisū usq; : uel Sinopē ut qbusdā placet.Regio uero extra taurū in āgusta ora est: quæ a Lycia tēdit usq; ad loca solis uicīa:quæ ciuitas nunc Pōpeiopolis dicit̄. postea Issici sinus ora:a solis & Tarso incipiens::iam ī cāpos pandit̄:quare quū hāc lustraueriius:tota nimirū Cherōnesus erit ꝑgrata. postea ad alias Asiæ partes ultra taurū ꝓgrediemur. postremo Libyca exponēus. post Dedala itaq; Rhodioꝝ mos ē Lyciæ quæ etiā Dedala noīat̄. Ab eo sumit initium tota Lyciæ præternauigatio:quæ est mille & septigētoꝝ ac uiginti stadioꝝ:aspera sane ac difficilis:sed bene portuosa : & ab hoibus tēperātibus habitata.Quoniam huius regiōis natura:Pāphylis & Cilicibus Trachiotis ꝓxia ē.Sed illi his locis ad latrocinia usi sunt:Piraticam exercētes:uel portus & uēdēdæ prædæ foꝝ Piratis exhibētes. apd̄ Sidā Pāphyliæ urbē:Cilices nauigia faciebāt:ibiq; captiuos sub hasta uēdita/bāt nō diffitētes eos liberos esse.Lycii adeo ciuiliter & cōtinēter uixerūt: ut cū feliciter usq; in Italiā mari dominarent̄,tamē ī nullo unq̄ turpi lucro sese extulerūt secūdū patriæ morē:in Lyciaci cōuētus administratione ꝑmanētes.Sūt aūt uigīti & tres urbes:quæ ī suffragiis dādis ꝑticipāt: & ex quaq; ciuitate in cōmune collegiū cōueniunt. Id discernētes quod pars maxia cōprobarit:maxiaꝝ ciuitatū unaqueq; ferre potest tria suffragia.medie duo:Cæteræ unū.Sic etiā ꝓportiōe tributa pēdūt & alia muniere Artēidorus auctor ē sex esse maxias.Xāthū Patara Pinara Olympū Myra. Tlon secūdū sitū Cibyroꝝ iacētem. In collegio primū eligit̄ Lyciæ præfectus.Post alii urbium magistratus.Iudicia ī cōmuni fiūt.Hi prius de bello de pace de sociis cōsultabāt:nūc id eis nō licet.sed ī Rōanoꝝ sitū est potestate:nisi illi ꝑmiserint uel illis ipsis expediat. Eodē mō & iudices & magistratus ꝓportione suffragioꝝ:ex unaquaq; ciuitate capiūt̄.Hi cū adeo iuste uiuerēt:liberi apd̄ Romanos fuerūt. & patria habuere & piratas uiderunt fūditus deletos.primū a Seruilio Isaurico.quo tēpore ille Isaura cœpit.postea a Pōpeio magno:q supra mille & tricēta nauigia cōcremauit . Eoꝝ uero habitatiōes excidit: ex hoibus q ī prœlio supfuere:alios in urbē solos deduxit habitatū:quā ille Pōpeiopolim appellauit.alios Didymenā hoibus effetā : quæ nūc Romanoꝝ est colonia. Sed poetæ maxime tragici natiōes cōfundūt.q quēadmodū & Troes & Mysos & Lydos Phrygas appellāt.ita & Lycios Cares.Post Dedala Lycioꝝ mōtem:ī ꝓxio seqt̄ Telmesus oppidū Lycioꝝ & Telmesis ꝓmōtorium qd̄ portū habet.hūc locū Eumenes ī bello Antiochico:a Romanis accepit.Sed sublato regno Lycii eū locū receperūt.Deinceps est Anticragus mōs erectus : ī quo ē Carmylesus locus ī conualle iacēs.Post hūc ē

Universidad de Deusto
Biblioteca

eragu[illegible] ꝓmõtoria octo habet:& urbẽ eiuſdẽ noīs.Hic fabulas de Chimere mõtibus cõfingũt.eſt ẽt nõ procul hinc cõuallis quædã noīe Chimera a littore porrecta.in mediterranea Crago ſubiacent Pinara:una ex maximis Lyciæ ciuitatibus.Hoc ī loco Pãdarus colit:eodẽ noīe fortaſſe quo & Troianus: Vt

Qualis Pandarei Chloreis pulchra puella:

Nã & hũc ex Lycia dicũt.deīde eſt Xãthus fluuius:quẽ priores Sirbim uocabãt. Ad decẽ ſtadia lẽbis nauigãti ẽ Latonæ templũ:ultra qd̃ ad ſexaginta ſtadia eſt Xãthus una ex maximis Lyciæ ciuitatibus.Poſt Xãthũ eſt Patara & ipſa maxima ciuitas Patari opus quæ portũ habet & templa plurima.Ptolæmeus Phyladelphus eũ augẽs:Lyciacã Arſinone noīauit: ſed ãtiquũ nomẽ obtinuit.Poſtea ad ſtadia uigiti ſupra mare ẽ Mycra:ī ſublimi colle ſita.poſtea Lorymi fluminis oſtia:aſcẽdẽti ſtadia uigiti pedeſtri itinere eſt Limyra oppidũ.in ipſa præternauigatiõe ſunt portus & inſulæ multæ:quaꝝ maxia eſt Ciſthene:& urbs eiuſdẽ noīs.ī mediterranea ſunt loca Phellus & Antiphellus & Chymera:de qua ſupra fecimus mẽtionẽ.Poſtea Hiera ꝓmõtoriũ & Chelidõiæ īſulæ tres:aſpere ſane & magnitudīe æquales:ad ſtadia quiq; īter ſe diſtãtes.a terra aũt ſtadiis ſex diſtãt.eaꝝ una ſtationẽ habet.ſunt q putãt taurũ initiũ capere hĩc propterea qd̃ ꝓmõtoriũ altũ ẽ:& a Piſidicis mõtibus Pãphyliæ īminentibus deſcẽdit:& ꝓpter īſulas quæ infronte ſitæ:inſigne ſignũ ī mari habẽt in fimbriæ modũ. Sed reuera a Rhodioꝝ trãſmaria Piſidiã uerſus:mõtana regio ꝓpetua eſt:quæ ẽt Taurus appellat̃ . Chelidoniæ aũt ad Canopũ uergere uidẽt̃.traiectus ipſe quattuor miliũ ſtadioꝝ dicit̃.ab Hiera uero ꝓmõtorio olbiã uſq; reliqua ſtadia ſunt tricẽta & ſexagītaſeptẽ in his ẽ Crãbuſa & Olympus ciuitas maxia: & mõs eiuſdẽ noīs: q Phoenicus uocat̃.Poſtea Corycus littus:poſtea Phaſilis:quæ portus tres habet:ciuitas īſignis & lacus imminet ei mõs noīe Solyma & Telmiſus Piſidica ciuitas ãguſtiis adiacẽs:p quas ī Milyadẽ trãſit̃. propterea Alexãder quũ anguſtias aperire uellet eã cœpit.Ad mare circa Phaſilidẽ ſunt ãguſtiæ: p quas Alexãder exercitũ duxit.Eſt ẽt mõs noīe Climax:Pãphylio pelago adiacẽs:is trãſitũ arctum ī littore reliquit:q mari trãqllo nudat̃ adeo: ut iter facientibus ꝓuius ſit.pelago aũt affluẽte undis cõtegit̃. Tranſitus ꝓ montem tum arduus ẽ:tũ ẽt ꝓlixus quapropter ī trãqllitatibus littore utunt̃. At Alexander in hyemẽ īcidẽs & maximã ꝓtẽ reꝝ ſuaꝝ fortunæ ꝓmittens:prius q̃ fluctus redierit mouit.& tota die cõtigit ut iter ī aqua faceret tenus umbilico Hæc urbs ẽt Lyciaca ẽ in mõtibus ſita:q Pãphyliã ſpectãt:ea cũ Lyciis nõ cõmunicat:ſed p ſe ẽ.Poeta Solymos diuerſos faciat a Lyciis.Nã Bellerophõtes a rege Lycioꝝ miſſus.

Hic Solymis iterum præſtãtibus intulit arma.

Quod uero Lycios prius Solymos uocatos dicunt: poſtea Termilas qui ab iis qui cũ Sarpedone ex creta uenerũt.poſtea Lycios a Lyco Pãdionis filio:q cum a ꝓpria terra exiſſet:ī regni partẽ a Sarpedone acceptus eſt: cũ Homero non concordant. At qui dicũt eos a poeta Solymos dici: qui nũc Mylies appellant̃:melius ſentiũt.Sed de his iã diximus.Poſt Phaſilidẽ eſt olbia Pãphyliæ initiũ īgens ſane munitio poſtea eſt is qui Cataractes appellat̃ amnis multus & torrẽtis more impetuoſus:ab alta petra deſcendẽs:adeo ut longiſſime ſtrepitus exaudiat̃.Poſtea urbs Attalia de nomine Philadelphi dicta:q eam condidit & ī Corycũ oppidũ trãſtulit: habitationẽ finitimã & paruo ambitu cõprehenſam.Dicũt inter Phaſilidẽ & Attaliã Thebã Lyrneſſumq; oſtẽdi.Nã(ut Calliſthenes refert)troiani Cilices ex Thebão cãpo in Pamphyliam exierũt. Poſtea eſt flumẽ Ceſtrus:quẽ ad ſtadia ſexaginta nauigãti ꝓga ciuitas eſt. cui ꝓximũ ẽ in loco edito Pergeæ Dianæ fanũ: ubi quotãnis feſta celebrãtur. Deīde ad ſtadia quadragita ſupra mare eſt urbs alta quæ a pergeis cõſpici poteſt. deinde lacus īgens noīe Capria.Deīde Eurymedon flumẽ:qd̃ adnauigãti ſtadiis ſexaginta ẽ urbs aſpendus ſatis populoſa:quã argiui cõdiderũt. Vltra eã eſt Petruliſſus:poſtea alius fluuius & multæ ī fronte inſulæ.Poſtea Sida Cumanoꝝ colonia:quæ Palladis tẽplum habet.ꝓxima eſt mirum Cibyrẽtiũ ora.poſtea Melas ãnis & ſtatio.poſtea Ptoleais urbs: Poſtea Pãphyliæ fines & Coraceſiũ Ciliciæ tracheæ initiũ:tota Pãphyliæ præternauigatio eſt.vc.& quadraginta ſtadiorũ.Herodotus auctor ẽ Pãphylos ex ſociis eſſe Amphilochi & Calchãtis mixtis ſane hominibus:q ex troia ſunt ſecuti:atq; ex iis alios hic remanſiſſe alios in alia loca fuiſſe diſperſos.Callinus dicit Calchantis obitũ apd̃ Clarũ fuiſſe. Gẽtes uero quæ cũ eo erãt taurũ cum mopſo trãſgreſſas:partim ī Pamphylia remãſiſſe partim Ciliciã:Syriãq; uſq; ī Phenicia diſpartitas.Cilicia quæ extra tauꝝ ẽ diuidit̃ ī Ciliciã Tracheã & Campeſtrẽ. Trachea orã maritimã ꝓanguſtã habet:& nullum uel raro locũ planũ. Ei taurus imminet male habitatus:uſq; ad latera Borealia quæ circa Iſauria ſunt: & Homonades uſq; in Piſidiã:eadẽ trachiotis dicit̃ & icole trachiote.Cãpeſtris uero a ſolis Tarſo Iſſum uſq; pertẽdit.Ei ad Boreale tauri latus Cappadocæ adiacẽt.Hæc regio magna ex ꝓte cãpis & locis optimis abundat.Sed quoniã ex his quædã ītra tauꝝ ſũt quædã extra:de īterioribus deinde ẽ: de exterioribus admodo dicemus:a Trachiotis incipientes:primũ itaq; Ciliciæ caſtellũ eſt Coraceſiũ ī petra prærupta poſitũ: quo Diodorus cognomẽto Tryphon receptaculo uſus eſt.quo tempore Syriã a regibus deſcire fecit:aduerſũ quos bellũ gerebat: īterdũ ſecũdo aduẽtu: īterdũ aduerſo.

Hunc Antiochus Demetrii filius:ī quodā loco īcluſum ad ſui ipſius in/
ternectionē compulit. Vt autē Cilices pirate fierēt:cauſa fuit Tryphon
& regū ignauia:qui tunc Ciliciæ ac Syriæ:ex ſucceſſione impabant. Nā
ad illius nouitatē & alia permulta īnouata ſunt:& fratres īter ſe diſſiden/
tes:regionē adoriētibus ſubditā effecerūt. Sed maxime lucrifica māipi/
orū exportādo⁊ licētia ad maleficiū exhortabat: quæ & facile capiebāt.
Ac Delus quæ nō admodū procul aberat Emporiū magnū & pecunio/
ſum exhibebat. Ea enim multa mancipiorū milia:& recipere & emittere
eadē die poterat:ex quo ꝓuerbiū factū eſt. Mercator nauiga:& expone
iam omnia uenūdata ſunt. Cauſa erat quia Romani poſt Carthaginis &
Corinthi euerſionē diuites effecti multis ſeruis utebant. quapropter pi/
rate & prædandi & uendendi opportunitate oblata:mi⁊ in modū coalu
erūt. Permulti Cypri & Aegypti reges adiuuabāt: Syris ſcilicet inimici.
Sed eum nec illis Rhodii beniuoli eſſent: nihil auxilii afferebāt. ad hæc
cū Piratæ continuæ alia corpora caperēt:maleficiū perpetuum faciebant
Romani uero quāq; nondū eos q trāſtaurū erāt:multū curarēt: miſerūt
tamē Scipionē Aemilianū:qui populos & urbes & alios quoſdam īſpice
ret. Intellexerūt itaq; id ex īprobitate principū euenire:a Seleuco Nicato
re p ſucceſſionē ꝓfecto⁊. Pudebat enim Romanos regnū abolere quod
ipſi conſtituiſſent:quæ res parthos q Trāſeuphratē erāt:poſtea regionis
eius dominos fecit. poſtremo etiā Harmenios qui regione trāſtaurina uſ
que ī Phenicīā occupata:reges & genus eo⁊ uniuerſum funditus ſuſtu/
lerūt. mare autē cilicibus conceſſere. Demū Romani illos opibus auctos
& bello & exercitu deleuere:quos ne augerent nō ꝓhibuerunt. ſed eorū
ꝓfecto negligentiā condēnare difficile eſt. Nā rebus uicinis & in conſpe/
ctu ſitis occupati longinqua proſpicere non ualebāt. Hæc nobis ut p di/
greſſionē breui attingeremus uiſum ē. Poſt Coraceſiū ē urbs Arſinoe.
Deide Amaxia ī colle ſita:quæ habitatio ſtationē habet. huc materies ad
fabricandas naues deducitur: maxima ex parte Cedrus:nam hæc regio
huiuſmodi arboribus abūdat. Idcirco Antonius eā Cleopatræ dedit qđ
eſſet fabricandis nauibus idonea. Poſtea eſt Laertes caſtellū in Tumulo
quodā ſitū qui mamillæ ſpeciē præbet id ſtationē habet. Poſtea eſt Sele
nus ānis. poſtea Crāgus petra prærupta ad mare. poſtea Charadrus mu/
nitio cum ſtatione. Vlterius eſt mōs Andriclus & aſpera quædā præter/
nauigatio:nomine Plataniſtus. Poſtea eſt Anemuriū ꝓmontoriū ubi cō
tinēs Crōmyo Cypri ꝓmontorio appropinquat ad ſtadia tricēta & quí/
quaginta quare a Pāphyliæ finibus Anemuriū uſque eſt ciliciæ præter/
nauigatio:octingentorum ac uiginti ſtadiorum Reliqua nauigatio uſq;
Solos eſt ad ſtadia quingenta. Poſt Anemuriū primo eſt Agidus ciuitas.

poſtea Arſinoe quæ ſtationē habet. poſtea locus nomine Melania & Ce
lenderis ciuitatis quæ portū habet. Sūt qui hāc Ciliciæ inicium faciāt &
non Coraſiū e qbus:ē Artemidorus:q ab ore Peluſiaco uſq; orthoſiā di/
cit eſſe ſtadio⁊ tria milia & nungenta uſq; ad orontē flumē mille & cen
tum & triginta uſq; ad portas. deinceps quingēta ac uigintiquiq; uſque
ad Cilicū fines duo milia & ducēta & ſexaginta. poſtea eſt Holmus quā
prius habitarūt ii q nūc Seleucēſes appellant Sed cōdita Seleucia ī Ca/
lycadno eo cōmigrarunt. nā deflectēti ꝓmōtoriū: nomīe Sarpedonē qđ
littoreā regionē facit: mox ſunt Calicadni oſtia: cui ꝓximū eſt Zephyri/
um ꝓmontoriū. ꝑ hunc fluuiū Seleutiā nauigat urbē bene habitatā: &
a Cilicio & Pāphylio more plurimū diſcrepātē. Hinc ætate noſtra fuere
uiri ex ꝓpatheticis philoſophis memorabiles: Atheneus & Xenarchus:
Sed Atheneus ī Republica uerſatus: aliquādiu in patria populum du/
xit. poſtea contracta cū Murena amicicia & cū illo fugiēs captus eſt: quū
ſidiæ contra cæſarē auguſtū deprehēſe eſſent. Sed quū īnſons eſſet īuē
tus a cæſare dimiſſus ē: rediēs autem Romam multis eum ſalutantibus
& interrogātibus: illud Euripidis reſpondit.

Aduenio ab imis: atque cecis inferum.

Tenebris.

Sed breue tēpus ſupuixit a ruina domus: ubi habitabat ꝑ noctē oppreſ
ſus. Xenarchus uero quē nos audiuimus non diu domi permanſit. Sed
Alexādriæ & athenis. poſtea enim Romæ electa docendi uita. Is primū
arii: poſtea Cæſaris auguſti amicicia uſus uſq; ad ſenectutē in honore ha
bitus eſt. Sed pauloante obitū uiſu orbatus morbo uitā cōſumauit. poſt
Calycadnū eſt petra nomīe Picoela. ea ſcalā habet ui exciſam: qua Seleu
ciā itur. poſtea ē Anemuriū promontoriū eodē nomīe quo & ſuperius.
Itē Crābuſa inſula & Corycū ꝓmontoriū: ultra qđ ad ſtadia uiginti eſt
Corycum Antrū: in quo crocus optimus naſcit. Id autē eſt īgens quædā
concauitas in orbē deducta: cui labrū petroſum ac ſatis altum circūiacet.
Quū deſcēderis ſolum eſt inæquale & magna ex ꝑte petroſum & fruti/
coſa & ſemꝑ uirēti ac domeſtica materiæ plenū. Adiacens uero ſolū oro/
coſatū eſt. ibi ſpecu eſt: qđ fontē īgentē habet: puræ ac nitentis aquæ in
flumen exeuntē. qđ mox a terra abſorptū: & in ſolubiliter delatū exit in
mare. idque aquā amarā uocāt. Poſtea ē Eleuſa inſula: poſt Corycū conti
nenti adiacens. Hanc Archelaus habitauit & regiam fecit. Tota Cilicia
Trachea aſſumpta præter Seleuciam: eo modo quo ab Amynta ac pri/
us etiam a Cleopatra habita ē. Nam cum locus & terra & mari idoneus
eſſet ad latrocinium. Terra quidem propter montium magnitudinem
& ulteriores gentes quæ campos & agriculturas latas & excurſionibus

faciles habēt. Mari autē propter materiem fabricādis nauibus opportu
nam & ꝑpter portuum & munitionum & locoꝝ copiam quæ ſubiti poſ
ſunt: uiſum eſt ad omnē reꝝ euentum ſatius eſſe: ut loca ſub regibus eſ/
ſent q̄ ſub ducibus Romanoꝝ qui & ad iudicia mitterentur: & non ſem
per adeſſe cū armis poſſent. Hoc modo archelaus ad Cappadociā etiam
Ciliciam Tracheam aſſumpſit. cuius fines inter Solos & Eleulam ſunt.
Latinus fluuius & uicus eiuſdē nominis ī excelſis Tauri ꝓtibus ē Olym
pus Zēiceti pirate ſedes & mons & caſtellū eodē nomine: a quo tota Ly
cia & Pamphylia & piſidia cerniť. zenicetus capto monte iſaurico ſe cū
tota domo cōcremauit. Eius erat Corycus & Phaſilis & multa Pāphyliæ
loca quæ omia ī Iſaurici uenerūt poteſtatē Poſt Latinū ſunt Soli: ciuitas
iſignis alterius Ciliciæ initiū: quæ circa Iſſum iacet. ea Achiuoꝝ opus eſt
a Rhodioꝝ qui ex Lindo uenerūt. Pompeius magnus ī hanc homibus
exauſtā reliquos piratas trāſtulit. præſertim quos & ſalute & ꝓuidentia
dignos intelligebat: & mutato nomīe Pompeiopolim appellauit. hinc fu/
ere uiri mēoratu digni: Chryſippus philoſophus Stoicus ex patre Tar/
ſenſi ortus q̄ inde migrauit. Itē Philemon poeta comicus & Aratus q̄ de
aſtris uerſu conſcripſit. Poſtea eſt zephyrium eodē nomīe: quo & id qđ
eſt Calycadno ꝓximum. Poſtea eſt Anchiala paulo ſupra mare ſita. Sar
danapali opus: ut Ariſtobulus ſcribit. ubi Sardanapali monumētū eſt &
lapidea ſtatua: quæ dexrræ manus digitos cōmittit & quaſi complodit.
qđā dicunt ibi Epigrāma eſſe. Aſſyriis litteris inſculptū huiuſmodi Sar/
danapalus Anacindaraxis filius; Anchialē & Tarſum una die condidit:
ede bibe lude. &

Cum te mortalem noris: preſentibus exple
Deliciis animum: poſt mortem nulla uoluptas.
Nāq; ego ſum puluis: q̄ nup̄ tanta tenebam.
Hæc habeo quæ edi: quæ exaturata libido
Hauſit: at illa manēt multa: & præclara: relicta.
Hoc ſapiens uitæ mortalibus eſt documentum.
Choerilus hoꝝ meminit: atq; hi uerſus circūfecerūt.

Hæc habeo quæ edi: quæq; exaturata libido
Hauſit: at illa manent: multa & præclara relicta.

Vltra Anchialā ē munitio noīe Quinda: ī qua olim Macedones theſau/
ros ſeruabāt. Eumenes uero ab Antigono deficiens pecunias abſtulit. ul
tra hæc & Solos ſunt mōtana: ī q̄bus Olbi ciuitas ē: q̄ Iouis tēplū habet.
Aiacis fratris Teucri opus. Huius ſacerdos etiā Tracheæ domīatus eſt.
poſtea mꝰti Tyrāni eā adorti: latrocinia cōſtituere q̄bus ſublatis adhuc
ætate noſtra eā Teucri prīcipatū & Sacerdotiū uocāt: & maxīa ex parte

Sacerdotes Teucri uel Aiaces dicūť. Aba uero Xenophanis filia: unius
ex Tyrānis ꝑ cognationē ī hāc domū ingreſſa principatū obtinuit: quē
pater antea ꝓcuratorio nomine acceperat. Poſtea Antonius & Cleopatra
cū illi cōceſſerūt: obſequiis & cultu deliniti. Sed Aba ſublata principa/
tus ad eos ꝑuenit: q̄ ex eodē genere erant. Poſt Anchialā ſunt Cydni flu
minis oſtia: iuxta locū Rhegma appellatū. Id autē ē ſtagnū: quod ātiqua
naualia habet. In hoc Cydnus exit Tarſum ꝓfluēs: q̄ ortum a Tauro ha
bet ultra urbē. Tarſi uero nauale eſt lacus. Hucuſq; tota ora a Rhodioꝝ
trāſmarīa incipiēs: ad equinoctiales ortus ab occaſu eiuſdē nominis extē
dit. Poſtea ad hyemalē ortū conuerſa Iſſum uſq;. Iā hinc fluxū quendā
ſumit auſtrū uerſus uſq; ī Phœniciam. Reliquū ad occidētē finit uſque
ad columnas. quare uerus luſtrate Cherōneſi Iſthmus ē a Tarſo & Cyd
ni oſtiis uſq; Amiſum. Hæc enim minima ē ex Amiſo in Cilicū fines di
ſtantia. nā hīc Tarſum uſq; ſunt cētum ac uiginti ſtadia. inde ad Cydni
oſtia nō plura quinque. Nullum enim Iſſum uſq; & eius mare breuior uia
eſt ex Amiſo q̄ ꝑ ipſam Tarſum. nec ex Tarſo Iſſum uſq; propior q̄ in
Cydnū. Quapropter manifeſtū eſt hunc eſſe ueꝝ Iſthmū q̄q̄ a prædoni
bus ille uerus dicať: q̄ ē uſq; in Iſſicū ſinū ꝓpter ſigna q̄ habet. Propter
hoc ipſum etiā lineā quā ex Rhodia ī Cydnū uſq; deduximus: eandem
eſſe aſſerētes quæ Iſſum uſq; ꝓtēdit. nihil præter hoc faciētes & taurum
dicimus: e directo huic lineæ uſq; in Indiā penetrare. Tarſus ī cāpo iacet
argiuoꝝ opus q̄ ion querentes: cū Triptolemo errauerūt. Hāc Cydnus
mediā perfluit: iuxta gymnaſium iuniorū. Eius ortus non procul eſt. Al/
ueus uero ꝑ ꝓfundā uallem illatus recta in urbē egrediť. aqua ē rapidiſ
ſima & frigida: quapropter homibus ac beſtiis auxiliať: quæ neruos craſ
ſiores habent. tantū Tarſenſibus ſtudiū circa philoſophiam fuit & alias
diſciplinas quæ in corona uerſanť ut Athenas & Alexādriā ſuperarent.
Et ſi quis alius locus dici poteſt: ī quo ſcholæ & philoſophiæ exercitatio/
nes fuerint. Sed hoc uno plurimū excellit: quod hic indigne diſcunt. pe
grini uero non multi huc aduenium. At nec illi ipſi hic manēt ſed foris
ꝓficiūtur: & perfecti libēter ꝑegrinanť: detinentur autē ꝓpauci. At cæte/
ris ciuitatibus quas modo dixi omnibus contrariū euenit: excepta Alexā
dria. Nam multi ī eas proficiſcuntur & libēter immoranť. Indigenas nō
multos admodum uideas nec extra diſcēdi ſtudio ꝓficiſci. Nec ibi circa
hoc ſtudere Alexandrinis utrūq; contigit. nam & multos ꝑegrinos ſuſci
piūt. Et ex ſuis emittunt nō paucos. Alexādria ōniū liberaliū artiū ſcolas
habet: & ante alias populoſa ē: & multū pōt: & metropoleos ſermonē re
tinet. uiri ex ea illuſtres fuere: ex Stoicis Antipater: Archelaus & Neſtor
& duo Anthenodori: quoꝝ q̄ Cordyliō dictus eſt: cū. M. Catone uixit &

apud eum mortuus ē. Alter uero Sādōis filius: quē a uico quodā Cana nitā dicūt. Cæsaris præceptor fuit. & ī honore maximo apd illū habitus est. iā uero Senior in patriā reuersus eā Reipub. gubernationē sustulit: Cū ciuitas ptim ab aliis ptim a Boetho quodā malo poeta & malo ciue p perā tractarēt. Is plurimū apd plebē ualebat. extulerat eū Antōius ab ī/itio quū carmē ī uictoriā in Philippis habitā ab illo cōpositā accepisset: sed mīto magis eius facilitas: quæ apud Tarsenses maxia uidebat: adeo ut ex tēpore & uno ípetu ad omnē datā materiā diceret. Simul Antoni us gymnasiorū præfecturā tarsensibus pollicitus: hūc ī gymnasiarche lo/cū constituerat: ac omnē ei gymnasii īpēsas crediderat. Sed deprehēsus cū alia surripere: tū etiā oleū apd Antoniū ab accusatoribus conuictus est: cuius iram cū aliis tū hoc maxime declinauit dicēs quod quēadmo/dū Homerus Achillē & Agamēnonē & Vlyxē decantauit: ita & ego te. quare iniquū ē ut huiusmodi apud te calūniis agar: qd excipiens accusa tor. At Homerus īquit oleū Agamēnoni non furabat nec Achilli: tu ue ro furatus es: quapropter pœnas dabis. quūq; irā obsequiis & cultu a se auertisset nihilominus & ferre & tractare ciuitatē usq; ad Antonii exerci tū pseuerauit. quare cū Anthenodorus huiusmodi ciuitatis statū reppe/risset: primo illū & eius complices urbis traducere aggressus ē. Sed ubi nihilominus ab iniuria abstinebant ea auctoritate usus est: quā a Cæsare acceperat. eos itaq; exilio dānatos eiecit. hi uero ī illius ediū pariete cōscri pserūt. res iuuenū consulta uirū crepitus senioꝝ: quod ille ī iocū accipiēs ascribi iussit tonitrus senioꝝ. Quodā eius humanitatē contēnēs cū uētrē lubricū hēret: & noctu præter eius domū trāsiret: totū hostiū ac patietē respersit. ille quū seditionē acriter ī cōtione reprehenderet: urbis inquit morbus & malus habitus: tū ex multis rebus: tū ex excrementis perspici potest. Sed historici fuerunt. Nestor uero Academicus: qui ætate nostra Marcellū Octauiæ sororis cæsaris filiū instituit. Atq; hic etiā post Athe nodorū ciuitati præfuit & apud duces & apud ciues in honore maximo habitus est. alioꝝ quoq; philosophoꝝ nomina quos noui mulroꝝ dicere possem: sed ex iis qui per urbes peregrinarēt & optime scholas regerēt. Pluciades fuit & Diogenes: at Diogenes etiā poemata ī adolescētia com/posuit maxima ex parte tragica grāmatici fuere: quoꝝ scripta extēt. Ar/temidorus & Diodorus optimus tragœdiæ poeta: ex iis q memorāt fuit Dionysides. sed præcipue Roma maximā eruditoꝝ hominū multitudi/nē afferre potest: q ex hac urbe sūt. tarsensibus. n. & alexādrinis plena ē: ac Tarsus qdē ē huiusmodi. Post cydnū pyrāus seqt ex cataonia fluēs: de quo āte fecius mētionē. scribit Artemidorus: hīc solos recta nauigati/one esse stadia. l. pxia ē mallus ī edito quodā loco sita. opus Amphilochi & mopsi auguris apollinis & latonæ: de quibus ualde multa cōficta sūt: & nos ante mētionē fecimus: quū de Calchāte diceremus: & cōtrouersia quam calchas & mopsus de diuinatione habuissent. hanc controuersiam nō nulli Lyciā trāsferūt: ut Sophocles q eā tragico more Pāphyliā uocat quēadmodū & Lyciā Caricā & troiā Lyciā ac Phrygiā: & cū alii tū etiam Sophocles calchātis obitū hic tradūt: & nō solū de diuinatiōe sed de im/perio contētionē sunt fabulati. Dicunt. n. mopsum & āphilochū ex troia pfectos mallum cōdidisse. postea Amphilochū argos digressum cū argi uis non placuisset: illo rediisse: sed a regni cōmunicatione exclusum sin/gulari certamine cū mopso cōcurrisse: & cū simul cecidissent sepultos es se: iter se tamē distātes: & adhuc sepulturæ ppe pyramū circa margarsa ostēdunt. Hinc fuit Crates grāmaticus cuius discipulū Panetiū dicunt. Vltra hāc orā est halenius cāpus: p quē philotas Alexandri equitatū du xit: quū ille Phalangē p orā maritimā & mallensem agrū Issū uersus: & Darii copias ex solis duceret. Tradūt Alexādrū ppter cognationē cū ar giuis āphilocho sacrificasse. Hesiodus dicit: āphilochū ab Apolline apd solos interemptū qdā apd haleniū cāpū: quidā ī Syriā: quū ppter contē tionem ab halenio discederet. post mallum sunt egeæ oppidum quod stationem habet. Postea sunt amanides portæ quæ stationem habent: in quas amanus mons desinit a tauro descendens: qui ultra Ciliciam ē ori entē uersus: semp a Tyrānis occupatus: loca munitissima obtinentibus: ætate nostra his ōnibus potitus ē Tarcodemētus uir memoratu dignus: & ob præclara facinora rex a romanis nūcupatus: q posteris suis succes sionē tradidit. post egeas est Issus oppidū quod stationē habet: & pindus amnis. hoc in loco Alexāder cū Dario cōflixit. Itē Issicus sinus ī quo rho sus ciuitas ē: & myriandrus ciuitas & alexādria & nicopolis & mopsi do/miciliū & quæ portæ appellant: Cilicū & Syroꝝ confiniū. ī Cilicia ē Di anæ Sarpedoniæ fanū & oraculū: ubi numine pciti respōsa dāt. Post Ci/licā prima Syroꝝ ciuitas est Seleutia ī pieria pxime orontes emittit. Ex Seleucia solos usq; recta nauigatione sunt circiter mille stad. Sunt q di/cant Cilicas troianos quoꝝ Homerus meminit. Cilicū q trāstauroꝝ sūt au ctores fuisse: q̄q̄ ad illis plurimū distēt: & quædā loca ibi ostēdūt: quēad/modū ī Pāphylia Thebā & Lyrnessum. qdā econtra atq; etiā cāpū quen dā Haleniū ibi monstrāt. Nunc trāstaurinis partibus dictæ Cheronnesi pagratis: hæc adiicienda sunt. nam Apollodorus in nauiū dinumeratiōe hæc etiam dicit: omnes Asianos troianorum socios a poeta dinumerari: qui quidem Cheronnesum habitant: Cuius angustissimus Isthmus est: iteruallum inter Sinopensem recessum atque Issum. exteriora uero late/ra cū Cherōnesus Triquetra sit esse inæqualia. Nā ex iis aliud a Cilicia

Universidad de Deusto
Biblioteca

uſque in Chelidonias ꝓgreditur aliud uero citerius uſque ad Euxini os: aliud iam citerius Sinopem uſque:quare illud ſolos eos qui ſunt ī Cherōneſo:per eadē cōuicemus falſū eſſe:ꝑ quæ prius cōuicimus:non ſolos eos q ſūt ītra Halym:nā loca pharnaciæ ꝓxima: ī qbus Halizonos dixi/mus:quēadmodū ea ſūt extra Halym:ita & extra Iſthmū. ſiquidē & extra anguſtias quæ inter Sinopē ſunt atq; Iſſum:& nō mō has ſed etiā ueras anguſtias definiuit cū illas ꝓ his poneret:& qđ omniū ſtultiſſimū ē: dixit Cherōneſum Triquetrā eſſe:& tria eſſe latera exteriora.Nam qui exteriora latera dicit:id latus excipere uidet quod circa anguſtias ē quaſi & hoc etiā ſit latus:ſed nō exterius nec ad mare.Si igit anguſtiæ adeo coactæ eſſēt:ut & latus ad urbē Iſſum:& latus ad ipſam Sinopē uergēs: pœne iter ſe iungerent:dici poſſet Cherōneſum triquetrā eſſe:nunc uero cū āguſtiæ quæ ab eo dicunt:tribus milibus ſtadiorū iter ſe diſtēt:iſcitia ē dicere tale quadrilaterū triquetrū eſſe:& non Chorographicū Iseti am qui metrocomico Corographiā edidit:de terræ ſitu īſcribēs:ī eadem eſt inſcitia q̄q̄ Iſthmū ad minimū īteruallū reducat: quātū dixerūt q di/midiū totius ſunt mētiti:& quātū Artemidorus qui eū dixit eſſe mille & quingētū ſtadiorū nōdū.n.ī hoc triquetrā figurā cohibet.ſed nec exterio ra latera recte diſtīxit:dicēs unū eſſe ab Iſſo uſq; in Chelidonias:tota enī Lyciaca ora:q̄ reſtat ī rectū tendit & rhodiorū trāſmarina phyſcum uſq; hinc uero cōtinēs flexū quēdā accipiēs iā ſecundi & occidentalis lateris initiū facit:uſq; ī ꝓpōtidē & byzātiū.Sed quū Ephorus dicat.xvi.natio/nes hāc cherōneſū īcolere tres græcas reliq̄s barbaras præter mixtos ho/mines ad mare qdē Cilicas Pāphylos Lycios Bithynos Paphlagōas Ma riādinos & Troas & Cares.Piſidas uero ac myſos & chalybos & mylias ī mediterranea.Apollodorus hæc diuidēs:decimā ac ſeptimā nationē ad didit galatarū quæ iunior ē Ephoro.ex his aūt dicit græcos nōdū troiano tēpore colonos miſiſſe.barbari uero magnitudine tēporis mītā cōfuſio/nē hūt.dinumerari aūt a poeta & troes:& eos q nūc Paphlagones nomi/nāt & myſos & Phryges & Cares & Cilices:maōes uero ꝓ lydis & alias īcognitas gētes:ut halyzonas & caucōas.itē extra dinumerationē eſſe ce tios ſolymos & cilicas:q ex thebāo ſunt cāpo & lelegas.Pāphylos uero & bithynos & mariādynos & piſides & calibes & milyes & cappadoces ne/q̄q̄ nomīari:tū qđ hæc loca nōdū ab eis īcolerēt.tū qđ ī aliis cōprehēde rēt natiōibus:ut hidryēſes & Termile ī caribus doliōes & bebryces in phrygibus.Sed nec ephori ſententiam uidet bene hæc trāſigere. poeta autē dicta perturbat & falſo adducit.nā hoc primū ab Ephoro querēdū fuit:cur calybes intra cheronneſum ponat cum a Sinope & Amiſo tam longe diſtēt orientē uerſus.nam qui huius cheronneſi Iſthmum dicunt eſſe lineā ab iſſo in Euxinum ductam:eā quaſi meridionalē faciunt.Qui dā putāt eā eſſe:quæ ad urbē Sinopē tendit.quidā eam quæ ad amiſum eſt:eā autē quæ ad calybes ē nullus:cū ea omnio ſit obliqua. nā chalybū meridianus:ꝑ minorē harmeniā deſcriberet & ꝑ euphratē: q totam ītra ſe Cappadociā cōprehēdit:& commagenā & amanū & Iſſicū ſinū.Quare ſi Iſthmū ab obliqua linea terminari cōcederemus: maxima pars hoꝝ & præſertim Cappadocia īterius cōprehēderet. atq; is etiā q ꝓprie nūc pontus appellat:qui eſt Cappadociæ pars euxium uerſus:quare ſi Chalybes Cherōneſi pars dicēdi ſūt:multo magis Cataones & utriq; Cappadoces & Lycaones:qui etiā ab eo ſunt prætermiſſi.Sed quare Chalybes ī mediterranea poſuit:qui a poeta Halizones dicti ſunt? quēadmodum nos ſupra demonſtrauimus. Rectius enim erat ut eos diuideret & ꝑtim ad mare collocaret ꝑtim ē mediterranea quēadmodum de Cappadocia Ciliciaq; faciendū eſt.Ille uero ne eā quidē nominauit. De cilicibus ſolū fecit mentionē q ad mare habitāt:q itaque ſub Antipatro derbita erant: & Homonades:& alii complures Piſidis finitimi.

Qui mare non norunt:nec ſalſas æquoris eſcas:

Quē locū capiēt? ſed nec Lydos nec maonas cōmemorauit. Siue iidem ſint ſiue diuerſi ſiue ꝑ ſe ſiue in alia gente comprehendant.Nequaq̄ enī tam īſignis natio occ'tari poteſt.nec ſi nihil de ea dicat uidet nihil neceſſariū prætermittere.Mixti autē qnam ſunt? nulla enim loca ꝓferre poſſumus uel ab eo nominata uel prætermiſſa præter prædicta: quæ quidē mixtis tribuāus nec ex iis ullos quos dixit uel prætermiſit. Nā ſi īmixti ſūt cū alii præualerēt uł græci effecti ſūt uł barbari. Tertiū uero mixtū genus nullū ſcīus.præterea qūo tres græce natiōes ſūt:q̄ Cherōneſū habitāt? Nā ſi hoc ideo ē:qa Iones & Atheniēſes olim iidē erāt. Dicēt etiā iidē Dores & Aeoles:ita qđ duæ natiōes tātū fiēt.Si uero ꝓpter poſterio res mores ſūt diſtīguēdi quēadmodū ꝓpter līguas: natiōes q̄ttuor erūt quēadmodū & līguæ.Sed hāc Cherōneſū ex Ephori definitiōe nō ſolū Iones īcolūt ueꝝ etiā Atheniēſes:ut in ꝑticularibus declaratū ē.at huiuſmodi q̄dam aduerſū Ephorū dubitāda erāt.ſed hæc Apollodorus nō mł tū curauit:xvi.uero natiōibus ipſe.x.ac.vii.addidit galatarū qđ & utile ē. tñ ad eorū ꝑtractionē q̄ ab Ephoro dicūt uł prætermittūt: nequaq̄ ē neceſſariū.ipſe.n.cauſā affert qđ.ſ. hæc oīa poſt illius ætatē fuere quum uero ad poetā trāſit id recte ait quod poſt troiana tempora multa barbarorum confuſio facta eſt propter mutatiōes Nā quædā aucta ſunt quædā īminuta quædā diſtracta quædā ī unū coacta.Sed nō bene dicit duplicē cauſam eſſe:q̄re poeta quorūdā nō meminit:quod ſcilicet uł nō dū hæc natio īhabitaret:uel quod ab alia cōprehēderet. nā Cappadociam cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cataoniã & Lycaoniã nõ nomĩat ob neutrã tamẽ hãc cauſam. nullã enĩ huiuſmodi hiſtoriã de his habemus præterea curare reſpõdere:q̃re Homerus Cappadocas & Lycaões prætermiſit:qđ uero Ephorus præteriit & ipſum præterire & ad hoc illius ſententiã afferre:quũ id perſcrutaſ & ꝓtractat ridiculũ eſt.Itẽ docere quare Homerus maones ꝓ lydis poſuit: quare uero Ephorus nec lydos nec maones nominauit nõ declarare ſtultũ eſt:& cũ dicat poetã ignotos quorũdã mẽtionẽ facere: de Caucõibus qdẽ & Solymis & cetiis & lelegibus & cilicibus q ex Thebão cãpo erãt recte dicit.Halizonas uero ipſe fingit:ĩmo ipſi primo Halizonas ignorauerũt.& mꝝtis modis ſcripturã mutauerũt.argẽti uenã fingẽtes atq; alia ꝓmulta & magna occurrũt:quæ iã defecere.Ad hãc ãbitionẽ illos etiam hiſtorias contulerũt quas Sceptius põit a Calliſthene accipiẽs & ab aliis qbuſdã:q falſe Halizonũ opinionis nõ ſunt ĩmunes:qđ.ſ. Tãtali & Pelopidarũ diuitiæ a metallis ꝓuenere:quæ circa Phrygiã & Sipylũ erãt. & qđ Cadmi opulẽtia a Thracia fuit & Pãgeo mõte:& priami ex auro qđ circa Abydũ effodiebaſ:cuius nũc uix ulla ueſtigia apparẽt.multa tamẽ ãtiquorũ metallorũ ſigna loca effoſſa exhibẽt.Myde quoq; opes ex metallis fuere:q̃ circa uermiũ montẽ erãt.Gygis & Alyatis & groeſi ex iis quæ apud Lydiũ oppidũ deſertũ:inter Atarneũ ac Pergamũ: qđ quidẽ loca effoſſa habet:ꝓpter metallorũ inq̃ſitionẽ. præterea Apollodorus merito ĩ hoc reprehendi põt: qđ cũ cæteros reprehẽdere ſolitus ſit:q mꝝta præter Homeri ſentẽtiã ĩnouarũt:ĩ hoc nõ ſolũ negligẽs fuit:ueꝝ etiã cõtraria ĩ unum collegit:quæ nõ eodẽ modo dicunt.Nã cũ Xãthus lydus dicat poſt res troianas Phryges ĩ europã & leua põti ueniſſe:& Scamãdriũ eos ex berecyntia & Aſcania duxiſſe. addit Apollodorus Homerũ eius aſcaniæ meminiſſe:cuius etiam Xanthus.

Phorcys: & Aſcanius Phrygias duxere cateruas
Longe ex Aſcania.

Quid ſi ſic habet trãſmigratio certe poſt res troianas facta ẽ.In bello aũt troiano auxiliũ a poeta cõmemoratum:ex ulteriore uenit regione: ex berecyntibus ſcilicet & Aſcania.quod nã ergo erãt Phryges?

Qui ꝓpe Sangarii rípas tunc caſtra tenebant.

Quũ primus auxiliator dicit cũ qbus electus erã:quomodo priãus ex Berecyntibus Phrygas accerſiſſet:cũ qbus cõuẽiẽtiã nꝝlã habebat? finitios ãt & eos qbus ipſe prius auxiliatus ẽ prætermiſit:& cũ ſic de Phrygibus dicat:de myſis etiã addit nõ admodũ cohærẽtia. Ait.n. myſiæ uicũ q̃ndã Aſcãiã uocari:circa lacũ eiuſdẽ noĩs:ex quo & Aſcaniũ ãnẽ decurrere facit:cuius mẽinit Euphoriõ Aſcaniũ ꝓpter myſũ & Alexãder Etolus iqt.

A quibus Aſcaniæ circum habitant aquæ.

Aſcanii ꝓ labra lacus:quibus antea dolion
Sileni manſit filius ac meliæ

Vocãt inquit Dolioniã & Myſiã regionẽ eã quæ circa Cyzicũ ẽ Meleto polim uerſus:quare ſi hæc ita ſe habẽt & ex poetarũ teſtimonio comprobant & ex iis quæ nũc mõſtrata ſũt.quid ꝓhibebat Homerũ huius Aſcaniæ meminiſſe:& nõ eius quæ a Xãtho commemoratur.ſed quoniam de his ãte dictũ ẽ:quũ de myſis ac Phrygibus tractaremus: idcirco quantũ ad hãc ptẽ finẽ faciãus.Reliquũ ẽ ut cyprũ ꝑagremus:quæ huic chersóneſo ad auſtrũ adiacet:& quoniã ut antediximus mare comprehẽſum ab ægypto & phœnicia & Syria & reliqua ora:uſq; ĩ tranſmarinã rhodi regionẽ compoſitũ ẽ ex ægypto pelago & pãphylio: & eo quod Iſſico ſinui ꝓximum ẽ.ĩ hoc cyprus iacet:quæ ptes ſeptẽtrionales Ciliciæ Tracheæ cõtiguas habet:quibus etiã cõtinẽti ꝓxima ẽ. oriẽtales Iſſico ſinui: occidẽtales a Pãphylio pelago alluras:auſtrales autẽ ab ægyptio.Hoc itaque ab occidẽte libyco & carpathio pelago pmiſceꝝ.ab auſtro atq; orientẽ ægyptus & ſequẽs ora:uſq; ſeleuciã atq; Iſſum.a ſeptẽtrioẽ Cyprus Pãphyliũ pelagus.Hoc enim ab Aquilone a Ciliciæ Tracheæ & Pamphyliæ ac Lyciæ extremis cõprehẽdiꝝ uſq; ĩ Rhodiã regionẽ ab occidẽte Rhodiorũ inſula:ab oriẽte Cypri parte:quæ Paphũ uerſus & Acamãtẽ iacet.a meridie ægyptio pelago cõfundiꝝ. Cypri ãbitus ẽ trium miliũ & quadringẽtorũ ac uiginti ſtadiorũ:ĩ ſinũ ſe.iferẽti.Eius lõgitudo ẽ a clidibus ĩ Acamãtẽ pedeſtri itinere mille & quadrigentorũ ſtadiorũ: ab oriẽte ĩ occidẽtẽ ꝓgrediẽti.Sũt aũt Clides ĩſulæ duæ ante Cyprũ ad orientales eius ptes ſitæ.Hæ a Pyramo diſtãt ſtadiis ſeptigentis. Acamas ꝓmontoriũ ẽ ſiluoſum:qđ duarũ mamillarũ ſpeciẽ præbet.& ĩ occidẽtalibus inſulæ ptibus ſitũ:tẽdit ad aq̃lonẽ.id Selenuntẽ uerſus Ciliciæ Tracheæ ꝓximũ ẽ:mille ſtadiorũ trãſitu Sidã uerſus.Pãphyliæ mille & ſexaginta Chelidonias uerſus mille & nungentorum. Tota ĩſulæ figura ẽ ptẽ altera lõgior:ea Iſthmus facit ad latera quæ latitudinẽ terminãt.Sĩgulæ eius ptes(ut breui cõprehendamus)ita ſe habẽt a ſigno continenti proximo incipientes.Diximus alibi Cromyi extremũ quod ẽ Cypri ꝓmontoriũ: ad Anemurium ꝓmontoriũ Ciliciæ Tracheæ opponi ꝑ tricentorum & quinquaginta ſtadiorum interuallum.Hinc iam inſulam ad dextram & continentem ad ſiniſtram habentes ad aquilonẽ & orientẽ & clidas naꝝ uigãt recta nauigatione ſtadiorum ſeptingẽtorũ.ĩ quo ſpatio ẽ Lapathus ciuitas quæ ſtationem habet & naualia:Lacaonũ & Paxandri opus:iuxta quã erat Agidus. Poſtea eſt Aphrodiſium:ad quod inſula peranguſta ẽ. Nam ſeptuaginta ſtadiorum interuallo Salamina tranſitur.Poſtea Achiuorũ acta quo primũ Teucer applicuit:is q ĩ Cypro Salamĩa condidit a

patre(ut ferẽ) Telamone pulsus.postea ẽ Carpasia ciuitas quæ portum habet circa Sarpedonẽ ꝓmontorium sita.Isthmi trãsitus ex Carpasia est stadiorũ triginta uersus insulas Carpasias & australe pelagus. Postea est mõs & promotoriũ:Mõti summũ Olympis dicit̃:ubi Veneris acreæ tẽplũ est:qđ nec uidere nec adire mulieribus licet. in fronte sunt Clides & aliæ cõplures insulæ.postea Carpasiæ post quas est Salamus:ũde Aristus fuit rex̃ cõscriptor.Deide Arsinoe ciuitas & portus. deide alius portus nomine Leucola.Deide ꝓmõtoriũ Pedaliũ:cui collis altus & asp imminet:mẽsæ cuiusdã figuã præbẽs; Veneri sacer.Hinc i Clidas sũt stadia sexcenta & octogita.Postea est Sinuosa quædã & aspa præternauigatio. ea Cetiũ itur quæ ciuitas portũ clausum habet.ex hac Zeno fuit stoicæ sectæ auctor & Apollonius medicus.Hic usq; Barutũ sunt stadia mille & quingẽta.Deinde ẽ Amathus ciuitas:itermedio spacio est oppidũ nomine Palea & Olympus mõs:q mammille speciẽ præbet. Deide curias peninsularis quæ a Thronis distat stadiis septingentis. Postea est Curiũ urbs quæ stationẽ habet.Hãc argiui cõdiderũt.Quare iam licet eius otium ꝓspicere qui elegiam composuit:cuius initium est

Nos ceruæ phoebo sacræ:dum tela ꝑ undas
Effugimus:cursu uenimus huc celeri.

Siue ea delus sit siue quæcunque:Dicunt enim ceruas ex Corycio iugo delapsas:e cilicio littore in curiada actam tranare:& addit.

Res dictu mira est: quonam nos in uia pacto
Maria:ꝑ aerios transiimus zephyros.

A Coryco enim i Curiada actã circũnauigãtes nec zephyr̃ nec ĩsulam a dextris habẽt:nec trãsitũ ullũ a sinistris.Initiũ itaq; occidentalis circũnauigationis Rhodior̃ respiciẽtis Curiũ est.Postea est ꝓmõtoriũ unde iaciunt̃ q Apollinis arã contigunt.Postea est Tetra & Boosura & Palepaphus:ad decẽ stadia supra mare sita:quæ stationẽ habet & ãtiquũ Veneris Paphiæ tẽplũ.Postea est Zephyriũ ꝓmontoriũ qđ stationẽ habet: & altera Arsinoe cũ statione & tẽplo & luco:nõ ꝓcul a mari ẽ Hierocepia: postea Paphus ab Agapenore condita quæ portũ habet & tẽpla optime structa.ea pedestri itinere distat a Palepapho stadiis.lx.ꝑ eã uiã q̃ Palepaphũ it quotãnis festa celebrãt̃:ad q̃ uiri simł ac mulieres ex aliis urbibus cõfluũt.Quidã dicũt Paphũ ab Alexãdria distare ꝑ tria milia & sexcẽta stadia.Deide post Paphũ ẽ Acamas.Post Acamãtẽ oriẽtẽ uersus nauigatur i urbẽ Arsinoẽ:& i iouis lucũ.Postea ẽ solus:q̃ portũ hẽt: & flumẽ & Veneris & Isidis delubr̃.Eã Phalerus & Acamas Atheniẽses cõdiderũt. icolæ solii dicunt̃.Hinc fuit Stasanor Alexãdri sodalis:uir q principatũ meruit.ulterius est Limenia ciuitas in mediterranea. Postea est Crõmyi ꝓmõtoriũ. Sed quid opus ẽ poetas admirari:eos præsertim q̃ õne stadium ponunt i elocutione.Si Damasci dicta consideremus:qui ĩsulæ lõgitudinẽ a septẽtrione facit ad meridiem:ab Hierocepia scilicet in Clidas. At nec Eratosthenes recte hunc enim reprehẽdẽs:nõ a septẽtrione Hierocepiã ponit:sed ab austro quæ profecto nõ ab austro est sed ab occidẽte.Siquidem in occidentali latere iacet ubi & Paphus est & Acamas.ac Cyprus quidẽ situ talis est uirtute autẽ nulla insulaꝝ iferior:nã & uino abundat & oleo frumẽti quoq; satis habet.æris metalla apđ Tenassum abũdãt:in quibus uitreolũ & rubigo æris nascit̃ ad medicinæ usum idonea.Auctor est Eratosthenes:quũ olim campi adeo siluis essent occupati ut coli non possent:parum ad hoc metalla prodesse: quum uero arbores ad æris & argenti decoctionẽ excideręt̃:accessisse etiam classium ædificationem quum mare iam intrepide ac potenter nauigaret̃. sed quũ nulla ui euincere siluã possent ꝓmissum est uolentibus ut eam exciderent: & purgatã peculiarẽ atque immunẽ sibi haberent.in initio Cyprii Tyranos ꝑ urbes habebant.Sed postq̃ Ptolemaici reges potiti sunt ægypto: Cyprus i eoꝝ dicionem concessit fauẽtibus Romanis.Sed ubi postr̃eus Ptolemæus Cleopatræ patruus:nũc regnantis deliquit & aduersum bene de se meritos ĩgratũ se præbuit:& ipse sublatus est.Et insula a Romanis occupata:& prætoria prouĩtia ꝑ se facta est.Sed maxime tollendi regis auctor fuit.P.Claudius pulcher:qui in piratas ĩcidẽs quo tẽpore Cilices uigebãt:ĩperato sibi redẽptionis precio:misit ad regẽ orãs ut se redimeret.Rex enĩ precium misit sed pexiguum adeo ut pirate id accipere erubescerent:quare pecuniã regi remiserũt.P.Claudio sine precio dimisso.q liberatus utriq; gratiã retulit.Nã Tribunus Plebis creatus euicit ut.M.Cato Cyprũ mittat̃ eã ab rege ablaturus.Ptolemæus re intellecta prius q̃ ille aduẽtasset seipse interemit. Cato insulã accepit & regis opes uenũdedit:pecunia omni i publicũ ærariũ relata.ex illo cyprus prætoria ꝓuintia fuit & nũc ẽ.q̃q̃ paruo tẽpore ĩteriecto. Antonius eã Cleopatræ & sorori eius arsinoe tradidit. quo sublato omnia eius acta rescissa sunt.

Quintusdecimus circa Indiam Persiamq; uersatur.

Xasia restant ea quæ transtaurum sunt præter Ciliciam Pamphyliam ac Lyciam: & quæ ab India in nilum usque inter taurum: & exterius australe mare comprehenduntur.Post Asiam ẽ Libya de qua postmodũ dicemus Nũc ab India est incipiendum . Ea enim & maxima est & ad orientẽ exposita.Sed æquo animo audiendũ ẽ.Nã & lõgissime abest. &

a non multis ex nostris uisa:& si qui uiderũt ptẽ uiderũt. Pleraq; aũt nar
rãt ex auditu:q̃q̃ etiã ea quæ ab eis ꝓspecta dicunt:i trãsitu quodã milita
ri:& ꝓ discursu deprehẽsa sũt. quapropter nec eadẽ semꝑ referũt:ab iis
etiã qui quasi acuratius ꝓquisita conscribunt:ex iis etiã nonnulli quãq̃ si
mul & i exercitu & i ꝓgrinatione fuissent:quẽadmodũ q cũ Alexãdro i
asia militarunt:ꝓsepæ qsque cuiq; contraria dicũt:qđ si de uisis tãtopere
iter se discrepãt quid de iis putãdũ est quæ sciunt ex auditu? Sed nec q
multo tẽpore post de iis cõscripserũt:nec q nunc eo nauigant quicq̃ exa
cte dicũt: Apollodorus quidẽ ꝓthicaꝝ rerũ conscriptor: quum mẽtionẽ
de græcis facit q bactrianam cœperũt ac de Syriacis regibus a Seleuco
Nicatore ꝓfectis refert eos quũ admodũ aucti essent Indiam iuasisse.de
prioribus autẽ rebus nihil omnino explicat imo pugnãtia dicit scribens
plus indiæ illos q̃ macedonas subegisse:eucratidã scilicet mille urbes ha
buisse:macedonas uero:gentes eas oẽs quæ iter hydaspem sunt atq; hy
panim:numerũ urbiũ quiq; milia ac nouem: quaꝝ nulla minor esset eo
meropide:atq; õnẽ hãc regionẽ Alexãdrũ poro tradidisse.præterea mer
catores qui ꝓ nilũ & Arabicũ sinũ ex ægypto i Indiã nauigãt:ꝓpari admo
dũ i gãgem usq; ꝓueniunt:atque hi quidẽ priuati homines & ad locorũ
historiã minime idonei.Inde tamẽ ex uno loco & ab uno rege Pãdione
& alio Poro:legati cũ muneribus ad cæsarẽ augustũ uenerunt. Itẽ sophi
sta indus qui igne consumptus:tale de se spectaculũ exhibuit:quale Ca
lanus Alexãdro.quare siqs rebus his omissis ad ea ispiciat: quæ ãte Ale
xãdri memoriã gesta sunt multa obscuriora iueniet.sed par est alexãdrũ
huiusmodi ꝓsperitatũ ãbitione ꝓmotũ fidẽ his adhibuisse: unde Near
chus ait eũ contẽdisse ꝑ Gedrosiã cũ exercitu ꝓficisci:quum intelligeret
Semiramí ac Cyꝝ exercitũ i ídiã duxisse:& illã cũ.xx.hominibus:Cyrũ
cũ.vii.aufugisse:maximãq; esse Alexãdri gloriã qui ꝓ eadẽ loca & gẽtes
uictor quũ exercitu seruatus fuerit.ille quidẽ credidit.Nos uero quomõ
de rebus ídicis certã fidẽ habebimus? Cui dicto Megasthenes cõcordat
dicẽs ãtiquis indoꝝ historiis fidẽ non esse adhibẽdã. Dicit enim nec ab
Indis unq̃ emissam expeditionẽ:nec extrinsecus i Indiam quẽq̃ cum ex
ercitu ꝓfectum esse aut uicisse: præter Herculem & libeꝝ patrẽ & nup
macedonas.Hã Sesostrim ægyptium & Tearconem & æthiopẽ usque i
europã ꝓcessisse ait.Naboco drosorum autẽ qui magis a Chaldaeis pro
batur q̃ Hercules usq; ad columnas peruenisse:Quousque etiam Tear
conẽ.Illũ uero exercitũ ex Iberia i thraciã pontũq; duxisse.Idanthyrsum
Scythã Asiã excurrisse usq; in ægyptum.Indiam eoꝝ neminem attigis
se.Semiramim priusq̃ egrederet obiisse.Persas uero Hydracas ex India
mercede accersisse. Illos autem copias suas i Indiam duxisse nũq̃: prope
tamẽ accessisse cũ Cyrus duceret i Massagetas Herculis & Bacchi res ge
stas Megasthenes cũ paucis quibusdã credit. Alioꝝ magna ps e qbus ẽ
Eratosthenes fabulosa & minie credẽda arbitrãt: ut græca Hã liber pa
ter apd Euripidẽ i Bacchis iuuenum more ita iquit.

Aurifera adiui & culta Lydoꝝ loca.
Et Phrygiam:& ustos sole Persarum campos.
Bactraq;:rigentẽq; hyeme medoꝝ terrã.
Felicẽ Arabiã:atque Asiã permeaui omnem.

Est etiã qdã apd Sophoclẽ q Nyssam decãrat:ut mõtẽ Baccho sacrum.

Vnde ego conspexi debacchatam mortalibus claram nyssam
Quam corniger bacchus iocundã sibi obstetricẽ colit.
Vbi ales non clangit.

Et cætera dicunt etiam Bacchum ad femur educatũ. Poeta de Lycurgo Edono sic ait.

Qui quõdam altricem Bacchi sacramq; ruebant.
Per Nyssam.

Ac de baccho qdẽ hactenus.Herculẽ uero quidã tradũt i aduersa parte tãtũ fuisse usq; ad occidẽtis fines:Quidẽ i utraq;.Ex his autem Nysseos gẽtẽ quãdã nominarũt:& Nyssam urbẽ a Baccho cõditã & monti urbẽ iminẽtẽ noie femur:allegãtes ederã ibi nasci:& uites q̃q̃ fructũ ad matu ritatẽ nõ ꝓducãt.Nã racemus prius q̃ grãdescat effluit ꝓpter hymbriũ exuberãtiã. Dicũt præterea Oxydracas a baccho ꝓfectos: ꝓpter uites q̃ apd eos nascũt:& uictũ sũptuosũ & ꝓpterea q; eoꝝ reges castrẽsem ap
paratũ:& cæteros exitus cũ tympãis & stola colore ifecta bacchico more faciũt.qđ etiã apd Indos cæteros ꝓcelebre ẽ.Quũ Alexãder petrã quan
dã noie auernũ primo adortu cepisset: cuius radices Indus nõ procul a frõte suo ꝓfluit gloriabũdi dixerũt: Herculẽ ter petrã adortũ ter íde re
pulsum fuisse:ab iis aũt q cũ eo militauerãt ꝓfectos uolũt Sibas generis signũ seruãtes qđ pellibus amictiãtur quẽadmodũ hercules & qđ clauas gerant easq; bobus & mulis iurant. Hãc fabulã ex iis cõfirmãt q̃ de cau
caso ac ꝓmetheo memorãt: quæ a parua qdẽ causa huc ex põto trãslata sunt.Nã quũ sacrã quãdã spelũcã apd Paropamisadas uiderẽt:i ea dixe runt uictũ fuisse prometheũ:atq; herculẽ ut illũ liberaret huc uenisse & hũc esse caucasum:in quo græci uinctum ꝓmetheum tradiderunt: quæ oía eoꝝ figmẽta esse q Alexandro aduları studebãt:certũ ẽ ex eo maxie qđ scriptores non concordant sed alii mentionem de hoc faciũt:alii mi
nime.Non enim par est res adeo illustres & ãbitione plenas nõ esse audi tas:& si sũt audite nõ uidẽt ueriſimile nõ fuisse existiatas dignas mẽora tu:fuisse præsertim a fideliſſimis eoꝝ: Tũ ex eo qđ ii ꝓ quos herculi &

Universidad de Deusto
Biblioteca

baccho trāſeundū erat: nullum ſignū habent:quo oſtendāt illos p eā ter
rā trāſiuiſſe.Præterea eiuſmodi herculis ſtola mlto poſterior troiana me
moria figmētū eoꝝ uideť:q heracliam cōdiderūt:ſiue is piſander fuerit
ſiue alius.Antiquæ enim ſtatuæ talem ornatum non habent.Quare ī his
id tenēdum eſt qđ ad fidem ꝓxime accedit.Nos & ī ſuperioribus Geo/
graphiæ libris hæc digeſſimus quātū fieri potuit diligenter & nunc etiā
digeremus.Illis enim ad manū utemur & alia adiiciemus quātū uidebi/
tur ad euidētiam oportunum. Sed ex digeſtione quæ tunc facta fuit: ea
præſertim certiſſima uidebāť:quæ ſūmatim ab Eratoſthene tradita erāt:
ī tertio geographiæ libro de ea ſcilicet quæ tūc India putabať: quum eā
Alexāder ꝓgrauit:& Indus flumen eius confinium erat. & Ariane quā
deiceps ad oriētē ſitā perſe tenuerūt.poſtea magnā eius ptem Indi occu/
pauere macedonibus ademptā:Atque hæc ab Eratoſthene tradūť.Indiā
a ſeptētrione tauri extrema terminat. ab Ariane uſque in oriētale mare
quæ īdigene ꝑticulatim nomināt ꝓpamiſum Emodū Imaum & aliis no
minibus. Macedones uero caucaſum uocāt ab occidente Indus fluuius:
auſtrale & oriētale latus:quæ ſunt longe aliis maiora ī atlanticū pelagus
ꝓcurrūt.unde regio Rhōbi figurā præbet.Nā utrūuis maiorū laterum
cōtrariū ſibi latus tribus milibus ſtadioꝝ exuperat:quātū eſt commune
oriētalis & meridionale oræ ꝓmōtorium:qđ extra ī utrūq; æqualiter ex
currit ad aliam littoris regionē.Quare occidētalis lateris a caucaſiis mon
tibus ī auſtrale mare.xiii.milia ſtadioꝝ colligūtur ſecūdum īdū flumen
uſq; ad eius hoſtia.q̄propter ex contrario orientale latus aſſumptis pro/
montorii tribus milibus erit.xvi.miliū ſtadioꝝ. Atque hæc eſt & maxia
& minima regionis latitudo. Lōgitudo uero ē ab occidēte ī oriētem: qđ
de ea ꝑte:quæ uſq; palibothra ꝓtēdit certius dici poteſt. Nā Scoenis mē
ſurata ē & uiā regiā habet ſtadioꝝ.xx.miliū. Vlteriora uero cōiectura de
prehendunť per nauigatiōes quæ ex mari fiunt ꝓ gāgem Palibothra uſ/
propter lignorũ inopiã ex palmaceis trabibus & columnis ædificia faciũt.
Circũ columnas funes:extorta stipula confectos ponũt: postea illiniẽtes
coloribus pingũt.Portæ bitumĩatæ & altæ sunt tam ipse q̃ domus: quæ
omnes propter lignorũ penuriam fornicant'. Nam regio magna ex parte
nuda nihil habet:præter fructicos & palmã:quæ & ĩ Babylõia & ĩ Susia
na:& ĩ ora persiæ:& in Carmania permulta ẽ. Imbrice autẽ non utunt':
cum hymbribus careant: Susiana Sitacenæ similis est. Constituta est

habitatio quædã in Babylonia philosophis indigenis:plurimũ circa phi/
losophiã uersantibus:qui Chaldæi appellãt'.Sunt ex eis qui Genethlia/
logiã simulẽt:sed a cæteris nõ recipiunt'.Est alia Chaldæorũ natio & Ba/
byloniæ regio ab eis habitata Arabibus & mari proxima: quod persicũ
appellat':Chaldæorũ Astronomicorũ genera mlta sũt. Nam quidã orche
ni dicũt':quidã Borsispeni:& alii complures:qui tanq̃ per sectas eisdẽ de
rebus alias atque alias opiniones sequunt':& Mathematici quoq; de non
nullis eorum mentionem faciunt:quemadmodum de cidena: & Nabu/
riano & Sudino. Nam & Seleucus ex seleucia chaldæus est: atq; alii cõ/
plures illustres uiri.Borsippa ciuitas ẽ Dianæ & Apollini sacra.In ea ma
ximũ linificiũ est:& maxima uespertilionũ multitudo:qui lõge maiores
sunt q̃ ĩ cæteris locis capiũtur & in æsum cõdiuntur.Babylonio regio:
ab oriẽte complectit' a Susiis & elymcis:& paretacenis. Ab occidẽte. ab
Arabibus Scenetis:usq; ĩ Adiabenã:& Gordyeã A septẽtriõe ab harme
niis ac medis usq; ad zagrũ mõtẽ: & gẽtes circa eũ habitantes. Regio a
multis fluminibus irrigatur:quorum maximi sunt Tigris & euphrates.
Hæc enim flumĩa secunda sunt:post ĩdica ad australes Asiæ partes de/
fluentia:& per alterũ.Opim nauigat': & in eam quæ nunc Seleuca dici
tur.Opis autẽ uicus est circũstantium locorũ emporium:per alterum ue/
ro Babylonẽ:supra tria millia stadiorũ.Sed persæ uolẽtes de ĩdustria na/
uigationẽ ꝓhibere:Canales manufactos construxerũt:extraneas inuasi/
onũ metu. Alexander quũ aduẽtasset: quotquot potuit restituit:eos præ
sertim qui opim deferebant: & fossas maximas duci curauit exundat.n.
euphrates in æstate:a uere incipiens. Quũ iam niues ĩ harmenia liquefi/
unt:ut necesse sit stagnari arua:atq ue obrui nisi quis ĩgruentẽ fluxũ: &
aquarũ uim per fossas & canales diuertat:quẽadmodum nilũ in ægypto:
atque ob hoc quidẽ canales deducti sunt:sed opera mlta opus est. Nam
cum terra profunda sit:& mollis ac facile cedat: facile ab aquis trahitur
& campos nudat:& limus fossas ĩplet:& eorũ ora obstruit.Vnde rursum
aquarũ effusionem fieri contingit:quæ in cãpos egressa lacus & paludes
ad mare efficiunt:& arũdineta e quorũ arundinibus uaria contexuntur
uasa:quorũ quæ liquida suscipiunt:bitumine illinunt'. Cætera nuda & li
turæ expertia relinquunt':fiũt etiã uela arũdinea storeis & cratibus simi/
lia.Hæc inũdatio omnio ꝓhiberi nõ potest:afferri autem aliquod reme/
diũ potest quod optimorũ prĩcipũ opus est.Remedium est multã aqua/
rũ effusionẽ obstruẽdo ꝓhibere:fossarũ uero replectionẽ quã limus effi/
cit eas expurgãdo & ora aperiendo.Purgatio facilis ẽ obstructio laborio/
sa.Nã cũ terra facile cedat & mollis sit:aggestũ limũ nõ sustiet:sed sedẽ/
do & ipsa trahit' & os effossu difficile reddit. Nã & celeritate opus ẽ ut

cito fossæ claudãt & ne omnino ab eis aqua elabat: fossæ enim ꝑ æstatẽ arefactæ;flumẽ arefaciunt quod humidefactũ deriuatiões ad tẽpus præ bere non potest qbus regio ꝑusta & æstuosa ꝑ æstatẽ plurimũ eget. Nã nihil refert siue aquaꝝ multitudĩe obruãt fruges siue siti depereãt. Præ terea cũ nauigationes ualde utiles sint ab antedictis causis impedite:apta ri nõ possunt nisi fossaꝝ ora cito apiantur:& cito claudantur: ut semper fossæ mediocritatẽ seruent:ne ĩ eis aqua redundet neue etiam deficiat. Refert Aristobulus Alexandrũ ipsum nauigãtẽ & Scaphã gubernantẽ operi præfuisse:& cũ cætera multitudĩe fossas emũdasse & ora obstruxis se:& nõnulla apuisse. Quũq; fossam quãdã ad paludes & lacus:qui sunt arabiã uersus tẽdere animaduerteret habentẽ os ĩtractabile:& obstructu difficillimũ ꝓpter cedẽtẽ & mollẽ terrã aliud nouũ os aperuisse.xxx.sta diorꝝ capto loco petroso:atq; traducto Alueo. Idq; tũ prouidendi gratia fecisse:tũ ne Arabia omnino difficilis esset ingressu: ꝓpter lacus & palu des:cũ ꝓpter aquæ multitudinẽ iã effecta ĩsula uideret: habebat enim ĩ aĩmo regionẽ eã adipisci:simulq; & classem & receptacula parauerat. na uigia quoq; partim ĩ phœnicia cyproq; cõstruxerat: tũ plicatilia: tũ com pacta:quæ stadiis.vii. Thapascũ portata postea Babylonẽ flumine defer rent:ꝓtim ĩ Babylonia ædificauerat:ex hortorꝝ & lucorꝝ cypariss is. Nã ĩ eo loco materiei inopia ẽ. Apud cosseos uero & nõnullos alios mediocris copia:hoc prætextu maxĩe motuꝝ bellũ dicũt:quod soli Arabes ex om nibus gentibus legatos ad eũ nõ misissent:sed reuera cupientẽ omnibus dominari:& quoniã duos tantũ deos ab illis coli audisset Iouẽ scilicet: & Bacchũ:qui quæ ad uitam ꝓtinẽt:principalia dant se tertium existimas se cl'tũ iri: si uicisset:& patriã libertatẽ quã prius habebãt:illis ꝓmisisset. Atq; hæc Alexãdrũ circa canales effecisse: & regũ & prĩcipũ sepulturas: quaꝝ plurimæ ĩ lacubus erãt:reportasse. Eratosthenes lacuũ mẽtionẽ fa ciẽs:qui apud Arabiã erãt:dicit cũ aqua exitũ non haberet subterraneos meatus aperuisse:ac per illos usq; in celosyriã deferri:& in ea flumĩa erũ pere:quæ circa Rhinoco rura: & Casiũ mõtẽ sunt:atq; ibi & lacus & uo ragines efficere:quæ haud scio an uerisimilia dixerit. Nã euphratis effu siones:quæ Arabiã uersus:& lacus:& paludes efficiunt:mari persico ꝓxi mæ sunt. Isthmus autẽ qui ea dirimit nec sane multus est:nec petrosus. Quare uerisimilius erat aquam ĩ mare ĩpelli siue sub terram q̃ ultra sex millia stadiorꝝ siccã & aridã regionẽ permeare præsertim quum Libanus & Antilibanus:& Marsias mõtes medii essẽt. Atq; hi qdẽ hæc dicũt. Po lycletus negat euphratẽ ĩundare: cũ ꝑ cãpos maximos ferat mõtiũ uero nonnullos duobus millibus stadiorꝝ abesse. Coseos ad mille distare: nõ admodũ altos:nec ualde niuibus pressos:nec cõfertã niuiũ liquefactionẽ inducẽtes. Nã maxime mõtium altitudines ĩ borealibus ꝑtibus sunt:ul tra Ecbatana. In australibus uero scissos ac delatatos plurimũ deprimi: simulque maximã aquæ ꝑtem a Tigri excipi:quod itaq; ultimo dicitur apte absurdũ est. In eosdẽ enim cãpos descẽdit: & sic mõtiũ altitudines: quæ inundare dicunt inæqualitatẽ quãdã habẽt: partim quod borealia magis attollunt:ꝓtim quod meridionalia dilatant. Sed nix nõ modo al titudine montiũ:sed climatibus iudicat. Et eisdẽ montis boreales partes magis niuibus tãgũtur:q̃ australes:& diutius illæ niuẽ retinẽt q̃ hæ. Cũ itaq; Tigris ex supremis harmeniæ partibus:quæ sunt Babyloniæ ꝓxi mæ:niualẽ aquã susciꝑiat nõ sane multã:utpote ab Australi latere descẽ dentẽ minus inundabit:euphrates uero ex utriusq; partibus aquã recipit nõ ex uno mõte solũ:sed ex multis ut in ꝓgratione harmeniæ declaraui mus addita etiam fluminis longitudine quãtũ in magna & in parua har menia percurrit & quãtũ ex parua harmenia ꝑ cappadociam & taurum uadẽs Tapsacũ usq; defert:iferiorẽ Syriã & Mesopotamiam distermi nãs:& quãtum reliquũ ẽ usq; ad hostia & babylonẽ quæ summa ẽ.xxx. &.vi.milium stadiorꝝ:Quæ quidẽ apud canales attinẽt:hæc sunt. Regio ordeũ fert quãtũ alia nulla:Nã modios tricẽtenos affert ut dicit. Cætera uero ex palma præbet. Ex ea enim panis & mel & uinum & acetum fit: & textilia uaria nucleis ꝓ carbonibus fabri ferrarii utunt. Qui ĩ aqua ma cerati bobus & ouibus in pabalum dant. Dicũt esse carmẽ quodã persi cum ĩ quo.ccc.&.lx.palmæ utilitates nuerent. Oleo frequẽtius Sesamio utunt. Cætera loca huius arboris penuriã habẽt. In babylonia etiã bitu mẽ multũ innascit de quo Eratosthenes dicit:liquidũ:quod naphthã uo cant in Susiano agro nasci aridũ uero quod congelascere potest:In baby lonio cuius fons est prope ipsum naphthã. Hoc autẽ inundãte ex lique factione niuiũ:& ipse auget & effusionẽ in fluuiũ facit. Hic glebæ maxi mæ concreant ad ædificia idoneæ quæ ex coctilibus lateribus fiunt. Sũt qui liquidũ etiã in agro babylonio innasci dicãt. De arido quidẽ dictum est:ꝙ præsertim ad ædificia ualet:dicũt etiam nauigia contexi quæ bitu mine illata constipent. At liquidũ quod naphthã uocãt admirabilẽ quã dã naturã habet. Nã igni admotũ eũ corripit & si corpus eo illitũ igni ad moueris:deflagrat nec aqua ullo pacto extingui potest:sed magis ardet nisi ualde mꝓtã supfuderis. Ceno & aceto & alumĩe & uisco oppressum extĩguit. Vnde Alexãdrũ tradũt:experiẽtie gratia puero cuidã ĩ balneo Naphthã insꝑsisse:ac lucernã admouisse ut ꝓpe puer totus deflagraret: nisi circũstantes multa aqua flãmas euicissent ac pueꝝ seruassent. Possi donius dicit ex fontibus naphthæ Babylonii quosdam nigꝝ naphtham: quosdã album ꝓducere atq; ex iis alios esse liquidi sulphuris:eos scilicet

qui albū naphthā habēt q & flāmā arripiant. Eos uero qui nigri bitumis
sint liq dos esse & ꝓ oleo ī lucernis uti. Babylon olim Assyriæ fuit metro
polis nunc Seleucia est quæ ad tigrim dicit: prope eā uicus maximus ē
nomine Ctesiphon in quo parthoꝝ reges hyemabant: seleuciæ parcētes:
ne a Scythica & militari natione opprimerent. Hic uicus ciuitatis potē/
tiā ac magnitudinē habet adeo ut parthoꝝ multitudinē & apparatū om
nē recipiat ac uenalia & necessaria artificia illis suppeditet. In eo parthoꝝ
reges ī hyeme propter aeris temperiē degere solēt: æstatē uero in hyrca
niā & ecbatanis agūt: ꝓpter ea quæ antiqua fama obtinet & quēadmodū
babyloniā regionē uocamus: sic indigenas babylonis dicimus nō ab ur
be sed a regione: A Seleucia uero nequaq̄ &si illic sint: ut Diogenē philo
sophū stoicū. Est autē Artemita īsignis ciuitas quingentis stadiis a Seleu
cia distās: plurimū ad oriētē expositа quēadmodū Sitacena. Nā & ea mꝰ
ta & opulēta inter babylonē & susianā iacet: quare ex babylōe: Susa eun
tibus totū iter ꝓ Sitacenā est. Ad oriētē uero ex susis ī persiæ meditерra
neā euntibus: iter est per uxiā quēadmodū iis qui ex persia ī medios car
manios ꝓficiscūtur. Carmaniā igit a Septentrione persia circūdat quæ
multa ē cū paretacinis & cosseis cōiūcta usq; ad Caspias portas mōtanis
sane gentibus ac latrociniis. Susiæ coniungit Elymaitica quæ magna ex
parte aspera est & latronibus refecta. Elymaiticæ media & quæ zagro sūt
ꝓxima. Cossei magna ex parte sagittarii sunt quēadmodū & mōtani: eis
finitimi qui semper latrocinia exercēt. Paruā enim ac sterilē regionē in/
colētes: ex alieno uiuere & ualētes esse oportet: omnes enim bellaces sūt
& cū elymei cū babyloniis: susiisq; bellum gererent illos in societate ha
buerūt. xiii. hominū milia conferentes: paretaceni: q̄q̄ magis agriculturā
exerceāt: q̄ Cossei: nec ipsi tamē a latrociniis abstinēt: elymei plus terræ
possidēt quā hi & magis uariam. Quæcūque itaq; ferax est incolas agri/
cꝰtores habet mōtana uero milites nutrit magna ex ꝑte sagittarios: & cū
multa sit multū exercitū emittit Vnde cum rex eoꝝ potētiā maximam
habeat: nō patit Parthoꝝ regi obtēperare: quēadmodū alii: eodē modo
se erga Macedonas habebant: qui postmodū Syriæ imperauerūt. Anthi
ochū quidē magnū eū q Beli tēplū spoliare conatus est: finitimi barbari
ex sese adorti interemerūt. Parthus ex hiis quæ illi euenerāt edoctus: rē/
pore post audiens tēpla esse apud eos opulēta: uidensq; minime obtēpe
rātes: ui magna inuasit: & Palladis tēplum ac Dianæ: quod Azara dicitur
cœpit. x. millibus talētoꝝ ablatis. Capra est etiā prope flumē Hedyphō
tē: Seleucia magna ciuitas: quæ prius Soloce uocabat. Tres sunt in eam
regionē aptiores īgressus: ex media qdē & locis zagro uicinis: ꝓ Massaba
ticā: ex Susia per gabianā. Gabiana & Massabatica elymeoꝝ sūt ꝓuinciæ.

Tertius ingressus est: ex Persia: est etiam Cyrbiana elymeoꝝ prouintia.
Is finitimi sunt Sagapeni: & Silaceni paruisane pricipatus. Atque hæ sūt
gentes: quæ orientē uersus ultra Babyloniā habitāt. Ad septentrionē me
diā diximus & harmeniam. Ad occidētē est adiabena: & Mesopotamia:
maxima adiabenæ pars planicies est: ea præsertim: quæ pertiet ad Baby
loniam: quāq̄ proprium principē habeat: nōnūq̄ harmeniæ adhæresc it.
Nā medi harmenii ac babylonii: præter omnes alias gentes quæ hic sūt:
ita erant ab initio constituti: ut se inuicē adorirēt: ut cuiq; opportunū ui/
debat: rursumque conciliarent: quod usq; ad Parthoꝝ ꝑperium ꝓmāsit
a medis itaq; atq; Babylonis Parthi imperant. Harmeniis autem nūq̄. In
uasiones tamē sæpe factæ sunt omnino autē capti nūquam: immo tigra/
nes (ut ī rebus harmeniacis dictū est) fortiter restitit. Adiabena quide &
huiusmodi: Adiabeni etiā Saccopodes uocātur. De Mesopotamia & gē/
tibus: quæ ad meridiē uergūt deinceps dicemus. Si prius pauca de mo/
ribus Assyrioꝝ fuerimus persecuti. Hi itaque in cæteris persaꝝ similes
sunt: proprium uero habēt: quod cuiusq; tribus tres uiros īegros ac prī
cipales præficiunt qui puellas nubiles in mediam multitudinē producē
tes eas per præconē locādas significāt: ac prio eas quæ digniores sūt. Sic
enim coniugia apud eos conficiunt quotiens uero coierint surgūt quīl/
que seorsum suffici: lauant mane priusq̄ quicq̄ attingāt: & perinde eis la
uacrū in morē ē a coitu atq; a mortuis. Omibus Babylonioꝝ mulieribus
mos est: ex causa quadā in aliqua re uenerea cū hospite permiscer i: cum
turba & cultu plurimo ad illum uenientibus: quælibet nostro aliquo co
ronat qui uero ad eā admittit: posito super eius genibus argento quātū
sibi uidet: coit longe ea a fano abducta: id argentū ueneri sacrū ē. Tres
sunt magistratus eoꝝ: qui iam militia sunt emeriti: & nobiliꝝ & senum:
seorsum regio posito primi & uirgines collocare: & de adulteriis iura red/
dere: Secundi de furtis: Tertii de rebus uiolentis. Hi ægrotes in uiis ex/
ponēres: iterrogant prætereuntes: num quisq̄ morbi huius remediū no/
rit: nā nemo prætereuntiū adeo malus est: qui occurrens nō admoneat: si
quid salutare habet uestes gerūt. Interiorē tunicam ex lino talarem: exte
riorem ex lana: amictū album: coma eis parua est. Calciamētum nō sane
magnum gestant etiam sigillum & Scipionem nō frugilem sed isignē.
In superiore parte malo uel rosa uel lilio: uel aliqua eiusmodi re orna/
tum: iungunt Sesamo: lugent mortuos ut ægyptii & alii permulti: sepe/
liunt ī melle cæra cadauer oblinūt. Tres sūt natiōes: quæ frumēto carēt.
Eli & Ichthyophagi: qui ita uiuunt quēadmodum gedrosii. Mesopota/
mia ab euētu rei nomiata est. Dictū est enim eam iter euphratem ac Ti/
grim iacere: & tigrī oriētale eius latus alluere: occidētale uero & australe

euphratē:ad ſeptēttrionē ē taurus:q harmenios dirimit a meſopotamia: quare maxia diſtātia qua iter ſe abſunt:ad mōtes ē duoꝝ milliū & q̄drin gentoꝝ ſtadioꝝ:quæ eadē ē:quam Eratoſthenes a Thapſaco dixit:iuxta quā ātiquus euphratis pons erat:ſup tigris trāſitu:ubi Alexāder cū exer/citu traiecit:minima uero diſtātia paulo ſupra.cc.Iuxta ſeleuciam fere ac Babylonē labit tigris ꝑ lacū:q Thopetis dicitur per mediā eius latitudi/nē.In alterā uero ripā ꝓueniēs cū multo ſonitu:ac flatu ſub terrā ingredi tur:& lōge inuiſibilis delatus.Rurſum exorit nō ꝓcul a gordyea:atque adeo uehemēter lacū ꝑmeat(ut Eratoſthenes ait)ut quāq̄ lacus ſalſus ſit: & piſcibus careat:tñ hac ī ꝑte dulceſcat:& fluat & piſcibus abūdet. Me/ſopotamiæ coartatio ī magnā ſane lōgitudinē exit: & quodāmō nauigio ſimilis eſt:maximā ore ꝑtē euphrates efficit.Diſtantia a Thapaſco uſq; Babylonē(ut Eratoſthenes uult)ē ſtadioꝝ quattuor milliū & octingēto/rū. A pōte uero q ē iuxta cōmagenam:ubi Meſopotamia īcipit:uſq; tha paſcū:ſūt nō pauciora duobus millibus ſtadioꝝ. Prætermōtanea quidē regio ſatis ferax eſt ꝑtē eius ad euphratē expoſitā & pontē qui nūc iuxta cōmagenā ē & eū q olim iuxta Thapſacū erat:ii habēt:q a macedōibus mygdones ſūt appellati:apd quos eſt niſibis: qua ī Antiochiā mygdōi am appellarūt ſub Maſio mōte ſitā & Tigranocerta & loca quæ ſūt cir/ca caras & Nicaphoriū & chordi raza & Sinnaca ī qua Surena ꝑthorum ī ꝑerator Craſſum dolo captū īteremit:ad Tigrim ſunt ꝑthoꝝ loca quos antiq Cardulchos appellabāt:& urbes quædā e q̄bus ē Sariſa : & Satal ca:& Pinaca munitio optīa quæ arces tres habet quāq; ſuo muro cinctā ut quaſi triurbs uideat. Veꝝ tamen ea harmenio paruit & romani eā ui cœperūt & ſi gordyei excellētes architecti uidebāt & eoꝝ inſtrumētoꝝ gratiari:q̄bus urbes obſideri ſolēt:ūde & tigranes eis ad hæc utebat:Re liqua quoq;.Meſopotamia romanis ꝓuit cuius magnā ꝑtē Pompeius ti/grani dedit quæcūq; præcipua erat.Nā regio fœcunda eſt & maxime pa ſcēdis bobus idonea fert quæ ſemꝑ uirent & aroma aromū.Alit etiā leo nes gignit naphthā & gāgetim lapidē quem ſerpētes fugiunt. Dicūt got dym Triptolemi filiū gordinā habitaſſe:poſtea erethriēſes quos ꝑ ſe ra pierūt.De Triptolemo mox ī rebus Syriacis dicēus meſopotamiæ ꝑtes ad meridiē uergētes & a montibus remotas ſiccas & ſteriles: Arabes ſce/nete īcolunt latrocinii ſane homīes & paſtorales qui facīliter in alia loca demigrāt cū præda eis & paſcua deficiūt quare contīgit ut prætermonta ni ab his īfeſtent & ab harmeniis qui deſuꝑ īminentes ꝓpter potentiam uim eis afferunt & tandem uel illis parent uel parthis qui ad latera ſunt: Mediam atque Babyloniam habitantes.Inter euphratē atq; tigrim fluit aliud flumē qd Baſilius appellat & circa Anthemuſiā aliud noīe Abor

ras mercatoribus ex Syria Seleuciā:& Babyloniā euntibus iter eſt ꝑ eos qui a malienſibus Scenete appellantur & per eoꝝ deſerta.Euphratis ita/que trāſitus ē eis iuxta Anthemuſiā Meſopotamia locū quattuor ſchoe noꝝ ſpatio trāſflumē eſt bambyca quā edeſam & ſacrā urbē uocāt.In ea Atargatā Syriā deā colunt:trāſeuntibus uero iter eſt ꝑ deſerta uſq; Sce/nas urbē memoratu dignā ſitā ſuper foſſā quadā in babyloniæ fines: A fluminis trāſitu Scenas uſq; ē iter dieꝝ.v.&.xx.hic ſunt Camelitæ q di uerſoria habēt partim ciſternaꝝ ꝑtim aquæductuū aqs abundātia. Sce/netæ pacē eis præbēt & pēdendoꝝ uectigaliū mediocritatē cuius gratia illi ꝑ deſerta fugientes:parapotamiā prætereūt relicto a dextris flumine triū fere dieꝝ itinere.Phylarchi uero q ex utraq; ꝑte flumen accolūt cū regionē habeāt nō ualde feracē ac minus ſterilē colant:ſuū quiſq; domi/natū exercēs ſuū etiā uectigal exigūt idq; non moderatū. Difficile enim ē apud homines ītractabiles cōmunē aliquā mēſurā definiri mercatori/bus utilē Scenæ a Seleucia diſtāt Schoenis.x.&.viii.ꝑthici imperii fines ſunt euphrates & ulterior regio.Citeriora Romani tenēt & Arabō phy/larchi uſq; in babyloniā quorū quidā illis adhæreſcūt quidā Romanis q bus etiā finitimi ſunt ac minus quidē Scenetæ Nomades:q fluuio ſunt ꝓximi magis autē remotiores:& ad felicē Arabiā accedūt. Parthi prius romanorum amicitiā colebāt poſtea craſſum:q belli initiū fecit ulti ſunt quāq̄ nec ipſi nō paria inuenerunt quū bellum accendiſſent Pacoro in Aſiā miſſo. Antonius uero harmenii conſilio ꝓditus male pugnauit: ad Phraates qui illi ſucceſſit tantū circa cæſaris Auguſti amicitiā ſtuduit ut etiā illi trophea remitteret:q̄ parthi de romanis erexerāt & uocato ī collo quio Tito q ꝑ id tēpus ſyriæ preerat q̄ttuor ei filios legitimos : obſides tradidit Saroſpadē.Ceroſpadē.Phraanē & boonē:& duas eoꝝ uxores & filios.iiii.ſeditionē metuēs & ne ſibi īſidiæ ſtruent. Intelligebat.n.nemi nē aduerſū ſe prævalituꝝ:ſi nullū ex Arſacio genere aſſūpſiſſet:ꝓpterea q; pthi ualde Arſacioꝝ ſūt amātes:filios itaq; emīus ablegauit: uolēs eā ſpē maleficiis auferre:q̄re eius filii qcūq; ſupſūt.Romæ publice ac rega liter curāt. Ac reliq etiā reges:& legatos miſerūt:& ī colloq̄ uenere. Sy ria ſeptēttrionē uerſus:Cilicia & Amano terminat. A mari ad euphratis pōtē:ſtadia īterſūt ab Iſſico ſinu uſq; ad pōtē q ē iuxta cōmagenā dictū latus terminantia nō pauciora quadringentis: orientem uerſus terminat euphrate & Arabibus ſcenetis qui cis Euphratem ſūt. Auſtrum uerſus foelici Arabia:& ægypto occidentem uerſus ægyptio pelago iſſicum uſ que.Syriæ partes a Cilicia & Amano incipientes: ponimus commage/nam : & eam quæ Seleucis Syriæ appellat:poſtea coeloſyriam & phœ/niciam ī ora ultimā. In mediterranea ponimus iudæam: nonnulli totam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Syriã ĩ Coeloſyrios & phoẽicas diuidũt:dicẽtes quattuor natiões his eẽ
imiſtas.Iudæos Idumæos: Gazæos:& Azotios. Agricultores quidem ut
Syros & Coeleſyros:mercatores ut phœnices : atque hæc quidẽ in uni/
uerſum.Sigillatim uero cõmagena perparua regio eſt:& urbẽ habet na
tura munitã. Samoſata regni caput nunc prouitia facta eſt.Circũiacet re
gio quãq; pua fœcũda tamẽ.Hoc ĩ loco nũc eſt euphratis põs apd quẽ ſi
ta eſt Seleucia Meſopotamiæ Caſtellum:Cõmagene a Põpeio adiectũ:
ĩ quo Tigranes Cleopatrã cui luna fuit cognomento ĩteremit:ea aliquã
diu coercita:quũ a Syria excidit.Seleucẽſis ager portionũ:quas diximus
optima eſt:uocat etiã Tetrapolis:& ẽ ex inſignibus urbibus:quæ ibi ſint:
& ſi plures ſint maxĩe tamen quattuor ſunt. Antiochia apud daphnem:
& Seleucia ĩ Pieria & Apamia & Laodicea:quæ propter concordiã ſoro/
res dicebant.Eas Seleucus Nicator condidit. Maxĩa ab eius patre dicta
eſt:munitiſſima ab eo. Apamia uero ab eius uxore.Laodicea autem a ma
tre nomiata eſt:ꝓpriæ Tetrapolis ĩ quattuor Satrapias diuiſa erat Seleu
cis(ut Poſſidonio placet)ĩ quot Coeloſyria. Meſopotamia uero ĩ unam.
Antiochia etiam Tetrapolis eſt:ex quattuor partibus conſtituta.Ea pu/
blico & priuato muro ſecũdũ quãque ꝑtem munita eſt:primã partẽ Ni/
cator habitauit:habitatoribus ex Antigonia traductis: quã paulo prius:
Antigonus philippi filius ꝑpe conſtruxerat. Secunda pars eſt multitu/
dinis habitatorũ. Tertia Seleuci Callinici. Quarta Antiochi Epiphanis:
atq; hæc quidẽ metropolis Syriæ eſt:& qui regioni imperãt.Hic regiam
habent:potẽtia quidẽ ac magnitudine nõ mĩro a Seleucia ſuparatur:quæ
ad tigrim eſt:& ab Alexãdro ægypti. Huc Nicator eos traduxit: qui de
genere erãt Triptolemi:de quo pauloãte fecimus mẽtionẽ: quapropter
Antiochenſes eũ:ut heroẽ colũt:& ĩ Cario monte circa Seleuciã ſollem/
nia celebrant. Tradunt eum ad iquirẽdum Ion ab argiuis miſſum: quũ
illa apud Tirum primo euaneſceret:per ciliciam erraſſe:& argiuos quoſ
dam:qui cum eo erant facta diſcenſione ibi Tarſum cõdidiſſe.Cæteros
uero ſecutos ĩ reliquam oram perueſtigatione deſperata: apud Orontẽ
flumen cum eo remanſiſſe:Gordym Triptolemi filium:quum quoſdã
patris populos haberet:ĩ Gordyeam Colonos deduxiſſe. Cæteroq; autẽ
poſteros cum Antiochẽſibus habitaſſe. Vlterius ẽ daphne ad ſtadia.xl.
mediocris habitatio & lucus ingens & opacus fontanis aquis irriguus:ĩ
cuius medio eſt fanum Aſylum & apollinis: ac Dianæ delubrum:ĩ quo
Antiochenſes finitimi feſta celebrare conſueuerunt.Luci ãbitus ẽ ſtadio
rũ octogĩta:prope urbẽ orontes labitur:quod ex cæloſyria ortũ habens:
poſtea ſub terrã illatus iterũ emergit: & per apomienſem agrũ & prope
Antiochiam procedẽs in mare Seleuciæ proximum defert.& quũ prius
Tiphon diceret:mutato nomine ab illo q ĩ eo põtẽ fecit:orõtes ẽ appel
latus Hoc ĩ loco de Tiphonis fulminatiõe fabulãt:& de armis de qbus
a nobis antea dictũ eſt dicũt eũ draconẽ fuiſſe:& fulminibus ꝑcuſſũ:dũ
fugæ latebras quæreret:tactibus terrã ſecuiſſe:& ut fõs erũperet effeciſ/
ſe.Atq; ex hoc flumini nomẽ ĩditũ fuiſſe.Mare itaq; ad occidẽtem An/
tiochiæ ſubiacet apud Seleuciã ad quã orontes hoſtia effecit.Seleucia ab
Hoſtiis diſtat ſtadiis.xl.Ab antiochenſium urbe.c.ac.xx.A mari Antio/
chiã nauigiis uno die itur. Ad orientem Antiochiæ adiacẽt Euphrates:
Bãbyca Berrea:& Heraclia:oppida.Dionyſio tyranno Heraclionis filio
olim ſubiecta.Diſtat Heraclia a Mineruæ cyriſtidis tẽplo:ſtadiis.xx.po/
ſtea eſt Cyriſtica regio:uſq; ĩ Antiochẽſem agrũ. A ſeptẽtrione eſt mõs
amanus:nõ ꝑcul etiã cõmagena:quibus Cyriſtica coniungit:eouſq; ex/
tenta.Hoc in loco eſt Tindarus ciuitas:Cyriſticæ regiõis arx:& aptũ la/
tronibus receptaculũ & quoddã nomine heracliũ. Circa hæc loca paco/
rus:q erat natu grãdior ex parthi filiis ducto in Syriã exercitu:a uẽtidio
deletus eſt. Tindaro Pagræ coniungũtur.Locus antiochenſis agri muni
tiſſimus:iuxta Amani trãſcẽſum: ex Amanitibus portis ĩ Syriã poſitus
quare Antiochiæ cãpus Pagris ſubiacet ꝑ eum arceuthus amnis & Orõ
tes:& labotas fluũt. In hoc cãpo ẽ meleagri uallum & Onoporas flumẽ:
apud quod ptolemæus philomator Bala Alexãdro pugna ſupato:ex uul
nere obiit.His imminet collis Trapezõ:a ſimilitudine appellatus apud
quẽ uentidius cũ Phranicate:pthoq; imperatore decertauit.His ad mare
eſt Seleucia:& Piceria mons: Amano cõtinuus & Rhoſſus ĩter iſſum: &
Seleuciã poſita Seleucia prius aquæ flumina dicebat:ea inſignis munitio
ẽ:quæ uim omnẽ exuperet: quapropter obſeſſo Tigrane:Pompeius eã
liberã iudicauit.Anthiochẽſibus ad auſtrũ Apamia ẽ:ĩ mediterranea ſi/
ta.Seleucẽſibus uero caſius mons:& Anticaſius.Irẽ primo poſt Seleuciã
ſunt Orontis hoſtia:poſtea nympheũ ſpecu quoddã ſacrũ poſtea caſius
deinceps Poſidiũ oppidulũ:& heraclia.Deinde laodicea optime ad mare
ſita & portuoſa locũ habẽs præter cæterã feracitatẽ:uino aptum:quapro
pter maximã uini partẽ Alexãdrinis præbet cũ montem habeat ſibi ĩmi
nẽtẽ uineis plenũ:uſq; ad uertices fere:qui longe abſunt paulatim ab ea
aſcendẽtes.Apamiæ uero imminẽt ĩ erectã altitudinẽ euecti.Hanc dolo
bella nõ mediocriter labefactauit:ĩ eã fugiẽs & uſque ad iteritũ a Caſſio
obſeſſus:mĩras urbis ptes ſecũ traxit:Apamia urbẽ habet magna ex pte
optime ſeptã.Eſt enim collis quidam in campo bene munitus:quẽ oron
tes & ingens quidam lacus circunpoſitus & latæ paludes peninſulam fa
ciunt:Tum prata paſcendis equis & bobus excellenti magnitudine dif/
funduntur : urbs in tuto iacet:eaque cheronneſus: e re ipſa uocata eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regione & multa & ubere abūdat:p quam orōtes fluit:& multa ī ea op
pidula ſunt Hoc in loco Seleucus Nicator quingētos elephantes alebat:
& magnam exercitus partem:ſic etiam poſteriores reges ea olim Pella di
cebaſ a primis macedonibus ꝓpterea quod maxima macedonū ꝑs: qui
in Aſiam militauerāt:hic habitauere. Pella uero Macedonum metropo/
lis fuit Philippi & Alexādri patria. Hoc in loco milites recenſebanſ & q
alebanſ & regis eque:numero ſupra.xxx.milia. Hay emiſſarii.ccc. Hic
erāt equoy domitores:hic bellici ludi magiſtri conducebanſ & quicūq;
rei militaris erāt periti quam potētiam Tryphonis incrementum:cui co
gnomēto fuit Diodorus plurimum declarat. Is enim hīc mouēs: Syrorū
regnum adortus eſt natus Coſianis:caſtello apamiēſium:educatus uero
apamiæ:& regi & eius familiaribus commendatus:quoniā nouas res mo
uere orſus eſt:ab hac circūuicinæ urbes in nouandaꝝ reꝝ cauſas accepe/
re:ut lariſſa & Caſiani:& Megara:& Apollonia:ac cæteræ omnes quæ cū
apamia erāt:ac ille quidem regiōis huius rex effectus eſt:& diu regnum
tenuit. Baſſus cecilius cum duabus legionibus apamiam capiēs:adeo ob
ſtinate duoꝝ Romanoꝝ exercituum obſidionem ſuſtinuit:ut nō prius ī
illoꝝ poteſtatem deueniret:q̄ quibus uolebat conditionibus ſeipſe tradi/
diſſet. Nam & exercitum regio alebat:& ſociis abundabat:phylarchis:q̄
loca munita in ꝓximo habebāt e quibus eſt Lyſias ultra lacum:qui iux/
ta apamiam & arethuſā iacet. Item Sampſicerami & Iamblichi:eius filii
regio qui phylarche gēti emeſſine preerāt:nō ꝓcul ē heliopolis:& Chal
cis ſub Ptolemæo poſita Mēnei filio:qui Marſyam & Itureoꝝ montana
obtinet. Ex baſſi ſociis fuit Halchedamnus Rhambeoꝝ rex:qui Noma/
des cis eupratē habitant. Is Romanoꝝ amicus fuerat:ſed quū ſe iniuria
affectū a principibus exiſtimaret:egreſſus in meſopotamiā cū baſſo ſtipē/
diū merebat. Ex hac urbe eſt Poſſidōius ſtoicus:uir philoſophoꝝ:noſtri
temporis eruditiſſimus. Apamienſium regioni ad auroram finitima eſt
Philarchorum arabum ea quæ Parapotamia dicitur:& chalſidica a Mar
ſya monte deſcendens:& tota ea:quæ Apamienſibus ad auſtrum iacet:
hominum magna ex ꝑte Scenetaꝝ:qui Meſopotamiæ Nomadibus ſūt
ꝑſimiles. Nam quo Syris magis magiſque appropinquant eo mitiores
ſunt:& minus arabes & Scenetæ:& ordinatiores principatus habēt:quē/
admodum Sampſicerami Arethuſa:& quæ gambari eſt & themella:&
aliæ huiuſmodi:atque Seleucēſis quidem mediterranea eſt huiuſmodi.
reliqua uero prætернauigatio:a Laodicea incipiēs ſic ſe habet. Nā hæc op
pida laodiceæ appropinquāt:Poſſidiū Heraclū & Gabala:deīde ātiqua
Aradiorum regio:Paltus Balanea & Carāus:Aradiorum portus. Poſtea
enhydra & Marathus ātiqua phœnicum ciuitas:nūc diruta. Regionem
uero aradii tenent:deinceps eſt Teximira. His continua eſt orthoſias
& eleutherus amnis: quē quidē Seleucidis terminū faciunt:phœniciā &
Cæloſyriā uerſus. In frōte iugoſæ cuiuſdā & importuoſæ oræ Aradiis ia
cet:inter eius portū ſcilicet atque Marathū diſtās a terra ſtadiis.xx. Ea eſt
petra quædā:a mari circūfuſa ſeptē fere ſtadioꝝ ābitu habitatiōibus ple
na:tanta hominū multitudīe:ut adhuc domus multis tabulatis ſublimes
ihabitēt:opus(ut ferūt)quorūdā ex Sydone ꝓfugoꝝ. Aquaꝝ copiā partī
ex ciſternis habēt:partim ex tranſmarina regione. In bello autē paulo an
te urbē aquatū mittunt. Nā abundātis aquæ fontē ī medio freto habēt:
ī quē cupa quædā extorqueſ a Scapha aquaria demiſſa plumbea ore la/
to:in āguſtū fundū coacta:fundū mēdiocre foramē habet quo fiſtula ex
chorio ſiue utriculū dicere malumus: aſtricta eſt quæ aquā ex fonte per
cupā exhaurit. Prima itaque aqua quæ exhauriſ ſalſa eſt:expectantes ue
ro puræ & dulcis aquæ curſum ī uaſis ad id paratis excipiunt:atq; ī urbē
deferūt. Olim aradii p ſeſe reges habebāt:ut cæteræ phœnicū ciuitates:
poſtea ptim pſæ ptim Macedones:ptim Romani:in hūc ordinē redige/
rūt. Aradii itaque cū cætera phœnica Syriacis regibus ut amicis obtēpe
rabant:poſtea duobus fratribus diſſidētibus Callinico Seleuco:& Anti/
ocho:qui Hierax cognominatus eſt:callinico adhærentes ī has cōditiōes
cōuenerūt:ut ad ſe ex regno cōfugientes recipere liceret:nec tradere iui/
tos:ſed nec etiā quicq̄ iniuſſu regis enauigare ꝓmittere: quibus ex rebus
āpliſſimæ eis diuitiæ cōtigerūt. Confugiebāt enī ad eos nō quicūq;: ſed
hi præcipue quibus grādia credita erāt:& qui de rebus maximis extime
ſcebant:qui ſuſcepti beneficiū ab illis:ac ſalutē recognoſcebant: ſimulq;
gratiā referebāt:tū præſertim:quū ī patriā reuertiſſēt:q̄ ex re multū ulte
rioris regiōis adepti ſūt:& nūc ꝓtē maximā tenēt:& āte oēs beniuolā:cui
felicitati:& ꝓuidētiā addiderūt:& ſtudiū circa rē naualē & quū uiderent
uicīos cilicas piraticā exercere:nūq̄ cū eis in eo ſtudio cōmunicare uolue
rūt. Poſt Orthoſiā & eleutherū ē Tripolis:q̄ nomē a re ipſa accepit: tres
.n. urbes hēt: Tyꝝ Sidonē & Aradū. Tripoli cōtīua ē ea:q̄ dei facies ap
pellaſ:ī quā libanus mōs deſinit:Inter hæc ē locus qdā noīe Trieris. Hi
duo mōtes ſūt:q eū faciūt:q concauus āgulus dicīſ:quaſi īter ſeſe pares:
Libanus & Antilibanus paulo ultra mare īcipientes. Libanus ultra tripo
litanū mare circa dei faciē. Antilibanus ultra mare Sidoniū deſinunt ad
Arabiæ mōtes:q ſunt ultra Damaſcum & eos qui ibi Trachani dicunſ:
in alios quoſdam fructiferos colles. In medio concauum cāpū relinquūt:
Cuius latitudo mari proxima eſt:ſtadioꝝ.cc. lōgitudo a mari in mediter
raneam dupla. Irrigatur autem a fluminibus per regionē fœcūdā & om/
nia ferentem delabentibus:præſertim a Iordane lacū habet q̄ aromaticū

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuncum & Calamum fert:habet etiã paludes lacus quidã gẽneſaretícus uocaſ:gignit etiã balſamũ.Inter cætera flumina Chryſorroas ab urbe & regione damaſcenoꝝ incipiẽs:totus fere in diriuationes conſumiſ:multa enim loca & repoſita irrigat.Lycum & Iordanem mercibus nauigãt:præ ſertim Aradii pars cãpoꝝ:prima a mari macras uocaſ:& macra campus í quo poſſidiõius ſcribit uiſum fuiſſe ſerpentẽ mortuũ iugeri lõgitudi/ ne:craſſitudine tanta:ut equites ex utraq; parte aſtantes ſe inuicẽ intueri nõ poſſent:hiatu autẽ tanto:ut hominẽ equo iſidẽtem reciperet. Exuuia rũ ſquamã quãlibet:clipeo maiorẽ.Poſt macrã eſt maſſyas habẽs monta na quædã in quibus eſt chalcis tãq; maſſyæ arx:eius initium eſt laodicea: quæ apud libanum eſt.Montanã regionẽ Iturei & arabes habent:maleſi ci omnes qui uero campos habitant agriculturam exercẽt: & ab illis læſi ſæpe alieno indigent auxilio receptacula munitiſſima habent:quẽadmo/ dum qui libanũ incolunt.In monte quidẽ Sinam & borama: & alias hu/ iuſmodi munitiones. Inferius uero boſtra:& gigartum: & ſpeluncas ad mare ſitas:& caſtellum í dei facie impoſitum: quæ omĩa Pompeius euer tit & ab his Byblum & Barutum excurrebat:quæ inter Sidonẽ:ac dei fa ciem iacẽt:Byblus eſt Cinyræ regia:in qua Adonidis templa ſunt:eã ty/ rãno oppreſſam Pompeius liberauit:illo ſecuri percuſſo.Sita eſt autẽ in excelſo quodam loco non ꝓcul a mari. Poſt hanc eſt Adonis fluuius:& mons Climax:& antiqua byblus: poſtea lycus fluuius & barutus a Tri/ phone diruta:nũc uero a Romanis inſtaurata:duas legiones ſuſcipit ibi ab Agrippa collocatas:multa regiõe maſſyæ adiecta:uſque ad orõtis ex ortũ qui prope libanũ eſt:& uiridariũ:& ægyptiũ murũ apamienſi agro ꝓximũ.Atq; hæc quidẽ ad mare ſunt:ultra maſſyã mõtẽ primũ ea q̃ re/ gia cõuallis diciſ:& Damaſcenus ager ualde laudatus.Damaſcus urbs ẽ iſignis:omniũ fere nobiliſſima:quæ in ea ſũt regione ꝓſiæ uicina. Vltra eã ſunt duo qui Trachones appellanſ:poſtea arabiã & itureã uerſus:ſũt mõtes aſpi:& altis ſpelũcis iſignes:q̃rũ una quattuor hominũ millia reci pit í excurſionibus:quæ undiq; damaſcenis fiũt.Ac frequẽtius qdẽ bar/ bari ſelicis Arabiæ mercatores graſſanſ:q̃ res nũc mius fit:ꝓpter zeno/ doti latrõis euerſionẽ:& Romanoꝝ iuſtitiã:& militũ præſidiũ:q; í Syria alũſ. Tota itaq; regio ultra ſeleucidẽ í ægyptũ & arabiã recedens:Coelo ſyria appellaſ:ſed ꝓprie q̃ libano termiaſ:& Antilibão.Reliquæ regiõis ora ab orthoſia:uſq; peluſiũ phœnicia uocaſ:ꝓnguſtus ſane ac maritius qdã tractus.Mediterranea ultra hãc uſq; í arabes:iter Gazã & Antiliba/ nũ Iudæa nominaſ.Quare quũ iã Coeloſyriã pagrauerimus iter í phœni ciã deflectamus:de cuius una ꝑte locuti ſumus:quæ ab orthoſia Barutũ uſque pertendit.Poſt barutũ eſt Sidon:quadringentis fere ſtadiis ab ea diſtans:í quo ſpatio eſt Tamyras flumẽ:& æſculapii lucus & leonũ urbs Poſt Sidonẽ maxima & antiquiſſima phœnicũ eſt Tyrus:quæ cum illa & magnitudíe & facie: & antiquitate cõtendit: multis fabulis celebrata: ſed poetæ quãq; magis Sidonẽ celebrãt: adeo ut Homerus tyri non me/ minerit:Coloniæ tamẽ í Iberiã: & Libyã uſq; ad loca extra colũnas pro/ fectæ: Tyrum plurimũ extollũt:quare ãbæ:& nũc & olim clare illuſtreſ que extiterũt:utrauis enim phœnicũ metropolis diciſ: in utriſq; cõtẽtio eſt.Sidon ſitũ habet í pulcherrimo centinẽtis portu. Tyrus tota íſula ẽ: ac fere eodẽ modo habitata quo Aradus.Continẽti tamẽ aggere cõiũgi/ tur:q; Alexander í obſidione congeſſit.Ea portus duos habet: alteꝝ clau ſum:alteꝝ apertũ:quẽ ægyptiũ uocãt: dicũt in ea domos altiores fieri q̃ Romæ:unde parũ abfuit olim quin tota urbs terræmotibus delereſ.In/ fortunata fuit:obſidione ab Alexandro capta.Has tamẽ calamitates om nes euicit:& ſeipſã nauigãdo iſtaurauit.Nã í ea re Phœnices ſemp oĩbus præſtitere. Item purpurarũ piſcatu. Tyria enim purpura optima om/ niũ perhibeſ: ac piſcatio ipſa ꝓxima eſt & cætera omnia quæ ad ifician/ das ueſtes pertinẽt: abũde habet & quãq; maxima huiuſmodi officinarũ multitudo urbẽ reddãt paulo grauioꝛẽ: tamẽ ob hãc uirtutẽ:locupleti/ or efficiſ:& nõ ſolũ ab regibus:ſed ab romãis libertate donati ſũt:& par/ ua impẽſa:í ſua ſentẽtia cõfirmati.Coliſ apud eos hercules miꝝ í modũ. Naualis potẽtiæ & apparatus:ſignũ eſt multitudo & magnitudo coloni arũ:atque ii quidẽ ſunt huiuſmodi.Sidonii multaꝝ atque optimaꝝ arti/ um magiſtri phibenſ:qđ etiam poeta declarat: Ad hæc optimi circa Aſ tronomiã & Arithmeticã philoſophi:qui a computatiõe & nocturna na uigatiõe initium habuere:utrũq; enim mercatoriũ & nauale eſt quemad modũ ægyptioꝝ iuẽtũ geometria ꝓhibeſ:ab agrorum dimẽſiõe:quã fa/ ciũt quũ nilus auctus termios confũdit quæ ratio:ab ægyptiis ad græcos emanaſſe crediſ:a phœnicibus uero Aſtronomia & Arithmetica Nunc quoq; & omnis reliquæ philoſophiæ copia maxima:ab his ciuitatibus ſu mi poteſt Ac(ſi Poſſidonio credẽdũ eſt) ãtiquũ de Atomis dogma Mo/ chi ẽ:hominis Sidonii qui ante troianas res fuit. Sed omiſſis antiquis no ſtro tẽpore ex Sidone philoſophi illuſtres fuere:Bethus:cũ quo nos Ari ſtotelica philoſophati ſumus.Itẽ Diodotus eius frater.Ex Tyro fuit An tipater:& paulo ãte nos Apollonius:q; libroꝝ & philoſophoꝝ a Zenone ꝓfectoꝝ:tabulã ædidit. Diſtat tyrus Sydõe nõ plus quã.cc.ſtadiis.inter eas eſt oppidũ nomine auiũ ciuitas:poſtea apđ tyrũ ãnis elabiſ.Poſt tyꝝ eſt ãtiqua tyrus.xxx.ſtadiis diſtans.Poſtea Prolemais magna ciuitas:quã prius Acã nominabant.Ea ꝑ ſe receptaculo contra ægyptios urebantur. Inter hanc & tyrum eſt littus aggeroſum:quod uitrariam arenã fert:quã

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt hoc in loco nō fundi:quum uero Sidonem delata sit:fusionē reci
pere.Sūt qui dicāt Sidonios uitrariam arenam habere:fusioni aptā: qui
dam autē omnē ubique fundi.Ego a uitrariis Alexandriæ audiui:quādā
terram uitrariam esse:in ægypto sine qua sumptuosa quædā:& multorū
colox opera:pfici nequirent quēadmodū & alia aliis misturis indigent.
Ac romæ multa:& ad colores & ad operū facilitatem iueniri:quēadmo
dum in iis quæ Crystallina uidēt:ubi & æneū Catinum cum operculo
emere ē:tradūt mirū quēdā casum:& ex iis quæ raro contingūt in littore
accidisse:iter tyrum ac ptolemaidē.Nā quo tēpore Ptolemaici prœlium
cū Sarpedone imperatore gerūt:hoc i loco fuga insigni facta:pelagi afflu
xus inūdationi similis fugientes obruit:atq; alios in pelagus rapuit & assū
psit:alios i locis cōcauis mortuos reliquit. Sed quum iterū refluxus suc
cessisset:corpora detexit:atque ostēdit iter pisces mortuos ꝑmiscue iacē
tia. Talia circa Casium apud Aegyptū cōtingūt ubi terra cōtractu quo
dā celeri:atque simplici in alterā ꝑtem trāsfert & decidit:ut pars eius in
sublime eleuata mare impellat:pars deorsum subsidat qua cōuersa rur
sum locus pristinam sedē accipiat:atque nōnūq; ꝑmutatio quædam fiat:
nōnunq; uero minime qui motus quibusdam fortasse circuitibus innexi
continētur:nomini incognitis. Scilicet & hæc de Nili excrescentiis dicun
tur:diuerso modo factis & incertū ordinē habētibus. Post Acā est Stra
tonis turris:quæ stationē habet Inter has ē Carmelus mōs & præter op
pidox nomia nihil aliud:ut Sycaminox ciuitas:& bubulcox & crocode
lox ciuitas:& huiusmodi alia.Postea est īgēs silua: postea Iopæ iuxta quā
ægypti ora mirum i modū flectit ad aquilonē: prius ad orientem extēsa.
Hoc i loco nonnulli Andromedā ceto expositā fabulis tradidere. Nā lo
cus satis æditus est:unde dicūt ab eo hierosolyma cōspici Iudæox metro
polim.Atqui & iudæi portu hoc utunt: usq; ad mare descēdentes. Sed
portus latronū scilicet receptacula sunt:hox fuere:& Silua & Carmelus
Atqui locus hic adeo hominibus abundauit: ut ex Iamnia ꝓximo uico
& circūuicinis habitationibus.xl.hominum millia armarent.Hic i Casi
um qui peluſio ꝓximus est:sunt paulo plura.x. millibus stadiox: & alia
ccc.Pelusium usque.Inter hæc ē gadaris: quam Iudæi sibi uēdicauerūt:
poena Azotus & Ascalon.Iānia Azoto & Ascalone distat.cc.fere stadiis:
Ascalonensium regio præcipue cepas fert oppidum sane non magnum
est.Hinc Antiochus philosophus fuit pauloante nos: Ex gadaribus fuit
Philodemus epicurus & Meleager: & Menippus cognomento Spudo
geloeus:& Theodorus orator:q ætate nostra uiguit. Postea est gazeorū
portus:& paulo ulterius ad septem stadia ciuitas: quæ olim illustris fuit:
ab Alexādro autem euersa nō habitat:ex hoc loco dicit esse mille &.cc.
&.lx.stadiox trāscensus in urbē Ailam sitā in arabici sinus recessu q du
plex est. Alter Arabiam & Gazā uersus:quē elaniticū appellāt:ab urbe
quæ i eo est: Alter ægyptū uersus:ad heroū urbē: i quē breuissimū iter
est:ex Pelusio:interdū etiā iter habēt sup Camelis ꝑ loca deserta:& are
nosa:sed magna ē in eis serpētum multitudo.Post Gazā est Raphia:ubi
Ptolemæus quartus cū Antiocho magno prœlium cōmisit.Postea sunt
Rhinocoluta:ab iis dicta:qui Rhinas habitauere. Nā æthiopū quidam
ægyptū inuadēs:non interitu:sed nasi mutilatione:maleficia coercens:ut
ꝑpter oris deformitatē:peccare deinceps non auderēt In his locis habita
uit.Regio quæ Gazā sequit:sterilis & arenosa. Eiusmodi est:quæ ulteri
us Sirbonidē lacū secus mare succedētē habet & paruum quēdā aditū:
in medio relinquētem: usque ad id quod eruptio appellat eius longitu
do est.cc.fere stadiox:Maxima latitudo.L.Eruptio ipsa obruta ē: postea
est regio eadē:longitudine huic continua i Casium: Atque ide Pelusiū.
Casius est mons quidā accumulatus i ꝓmontorii modū:aquax inops.In
eo magni Pompei corpus iacet & Iouis casii templum:& non ꝓcul inde
magnus iugulatus fuit & ab ægyptiis dolo interēptus:postea ē uia quæ
Pelusium defert:In ea sunt Gerra & id quod Chabriæ uallū appellatur
& uorago pelusio ꝓxima:a nilo facta cū ea loca palustria: & natura cōca
ua sint:ac phœnicia quidē est huiusmodi Artemidorus dicit:ab Ortho
sia pelusium esse stadiox tria millia & sexcenta.l.i sinū se inferēti A Me
lenis ciliciæ ac Syriæ mille & nungenta:hinc in Orontem.l.ac.xx.postea
Orthosiā usq; mille ac.c.xxx.Iudeæ extrema occidētalia Casio ꝓxia:Idu
mæi tenēt & lacus.Idumæi quidē Nabatei sunt qui orta seditione inde
egressi: ac iudæis inhærentes:eisdē legibus communicauerūt. Ad mare
autem Sirbonis & continua regio loca plurima occupant usq; hierosoly
ma quæ sunt mari uicina: dictū est enim ea ab Iopes portu conspici:atq;
hæc quidē septētrionalia sunt omnia magna ex ꝑte:a mistis gentibus ha
bitata ægyptiis: Arabibus:& Phœnicibus.Nā tales sunt qui galileam ha
bēt & hiericuntē & Philadelphiā:& Samariā quā Herodes Sebastā no
minauit.Cumq; misti homines sint fama quæ plurimū obtinet: de rebus
creditis circa hierosolymox tēplū asserit ægyptios fuisse eox ꝓgenitores
qui nūc Iudæi appellant:nā Moses:unus ex ægyptiis sacerdotibus:cum
ꝑtē quādā regionis haberet:ac molestе ferret eox instituta. Hinc eo cōmi
grauit discessere cū eo multi:quibus diuina curæ erant.Docebat enī ille
quomodo ægyptii nō recte sentirent:qui ferax ac pecox imagines deo
tribuerēt:nec græci qui deos hominū figuris insignirent & qđ id solum
deus esset:qđ nos contineret:& terrā ac mare:qđ cælū: & mūdū & rerū
omniū naturā appellāus:cuius ꝓfecto imaginē:nemo sane mētis nostræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſimilē audeat effingere:oportere:itaq; relicta ōni ſimʼacrox effigie & di
gno ei fano:ac tēplo conſtituto;ſine forma colere & uel ꝑ ſe quēq; ídor/
mire:uel alios qui boni íſomniatores eſſent ꝑ aliis: Ac ſemper bonū ali/
quod:& donū & ſignū a deo expectare eos præſertim:q caſte integreq;
& cū iuſtitia uiuerent cæteros uero nequaq̄.Ille hæc dicens homíbus bo
nis nō ſane paucis:id ꝓſuaſit & in eū locū deduxit:ubi nunc condita ſūt
hieroſolyma quē facile obtinuit cū minime eſſet íuidioſus : nec pro quo
quiſq̄ ſtudioſius cōtēderet:eſt.n.petroſus aqs tam̄ abundās circūſtātem
uero regionē ſterilē ac ſiccā habet & intra:lx. ſtadia Petroſam ſimulque
ꝑ armis ſacra & deū proponebat cuius ſedē quærere uellet:& eiuſmodi
cultū:& ſacrificiū ſe traditux pollicebaʒ:quæ nec ípēſa nec afflatu: nec
re ulla abſurda eos pturbaret q̄obrē ille his rebus excellens íperiū haud
exiguum cōſtituit: Nā facile gētes oēs finitimæ:ob ꝑpoſitam ſpē:& hu
iuſmodi cōſuetudinē adhæſerūt. Succeſſores quoq; aliquādiu in iiſdem
íſtitutis pmanſere.Cū reuera & iuſti eſſent & religioſi poſtea cū ſacerdo
tio preeſſent:primū quidē ſupſtitioſi homines:deinde etiā tyrāni:ex ſup
ſtitione íſtituta ē carniū abſtinētia:a q̄bus adhuc abſtinēt: & circūciſiōes
& exciſiōes: & ſiq̄ ſūt huiuſmodi alia.Ex tyrānide aūt latrocinia: nā q de
ficiebāt ſimul & eā regionē:& uicinā uexabant:atq principibus fauebāt:
aliena diripiētes: Syriæ ac Phœniciæ nō pauca ſubegerūt: uex tñ decor
quidā circa arcē ſeruabaʒ.quā nō ut ſedē tyrānox exhorrebāt:ſed uene/
rabaʒ ut tēplū. Sic enim a natura ē hominibus cōpatū:& cōmune hoc
Græcis & Barbaris ē:ut cū ciuiles ſint cōmuni præcepto atque inſtituto
ex lapide ſumptuoſo. Vrbes ſine mœnibus: nam in pace degunt:regio omnium ferax:præter oleum:utuntur oleo Seſamino oues ſunt albæ boues magni equos non habent:ſed cameli implent eorum officium. Tunicæ i ſubligaculis & ſandaliis reges purpurati icedũt:quædã iportãtur: quædã minimæ:quædã idigena ſunt:ut aurũ argẽtũ & pluria ex aromatibus,æs & ferrum& ueſtis purpurea & Storax & Crocus & Coſtus & Toreumata:& ſigna & tabulæ. nõ ſũt indigena.Mortua corpora æquæ atque ſtercus(ut heraclitus inquit)cadauera ſtercore abiectiora quapropter reges etiam in ſterquiliniis defodiuntur. Solem colunt Arulam ſuper aram conſtituentes & quottidie in ea immolant:& thus adolent.Sed quum poeta dicat:ueni ad æthiopas Sidonios & Erembos dubitant:qui nam ii dicendi ſint ac de Sidoniis quidem in Perſico ſinu habitantibus: quorum coloni ſunt Sidõii noſtri quemadmodum & Tyrios quoſdam ibi inſulares tradunt : & aradios quorum colonos Aradios noſtros dicunt ita & Sidonios ipſos:ſed tota quæſtio de Erembis eſt:non Troglodytæ itelligi debeãt quaſi ab etymologia cogantur ab eo quod in terrã erãt: an arabes: ac noſter zeno ſic ſcripturam mutat:Sidonios Arabaſq;. Sed ueriſimilius ſcribit Poſſidonius paululum immutans:Sidonios atque Erembos:quod poeta ſic nũc arabes uocauerit: quemadmodum ab aliis ſuo tempore uocabantur . Dicit etiam has tres nationes continentur inter ſe poſitas: quandam inuicem cognationem oſtendere ex eo q; proximis nominibus appellentur harmenios ſcilicet Arabes: & erembos:& quemadmodum exiſtimandum eſt unam gentem in tres eſſe diuiſam:pro climatum diuerſitatibus:quæ ſemper magis magiſq; immutantur:ſic & nominibus plurib uti pro uno:nec ſunt audiendi:qui erẽ nos ſcribunt.Id enim maxime æthiopibus conuenit.Poeta etiam eos Arimos uocat quos poſſidonius dicit eſſe accipiendos: non i loco ullo Syriæ:uel ciliciæ:uel alius terræ:ſed ſyriam ipſam Nam arimei ſunt:qui in ea habitant & fortaſſe græci eos arimeos:uel arimos uocabant. Nominũ enim mutatiões permultæ ſunt:præſertim barbarorum: quemadmodũ Dariacem Darium.Pharzirim uero ipſam paroeſatim: Atargatam Athara:quam cteſias derceto uocauit. Arabum opulentiæ teſtis eſt Alexãder: qui eam(ut fama eſt)regiam efficere cõſtituerat:poſtq; ex india rediiſſet: ſed omia eius cõſilia morte ſunt euerſa Atque unum ex iis:quæ ille mo hebatur:erat ſi ſponte fuiſſet receptus:ſi minus:bellum expectarent.Nã cum eos uideret nec prius:nec poſterius legatos miſiſſe:ut in ſuperioribus dictum eſt:ſe ad bellum comparabat.

Ecimuſſeptimus totam ægyptum atq; libycum continet.

Voniam in Arabia Peragrãda ſinus eos cõplexi ſumus: qui eam ſtringũt:ac peninſulã faciũt: perſicũ ſcilicet atq; Arabicũ:Cum hoc etiam ægypti pars quædã luſtrata eſt: & æthiopiæ troglodytica ſcilicet & ſequentia uſq; ad extrema terræ:quæ cinnamomũ fert:nũc reliqua iis gẽtibus cõtinua: explicãda ſunt: quæ circa nilũ iacẽt.Poſt hæc libyam:quæ totius geographiæ reliqua eſt percurremus. ſed prius Eratoſthenis ſentẽtiæ exponẽdæ ſunt.Is enim dicit:nilũ ab Arabico ſinu occidẽtẽ uerſus diſtare,viiii.millibus ſtadioꝝ eũq; circa hoſtia ſimilẽ eſſe.nã littere reſupinæ iacẽti: fluẽs enim ut ille inquit a meroe:ad ſeptẽtrionem: p duo millia fere & ſeptingenta ſtadia: rurſum conuertit ad meridiẽ & hyemalem occaſum:p tria millia fere & ſeptingenta ſtadia & quaſi cõtra meroem aſſurgẽs & multus i libyã egreſſus:& flexum alium ad ſeptẽtrionem efficiẽs:p quĩque millia &.ccc.ſtadia defertur i magnum cataractẽ:paululũ ad aurorã conuerſus:per mille uero &.cc.in minorẽ cataractẽ:qui eſt Syenæ proximus per.v.millia &.ccc.i mare.Influunt i eũ duo flumina e lacubus quibuſdam ab oriẽte delata:& ingẽtem inſulã cõplectunt: quoꝝ alter dicit Aſtaboras:ad orientale latus fluens. Alterꝝ Aſtapus quod nonnulli aſtoſabã uocãt. Aſtapum uero eſſe aliũ dicũt:qui e lacubus quibuſdã a meridie fluat:atq; hunc fere rectũ nili corpus efficere:ſed ab æſtiuis hymbribus augeri. Supra Aſtabore & nili concurſum ſtadiis ſeptingentis Meroẽ urbe eſſe:eodẽ nomine quo inſulã ltẽ ſupra meroẽ aliã iſulam quã ægyptioꝝ exules habẽt: qui a Pſammiticho deſciuerũt:ii febritæ id eſt aduenæ nominant & reginã habẽt:quæ regi meroes paret.Quæ uero infra meroẽ ſunt:ſecus nilũ ex utraque eius parte rubrũ uerſus.Megabari & Blẽmies habitãt ægyptiis finitimi:& æthiopibus parẽtes:ſecus mare autẽ Troglodytæ: quoꝝ qui meroe ꝓximi ſunt.x.xi.ue dieꝝ itinere a nilo diſtãt A ſiniſtra uero curſus Nili habitãt Nubæ magna libyæ gẽs:a meroe incipientes uſq; ad nili flexus nequaq; æthiopibus parẽtes:ſed per ſeſe in multa regna diſpertiti:ægypti pars:quæ ſecus mare ẽ ab ore peluſiaco ad Canopicũ eſt ſtadia tria millia &.ccc.atq; hæc ſunt quæ ab Eratoſthene dicunt. Sed ulterius dicendũ eſt: & primo quæ ad ægyptũ pertinent: ut a notioribus ad ſequẽtia ꝓcedamus.Nilus enim quædã huic regioni & ſequẽti: & æthiopiæ quæ ſupra eſt:cõmunia effecit eas irrigãs du creſcit: & ſolũ partem hanc habitabilẽ relinquẽs:quæ ab inundationibus tegit. Accliuẽ autem & aqua ſublimiorẽ totã undiq; ihabitabilẽ:& ꝓpter eandẽ ſiccitatem deſertã præterit. Sed nec omnẽ æthiopiã nilus ꝓmeat:nec i rectũ nec ſolus nec bene habitatã. Aegyptũ uero & ſolus & totum & i rectum a mirore

Universidad de Deusto
Biblioteca

cataracte ſupra Syenē & Elephantinam īcipiēs: qui ſūt & ægypti & æthi opiæ fines uſque ad nili hoſtia ī mare emittētia. Enimuero æthiopes ma/ gna ex parte paſtoralē ac inopē uitā degūt: tū ꝓpter ſoli tenuitatē & aeris intēperiē: tū propterea quod longe a nobis ſepoſiti ſunt: ecōtra ægyptii: nā & ciuilē & mitē uitā degentes ī locis notis habitāt. unde & ordo eoꝝ memoraſ & laudaſ: uidenſ enim recte uti regionis ubertate: & bene cul tā & bene diuiſam habere. Nā rege conſtituto multitudinē trifariā diui ſerūt & alios quidē milites: alios agricolas: alios ſacerdotes uocauerūt: & alios ſacroꝝ curatores alios eoꝝ: quæ ad hominē pertinēt Alios quæ ad bellum, alios quæ ad pacē: & terrā & artes ſpectāt: ex quibus regi prouē/ tus afferebanſ ſacerdotes philoſophiā & aſtronomiā exercebāt: & cū re/ gibus diuerſabāſ. Regio prius ī præfecturas diuiſa fuit: quas nomos uo/ cāt. Thebaica quidē in decē: quæ uero īdeleta eſt ī totidē. Intermedia au tē ī .xvi. & (ut quidā uolunt) tot erāt huiuſmodi præfecturæ: quot aulas labyrinthus habebat: quæ circiter. xxx. erant. rurſum hæ præfecturæ di/ uiſiōes alias habuere. Nā pars eoꝝ maxima ī Toparchias diuiſæ fuerūt. Toparchiæ rurſum in diuiſiones alias minīe portiones arua erāt. Opus enim fuit tā diligēti ac ſubtili locoꝝ diuiſione propter continuas finium cōfuſiones: quas nilus auctus efficiebat: nūc addēdo nunc adimēdo nūc immutādo figuras: & ſigna quædā reuelando: quibus ꝓprium diſcerni/ tur ab alieno. Vnde iterū atq; iteꝝ mēſurari oportebat: unde ab iis geo/ metriā ortū credūt habuiſſe: quēadmodū cōputādi ſciētiam & arithme/ ticā a phœnicibus propter mercaturas & quēadmodū uniuerſa regio in tris æquas partes diuiſa eſt: ita & multitudo quæ in quaq; præfectura ēt tanta eſt circa flumē ſolicitudo: ut naturā diligētia exuperet. Nā cū regio natura multū fructū afferat: irrigata plurimū affert. Natura enim & ma ius nili īcremētum plus terræ irrigat: ſed ſæpe diligentia naturā ſupplet deficiētem: ut tantū terræ in minoribus nili excreſcētiis irrigeſ quātum ī maioribus per foſſas & aggeres: quare ante petronii templa tūc maxīa ubertas erat: quū nilus ad quartū ac decimū cubitū excreſcebat: quū ue/ ro ad octauum creſceret fames & penuria eueniebat: quū uero ille regio ni īperaret & duodecimum cubitū tantū nilus impleſſet: maxima fames fuit & cū octauū ſolum aliquādo impleſſet: famē nemo ſenſit atq; ordo quidē talis eſt. Sequentia uero iam dicemus nilus ab ultimis æthiopiæ fi nibus recta fluit ad ſeptētrionē uſq; ad eū locum: qui Delta appellatur: ubi tanq̄ a uertice quodam ſciſſus (ut Plato inquit) hūc locum effecit: tri anguli uerticem: latera uero triāguli fluenta quæ ex utraq; parte & uſq; ad mare deſcendunt. Alterum ad dextram Peluſium uerſus. Alterum ad ſiniſtram in canopicum mare & proximum heraclium. Baſim autem maritimā orā: quæ īter peluſiū eſt atq; heraclium: quare īſula a mari: du obuſq; nili fluentis facta eſt: & delta nominaſ: ꝓpter figuræ ſimilitudi/ nē: locus qui ad uerticē eſt eodē nomīe uocaſ: ꝓpterea quod dictæ figu ræ initium eſt. Vicus quoq; q̄ ibi eſt Delta nominaſ Duo itaq; ſunt nili hoſtia. Alteꝝ peluſiacū: alteꝝ canopicū & heracleoticū. Inter quæ alia. v. hoſtia ſūt mētione digna: alia uero tenuiora ꝓmulta. A primis enim par tes quædā obruptæ: & in totā inſulā diſpertitæ: mīltos riuuolos inſulaſq; fecerunt: ut tota ſit nauigabilis foſſis in foſſas alias diuiſis: quæ tanta faci/ litate nauigaſ: ut nonnullæ teſtaceas ſcaphas habeant. Inſula triū milliū fere ſtadioꝝ ambitū comprehendit. Habitant eā quoq; totā interius: & ī/ feriora loca cū fluuialibus quoq; regionibus: quæ ex aduerſo ipſi Delta poſitæ ſunt. In nili īcrementis tota undis obruiſ: præter habitationes: hæ nāq; in naturalibus quibuſdā cumulis: uel aggeribus ſitæ ſunt: tā urbes maximæ: q̄ uici quæ a longe inſulaꝝ ſpeciē præbēt. Aqua ī æſtate ultra quadrigeſimū diē permanet: poſtea paulatim decreſcit quēadmodū cre uit. In diebus. lx. omnino campus denudaſ atq; exiccaſ & quo citius ex/ iccaſ: eo citius & araſ: & ſeriſ & celerius apud eos: qui maiores æſtus ha/ bēt eodē modo regio ſupra Delta irrigaſ niſi quod nilus quattuor milli bus ſtadioꝝ: ꝑ unū alueū recta delabiſ: ſicubi inſula non occurrat e qui/ bus ea præcipua eſt: quæ heracleoticā præfecturā comprehendit uel ſicu bi diuertigiū aliquod fiat: ꝑ cānalē frequentius: ī magnū aliquē lacū: uel regionē: quā irrigare poſſit quēadmodū is: qui arſionīticā præfecturā fa/ cit & moeridis lacū & qui in mareotim refundūſ & (ut breui colligā) ſo/ lum ultima fluuialis regio ex utraq; nili parte ægyptus ē: quæ raro uſq̄ ccc. ſtadioꝝ cōtinuā latitudinē obtīet: quæ quidē habiteſ. Ab æthiopiæ mōtibus incipiēs uſq; ad ipſius Delta uerticē: quare manu cuidā expā/ ſæ perſimilis eſt. Diuertigiis magna ex parte in longū exeuntibus. Fi/ gurā uero fluuialis regionis & terræ: quā dico mōtes efficiunt: a locis Sy enæ proximis deducti: ex utraq; parte uſq; ad ægyptiū pelagus. nā quan tū extēduntur ii & interſe diſtant: tantū flumē diffundiſ: & contrahitur: & regionē habitabilem diuerſo modo figurat. Regio uero ſupra mōtes magna ex parte īhabitata: quare antiqui coniectura poſteri etiā uiſu ipſo cognouerūt: Nilum ab æſtiuis hymbribus augeri: cū ſuperior æthiopia ī ultimis montibus diluereſ. Hymbribus autem ceſſantibus: paulatim īundationē ceſſare: quæ res iis maxime liquuit: qui in Arabicū ſinū naui garūt: uſq; ī cinnamomī regionē: & iis q̄ ad elephātū uenationē miſſi fue rūt: & ſiquæ aliæ neceſſitates ptolemæus ægypti reges īpulerūt: ut homi nes aliquos eo mitterēt: ii. n. talia curabāt. Is præcipue cui cognomēto fit Philadelphus cognoſcēdaꝝ reꝝ ſtudioſus: q̄ ꝓpter corporis ībecillitatē

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſemp noui aliqd ꝓquirebat: ī quo ſeſe traduceret atq; oblectaret. Antiq autē reges nō multū hæc curauerūt: quāq; tū ipſi ſapientiæ dediti eſſent: tū ſacerdotes cū qbus plurimū uiuebāt: ut ꝓpter hoc magnopere ſit ad mirādū & propterea quod Seſoſtris totā æthiopiā ꝓmeauit: uſq; ad cīna momi regionē & adhuc quædā eius monumenta extāt: & colūnæ & epigrammata. Cambyſes quoq; ægypto occupata: cū ægyptiis uſq; in meroē ꝓgreſſus eſt: & nomē urbi & inſulæ ab illo impoſitū ferunt: meroe ſorore ibi mortua: alii eā uxorē fuiſſe tradūt. Nomē itaque ob honorem mulieris loco dedit. Et mirādū profecto eſt: ex his cauſis cur nō omnīo euidēs erat hymbrium hiſtoria iis qui erant: præſertim cū ſacerdotes ea diligentius in ſacras litteras referrent: & ſūmo ſtudio reconderēt quæcūque maximā aliquam diſciplinam præ ſe ferūt. Nā ſi hoc quærendū fuit: quod adhuc quæriť: quare æſtate & non hyeme in partibus auſtraliſimis hymbres cadunt. In Thebaide uero & circa Syenē minime: quare & non illud quomodo ex hymbribus nilus augeať: ne talibus teſtibus īdigerent: quales attulit Poſſidonius. Tradūt enim Eratoſthenem dicere æſtiuos hymbres cauſam eſſe: idque ab Ariſtotele ſumpſiſſe. Ariſtotelē uero a Traſyalco thaſio: qui unus fuit ex ātiquis phyſicis. Traſyalcum autem ab alio atq; illum ab Homero: qui nilum cæleſtem dixit.

Rurſus ad ægypti cæleſtem nauigat amnem.

Sed omittāus hæc cū a mltis ſint ꝓtractata: e quibus ſatis ſit duos afferre: qui ætate noſtra librū de nilo cōpoſuerūt: eudorū & Ariſtonē ꝓipateticū. Nā excepto dūtaxat ordine: cætera omīa & ſtilo & tractatu eadem fere ab utriſq; poſita ſunt. Vnde quū libros cōferre uelleus: & exēplaria nō haberemus: alterū cum altero cōtulimus. Vter autē ab utro ſurripe/rit apud Ammonē īueniri poſſet. Eudorus Ariſtonē culpa eſſe dicebat: & ꝓfecto ipſum dicēdi genus potius erat Ariſtōis. Antiqui itaq; id ſolū ægyptū uocauere: qđ habitať: & a Nilo irrigať: a locis Syenæ ꝓximis īcipientes uſq; ad mare: poſteriores uero ad hoc uſq; tēpus oēs fere orientales partes aſſumpſerūt: quæ inter Arabicū ſinū ſunt atq; nilū. Ab occidente uero loca uſq; ad Abaſes. In ora maritima ab hoſtio canopico: uſque ad eū locū qui Catabathmus diciť: & ea quæ Cyrenei tenent. Nam Ptolemaici reges: q Cyrenaicā tenuere: adeo quondā polluerūt: ut eā ab ægypto cyproq; ſeparārent. Romani q poſtea ſucceſſerūt: illoꝝ ꝓuintiā ægyptū iudicātes ī iiſdē finibus ſeruauere. Aegyptii Abaſes regiōes uocāt habitatas: & maximis deſertis circūdatas: quaſi quaſdā pelagi īſulas: qđ frequēs ē ī libya. Haꝝ tres ſunt ægypto finitimæ: & ei ſubditæ. Atq; hæc & eius uirtutes mox ꝓſequemur. Et qm̄ maxīa huius opis ps ac prīcipaliſſima ē Alexādria: & quæ ad eā ꝑtinēt hic īcipiēdū ē. Maritīa itaq; ora a Peluſio uſq; ad canopicū os: ad occidētem nauiganti ē mille fere & ccc. ſtadioꝝ: qđ & baſim ipſius Delta dixius. Hīc ī phaꝝ īſulā. c. & .l. Pharus inſula quædā eſt oblonga: quæ cōtinēti adiacet: Bicipitē ad eā portū faciens. Nā quū littorea regio ſit ſinuoſa: duo ꝓmontoria ī mare emittit: Inter quæ īſula iacet quæ portū claudit. Ei nāq; ꝓlongū obiiciť. Ex phari ꝓmōtoriis oriētale magis cōtinētē & oppoſitū ſibi ꝓmōtoriū attingit: & Acrolochias uocať: qđ portū efficit ere optimo. Accedit quod ī interme dio freto petræ ſūt: ꝑtim aquis opertæ: ꝑtim eminētes: contīue occurrentem ex pelago fluctū exaſpantes. Ipſumq; īſulæ ꝓmontoriū ē petra quædā mari circūluta: quæ turrim habet mltis tabulatis excelſam: & albo lapide mirifice ſtructā eodē noīe quo īſula. Eā Soſtratus Gnidius regum amicus poſuit ob nauigātiū ſalutē: ut epigramma declarat: ut Soſtratus gnidius Dexiphanis filius: diis ſeruatoribus ꝓ nauigantibus. Nā quum ora ex utraq; ꝑte īportuoſa: & humilis eſſet & cautes & breuia haberet: ſignū aliquod neceſſariū fuit: altū & claꝝ: quo nauigantes ad portus īgreſſum dirigerent. Occidētale etiā hoſtiū quāq; nō tutum īgreſſum habet: nō tamē tanta īdiget ꝓuidētia: ſed hoc aliū portū efficit: qui Eunoſti dicitur: atq; hic ante foſſum & clauſum portū iacet. Nā qui ex dicta turri ingreſſum habet: is maximus portus eſt. Hi uero continui ī receſſu illo qui vii. ſtadiū appellať aggere ab eo dirempti adiacēt. Agger autē ē pons qdā a continēti in īſulā. Ad occidētalē eius ꝑtē porrectus duos tantū aditus relinquēs ī eunoſti portum: atq; ipſos ſponte iunctos: quod opus nō modo pōs erat in īſulā: ſed etiā aquæductus quū habitaret. Nunc diuus Cæſar eā ī Alexandrino bello: nā cū regibus erat: deſertā reddidit: pauci tamē nautæ iuxta turrim habitant. Ac maximus qdē portus ad id: quod & natura & aggere bene claudiť: ꝓfundus eſt adeo ut maxima nauis ſarmēto teneať. Atq; ī portus cōplures ſcindiť: primi quidem ægyptioꝝ reges iis contēti quæ habebāt: nec ualde accerſitis aliunde rebus indigētes ab omnibus nauigātibus accuſabanť præſertim a græcis. Depopulatores enim erāt: & alieni appetētes: ꝓpter ſoli tenuitatē huic loco cuſtodiā impoſuerūt: iubētes ut quoſq; arcerēt: atq; is habitandā dederūt eā quæ rhacotis appellabať. Ea nūc Alexādriæ ps eſt: naualibus imminēs: tūc uicus erat: quæ uero uico ꝓxima erāt: bubulcis tradidere: qui etiā externos arcerēt: quum Alexander eo ueniſſet: loci opportunitate ſpecta ſtatuit urbē ad portā collocare. Opulētiæ quæ poſtmodū urbi ſecuta eſt: ſignū referunt: quod ī fabricæ deſignatione contigit. Nā quū Architecti ambitus lineā gypſo deſignarent: & aduentante rege terræ defeciſſet: qui farinam opariis diſpēſabāt: ꝑtē illis præbuere: qua uias in plures diuiſerunt: atq; id (ut mihi uideť) in bonū omne acceptū eſt. opportunitas quidem

multiplex est:nã duo maria locum undiq; alluũt. Alterũ a septentrione: quod ægyptium dicit:Alterũ a meridie quod mariæ lacus: mareotis appellat.Hunc nilus multis fossis tũ e supioribus ptibus:tũ e lateribus auget:p quæ multo plura importãt:quam e mari quare portus qui in lacu est:ditior est maritimo:quæ hac exportant ex Alexãdria plura sunt:q̃ quæ important:quod qui Alexandriæ fuit:& Dicearchiã exercuit ꝑbe tenet cũ onerarias naues uiderit:& uenientes & recedentes:quãto grauiores ac leuiores ultro citroq; nauigẽt:ac diuitias:quæ ex utraq; pte & ĩ maris: & ĩ lacus portũ aduehunt:aeris tẽpies accedit:quæ idcirco contingit qđ ea utrinq; alluit:& nilus ĩcrementa cõmode facit.Nã cæteræ urbes quæ ad lacus sitæ sũt:grauẽ & æstuosum aerẽ ĩ æstiuis ardoribus sentiũt. Nã ꝑpter euaporationes a sole factas:cenũ ĩ lacuũ labris concreat unde luto so humore exhalato:aer morbidus attrahit; quod ẽ pestis initiũ. Alexãdriæ uero incipiẽte æstate nilus auctus auget etiã lacũ & nullũ cenũ relinquit:a quo nullus malignus uapor consurgat. Tũc etiã etesiæ a borealibus ptibus:& pelago flãt:quare Alexãdrini optime æstatẽ agũt. Vrbis situs chlamydis figurã habet: cuius latera quæ ĩ longũ tẽdũt circũalluũt xxx.fere stadiorũ diametro:latera uero quæ ĩ latũ sunt:isthmi obtinent:p vii.viii.ue stadia:quorũ uterq; hĩc mari:illinc lacu distinguũt. Ac tota q̃dẽ urbs uiis distincta est:quibus & eq & currus agi possint; sed duabus latissimis quæ plus iugero expãdunt:& sese mediãs ad rectos angulos secant:ciuitas publica:fana pulcherria habet:& regias:quæ quartã tertiãue totius ãbitus ptẽ occupãt.Nã regũ quisq;:quẽadmodũ publica deorũ dona aliquo ornamẽto decorabãt:sic & ad eas quæ factæ erãt regiã aliquã ædificabãt:ut nũc poetæ illud uere dici possit.Sũt alia ex aliis:atq; oĩa inter se iuncta sũt & portui cõtigua:etiã quæ extra eũ sũt ps etiã regiarũ ẽ museũ:qđ ãbulacrũ habet:& exedrã & maximã domũ:ĩ qua coenaculũ est eorũ:q̃ museo ꝑticipãt:hominũ circa disciplinas uersantiũ Hic cõuentus cõmunes pecunias habet & Sacerdotẽ:qui museo preest olim a regibus:nũc a cæsare constitutũ regiarũ ps & illud est:qđ corpus appellat.Id circuitus quidã est:ĩ quo regũ sepulturæ:& Alexãdri erat. Nã Ptolemæus lagi filius:Alexãdri corpus ꝑdicæ abstulit:cũ id ex babylõe deferret: Atq; huc diuerteret auaritia tractus:ut ægyptũ sibi uendicaret ꝑiit ille a militibus interẽptus.Nã quũ Ptolemæus aduẽtasset eũ ĩ ĩsula deserta ĩclusit.Vnde irruẽtibus ĩ eũ militibus Sarissis cõfossus ẽ.Cum eo reges Aridei:& Alexãdri filii:& Rhoxana uxor:ĩ macedoniã discesserũt.Alexãdri corpus Ptolemæus Alexandriam :detulit eiq; parẽtauit qđ & adhuc ibi iacet:sed nequaq̃ ĩ eodẽ alueolo.Nã q nũc uitreus ẽ prius aureus erat.Coccas enim cui cognomẽto fuit ptolemæus accersitus illũ rapuit

ex Syria ꝑfectus:q̃ cito excidit:quapropter paꝛ ei spolia ꝑfuere In magno portu iuxta ĩgressum ad dextrã est insula:& turris pharus: Ad leuã sunt cautes:& lochias ꝑmontoriũ:ĩ quo regio est.Ingredienti ad sinistrã sunt interiores regiæ:continue iis quæ sunt ĩ lochiade: quæ multas ac uarias mansiones & lucos habẽt.His occultus & clausus portus subiacet q̃ ꝑprius ẽ regũ.Itẽ Antirrodus ĩsula: quæ ãte effossũ portũ iacet & regiã habet & paruũ portũ:ea sic uocata ẽ:quod quasi cũ rhodo cõtẽderet.Supra hãc theatrũ est:postea posidiũ flexus qdẽ ab eo ꝑminẽs:qđ emporiũ uocat & neptũni tẽplũ habet.Id Antonius addito aggere fecit:ut magis ĩ mediũ portũ emineret.In extremo regiã domũ construxit:quã Timoniũ appellauit:Idq; in extremo fecit quum ab amicis derelictus:Post actiacã calamitatẽ:Alexandriã discessisset statuẽs sibi solitudinẽ quãdã: reliquã uitã:quã uicturus erat:a tot amicis destitutus:postea ẽ Cæsariũ: & Emporium & seceſſus qdã:postea naualia:usq; ad.vii.stadiũ atq; hæc circa magnũ portũ sunt:deiceps post septẽ stadiũ est Eunosti portus & supra hũc est defossus portus:nomie Cibotus:qui & ipse naualia habet. Interius fossa est nauigabilis:usq; ad Mareotidem lacũ extensa: extra fossam itaq; restat urbis paululũ.Postea est Necropolis:& suburbanũ ĩ quo horti plurimi sunt & sepulturæ:mansiones condiendis mortuis idoneæ. Intra fossam sunt Sarapiũ & alia quædã ãtiqua fana derelicta quodãmodo: ꝑpter tẽplorũ fabricã:quæ Nicopoli sit nã & anphitheatrum: & stadium:& quinquẽnalia certamia:ibi celebrant Antiqua uero derelicta sũt: &(ut breui colligamus)urbs & Donariis & Sacris plena ẽ. Sed pulchetrimum ẽ gymnasium:quod porticus habet stadio maiores: & forꝛ iudiciale:& lucos.Est etiã paniũ altitudo quædã manufacta:turbinea: petrosæ ripæ persimilis in quã p chocliũ ascendit. Ab eius uertice tota urbs subiecta undiq; cerni potest. Anecropoli uero:platea quæ ĩ longũ est:secus gymnasium:ꝓtendit usq; ad canopicam portam: postea est id quod hippodromus appellat:& aliæ adiacentes usque ad canopicam fossam. exeunti p hippodromum est nicopolis quæ habitatiõem ad mare habet: urbe non minorem.distat ab Alexandria stadiis.xxx.Hic locus summe a Cæsare Augusto cultus est:ꝑterea q̃ hic prœlio eos supauit: q̃ cum Antonio cõtra se exierãt:& ĩpetu facto urbẽ cœpit.Antoniũ uero coegit ut ipse sibi manũ afferret Cleopatrã ut uiua ĩ potestatẽ suã ueniret: quæ paulo post & ipsa se ĩ uiclis clã admoto aspidis morsu uel ueneno delibutorio cõfecit.nã utroq; modo dicit:q̃re lagidarũ impiũ euersum est:quũ multos annos permansisset. Nam ptolemæus lagi filius Alexandro successit.Ptolemæo autẽ Philadelphus. Philadelpho euergetes postea Philopator Agathocliæ: postea Epiphanes: postea Philomator filio a patre

impium accipiẽte. Hinc uero frater ſucceſſit: ſecũdus euergetes nomina
tus: hũc phyſconẽ dicũt: cui ptolemæus cognomẽto lathurus: ſucceſſit la
thuro autẽ ætate noſtra Auletes Cleopatræ pater. Sed oẽs poſt tertium
Ptolemæũ male uixerũt delitiis corrupti: ónũ uero peſſime: quartus &
ſeptimus & ultimus. Auletes: qui præter alia flagitia: etiã choraulã exer/
cuit: & adeo in ea gloriabat: ut nó cõtaret certamina ĩ regia celebrare ad
quæ & ipſe cũ aliis cõcertaturus ꝓdibat. Atq; hic ẽ quẽ Alexãdrini exe/
gerũt & cum ei tres filii eſſent: unã natu grandiorẽ: quæ legitia erat regi
nã fecerũt: & duo eius filiæ ĩfantes adhuc atq; ĩutiles: a regno exciderunt
Reginæ uiri ex Syria accerſiti præſertim Cybioſactes qdã: q ſe ex Syri/
acoꝝ regũ ſtirpe ſimulabat. Hũc diebus paucis regina eiecit: quum eius
ignobilitatẽ: illiberalitatẽq; pati non poſſet. ꝓ illo alius uenit: q & ipſe ſe
Archelaũ mithridatis filiũ ſimulabat: q Archelai qdẽ filius erat eius: qui
contra Syllã bellũ geſſit & poſtea a Romanis ĩ honore maximo habitus
eſt: & auus eius fuit: q tẽpore noſtro poſtremus ĩ Cappadocia regnauit.
Comanoꝝ ſacerdos: quæ ĩ ponto ſunt: & cũ Gabinio tunc diuerſatus eſt:
tãq; cũ eo cõtra ꝑthos militaturus. Hoc itaq; neſciẽte ille ꝑ amicos quoſ/
dã ad reginã: deductus rex declarat. Interea Auletã Romã ꝓfectũ: põpe
ius ſuſcipit: & ſenatui cõmẽdat. Ac de reductione eius agit: & de nece le/
gatoꝝ q ſupra. c. cõtra regẽ uenerãt: e quibus fuit Dion Academicus prĩ
ceps legationis. Ptolemæus itaq; a Gabinio reductus: Archelaũ ac filiã in
teremit: ſed non multo poſt morbo aſſumptus ẽ: relictis duobus filiis: &
totidẽ filiabus: quaꝝ grãdior erat cleopatra. Alexãdrini & pueꝝ natu grã
diorẽ: & Cleopatrã regno præfecerũt. Sed pueri familiares mota ſeditio
ne cleopatrã eiecerũt quæ poſtea cũ ſorore ĩ Syriam ſeceſſit. Interea ma
gnus ex phalepharſolo fugiẽs ĩ Caſiũ mõtẽ ac Peluſium uenit: ibiq; a re
gis familiaribus dolo obtrũcatus ẽ. Cæſar quũ aduẽtaſſet adoleſcentulũ
iteremit. & Cleopatrã ab exilio reuocatã ægypti reginã cõſtituit: atq; ei ĩ
regni ptẽ reliquũ fratrẽ addidit admodũ iuuenẽ. Poſt Cæſaris mortẽ: &
res ĩ philippis geſtas. Antonius ĩ Aſiã ꝓfectus Cleopatrã ſũmis honori/
bus cõplexus ẽ: ut etiã accipet ĩ uxorẽ: & filios ex ea ſuſcipet. Ambo ĩ A/
ctiaco bello fuerũt: ãbo fugerũt: ãbo poſtea a Cæſare Auguſto ſũt euerſi.
q furẽtẽ ægyptũ cõpoſuit: & nũc ꝓuitia ẽ: & tributa maxia pẽdit ab ho/
mĩbus cõtinẽtibus adminiſtrata: q ĩ eã mittunt: qđ mittit regis ordinẽ
gerit: ſub eo ẽ iuſtitiæ adminiſtrator: q maximã ĩ iudiciis poteſtatẽ hẽt.
Itẽ alius qdã q ꝓpriaꝝ rationũ aſſertor appellat. Is ea ꝑſcrutat quæ cõ
carẽt: & ad Cæſarẽ recidunt. Hos ſequũt Cæſaris liberti: & adminiſtra/
tores: quibus maiora & minora negotia committuntur. Sunt etiam tres
militũ legiões: quaꝝ una circa urbem ſedet. Alia ĩ reliqua ſunt regiõe:
præter has. viiii. cohortes Romanorum. Tres ĩ Vrbe. Tres ĩ finibus:
æthiopiæ præſidio circa Syenẽ collocatæ. & reliquæ tres ĩ cætera regiõe:
Sũt etiã tres eqtũ turmæ ꝑ loca opportuna eodẽ modo diſpoſitæ ex idi/
genis magiſtratibus in urbe eſt ſacroꝝ ĩterpres: q purpurã ĩduit: & patri
os honores habet & ea curat: quæ urbi ſunt neceſſaria. Itẽ cõmentariorũ
ſcriba: & q iudicibus preeſt. Quartus eſt prætor nocturnus. Hi magiſtra
tus etiã tẽpore regũ erãt: ſed cũ reges male uiuerẽt & ipſi mĩus ualebãt:
& urbis opportunitas ꝓpter iniqtatem obſcurabat. Vnde polybius q ĩ
ea urbe fuit: eũ ſtatũ: q tunc erat uidet faſtidire dicẽs: tria hominũ gene/
ra urbẽ habitare: ægyptũ & ĩdigenã nationẽ acrẽ: atq; ciuilẽ & ſtipatores
mercede cõductos multos ſane ac diſſolutos. Ex ãtiqua enim cõſuetudi/
ne ꝑgrios milites alebãt: & ꝓpter regũ ignauiã potius ĩperare: q̃ ſeruire
edocti erãt. Tertiũ genus erat Alexandrinoꝝ: nec id ualde ciuile: ꝓpter
eaſdẽ cauſas melius tamẽ q̃ illi Nã q̃q̃ pmiſti homĩes eſſent: ab antiquo
tamẽ græci erãt & cõmunis græcoꝝ cõſuetudinis haud ĩmemores. Sed
hæc multitudo etiã ab euergeta phyſcone deleta eſt: quo regnãte Polybi
us Alexandriã ꝓfectus eſt. Nã phyſco ꝑſæpe mota ſeditione multitudi/
nem militibus obiecit atque conſumpſit. Cum itaq; talia eſſent ĩ ea urbe
ait: re uera reliquum eſſe: quod a poeta dicitur.

Durum iter ac longum ægypti ꝓducit ad oras.

Talis etiã erat ſi nõ peior: poſterioꝝ regũ ſtatus. At Romani multa ꝓ ui
ribus emendarunt urbe (ut dictũ eſt) cõpoſita: & qbuſdã ꝓ ĩperatoribus
& nomarchis & ethnarchis: ꝑ regionẽ cõſtitutis qbus tamẽ haud magna
negotia ꝓmittebant. Vrbis opportunitas ꝓxima eſt. Nã hic ſolus locus
ex tota ægypto ad utraque idoneus eſt: & ad res maritimas: ꝓpter portus
cõmoditatem: & ad terræſtres qa omnia faciliter ĩ hunc locum flumine
deferunt: ubi maximum totius orbis emporium eſt: Atq; urbis quidem
uirtutes hæ ſunt: ægypti ꝓuẽtum Cicero ĩ quodam loco explicat dicẽs:
Auletæ patri Cleopatræ quotannis duodenum millium & quingenum
talẽtoꝝ tributum afferri ſolitum: quare cum is: q peſſime ac ſegniſſime
regnum adminiſtrabat: tantos redditus haberet: qualia putãda ſunt præ
ſentia: quæ cum tanta diligentia a Romanis adminiſtrant. Indicis Tro/
glodyticiſque emporiis adeo adauctis. Nam ſuperiore qdem tempore:
ne. xx. qdẽ nauigia ĩ Arabicũ ſinũ tranſire audebãt: ut extra anguſtias ca
put exererẽt: nũc maxie claſſes uſq; ĩ Indiã & extrema æthiopiæ trãſmi/
tunt: unde precioſæ merces ĩ ægyptũ aduehunt. ac rurſum ex ægypto ĩ
alia emittũt loca: quare dupla uectigalia exigũt. Altera qdẽ reꝝ quæ im
portantur: altera eaꝝ quæ exportantur: ac precioſarum qdem mercium:
precioſa ſũt uectigalia. Nã ſolũ hic talia uendunt ac recipiunt: & cætera

Universidad de Deusto
Biblioteca

loca ex Alexandria copiam petunt:quæ ꝓfecto opportũitas facile uide/
ri poteſt:ſiquis regionẽ pagret:ac primo maritimã orã a Catabathmo in/
cipiẽs.Nã eouſq; ægyptus pertẽdit.Deinceps eſt Cyrenaica & Marma/
ridæ:qui Barbari circũhabitãt.A Catabathmo Paretoniũ uſq; recta naui
gatiõe eſt curſus ſtadiorꝝ nungẽtorꝝ.Paretonium ciuitas eſt:& portus in/
gens.xl.fere ſtadiorꝝ.Hãc alii Paretoniũ:alii Ammoniã uocãt. In iterme/
dio ſpatio eſt ægyptiorꝝ uicus:& Neſiſphyra ꝓmõtoriũ:& Tyndarii ſco
puli:qui ſunt quattuor paruæ inſulæ:quæ portũ habent.Poſtea eſt Dre/
panũ ꝓmontoriũ:& inſula eniſiſpia cũ portu.poſt uicus apis:a quo Pare
tonium uſq;:ſunt ſtadia.c.uſq; ad ammonẽ.v.dierꝝ iter. A paretonio cir/
citer mille &.ccc.ſtadia.Inter hæc primo eſt Leucogiũ ꝓmontoriũ:quod
Alba acta nominaꝫ.poſtea phœnicus portus:& Pnigeus uicus. deide Si
donia inſula:quæ portũ habet.Deinde Antiphræ nõ ꝓcul a mari. Tota
hæc regio nequaq; uini ferax ẽ: cũ ceramus potius mare recipiat q̃ uinũ:
quod Libycũ appellãt:quo pleriq; alexãdrini ad põdus utunꝫ:unde plu
rimũ antiphræ carpũtꝫ.deinde eſt portus Deris appellatus ꝓpter petram
quãdã ꝓximã collo perſimilẽ. Vocaꝫ etiã zephyrium locus quidã ꝓpin
quus.poſtea ẽ alius portus nomĩe Leucaſpis:& alii complures.deide Cy
noſſema:deinde Taposiris:nõ tamẽ ad mare quo í loco feſta maxima ce
lebrãtꝫ.Itẽ alia Taposiris ſatis ultra urbẽ:ꝓpter eã locus quidã eſt petro/
ſus ad mare qui quouis ãni tẽpore multã iuuẽtutẽ habet feſtis ídulgẽtẽ.
poſtea eſt Plinthina:& Nitiæ uicus:& Cheronneſus caſtellũ Alexãdriæ:
& Necropoli ꝓximus:ad ſtadia.lxx.lacus autem maria:qui huc uſq; per
tẽdit latitudinẽ habet ſupra.c.&.l.ſtadia:lõgitudinẽ citra.ccc. habet etiã
íſulas octo:& loca circũſtãtia oĩa bene habitata.In his locis maxĩa uini co
pia eſt:ut etiã mareoticũ uinũ ad uetuſtatẽ perduret. In ægypti lacubus
ac paludibus biblus naſciꝫ:& ægyptiaca faba ex qua ciboriũ fit.eius uir/
gæ altitudĩe fere æquales:ac decẽ pedes ſũr.Biblus nuda uirga ẽ:lanugi/
nẽ quãdã í ſũmo habẽs:faba í multis partibus:& folia & frõdes emittit:
& fructum fabæ noſtræ perſimilem: magnitudine ſolum & geſtu diffe/
rentem:quare fabeta iocundum quendam aſpectum ac delectationem
præbent:oblectantur autem mirum in modum in ſchaphis Thalamife
ris denſiſſima fabeta ſubeũtes:& eorꝝ foliis inumbrati:quæ adeo magna
ſunt:ut poculorꝝ & catinorꝝ uſum præbeãt:habẽt.n.cõcauitatẽ quãdã ad
id idoneã:unde Alexãdrinæ officinæ iis plenæ ſũt:& ut uaſis utũtꝫ. Agri
quoq; magnũ ex iis foliis prouẽtũ habent.ac faba quidem talis eſt. Hoc
in loco Biblus nõ multa naſcitur:non enim excolitur.In inferioribus ue
ro ipſius delta partibus permulta eſt:alia deterior:alia melior. Hieratica
appellata nõnulli prouentũ augeri cupientes:iudaicam induſtriam huc
trãſtulere q̃ illi in palma & maxime í cariotica: atq; balſamo adĩuenerũt.
Non enim permittunt eam multis in locis naſci:quo fit ut penuriæ pre
cium imponẽtes:ꝓuẽtũ quidẽ augeant.Communẽ uero uſum atq; cõ/
moditatẽ uiolẽt.e Canopica porta exeũti ad dextrã ẽ foſſa quæ lacui iũ/
gitur & canopũ fert:ꝓ lacũ uero in magnũ flumẽ:& canopũ Schediã na
uigaꝫ:ac primo eluſinã:quæ habitatio Alexandriæ & nicopoli proxima
eſt:í ipſa canopica foſſa impoſita:quæ mãſiões habet & ſeceſſus quoſdã
ſecretos uiris:ac mulieribus ſuffiri uolentibus idoneos: quoddã canopi/
cæ luxuriæ initiũ paululũ ab eleuſine ꝓcedenti. Ad dextrã eſt foſſa quæ
Schediã deducit.Schedia quattuor ſchoenis diſtat ab Alexandria: quæ
habitatio urbi ſimilis eſt & nauale habet thalamiferorꝝ nauigiorꝝ:quibus
principes in ſuperiorẽ nauigant regionẽ.Hic etiam eaꝝ rerꝝ uectigal exi
gitur:quæ a ſuperiore Alexandriæ parte importantꝫ:& exportantꝫ cuius
gratia & ratis í flumine iuncta eſt:unde loco nomẽ inditũ eſt. Poſt foſſã
quæ ſchediã & canopũ ducit eſt nauigatio:ſecũdũ maritimam orã dedu
cta:quæ a pharo uſq; ad canopicũ hoſtiũ pertendit. Anguſtus enim qui/
dẽ tractus:inter pelagus atq; foſſã extẽditꝫ:í quo eſt parua taposiris.Poſt
Nicopolim ac zephyriũ:quod ꝓmõtoriũ Veneris arſiões ſacellũ habet.
hoc in loco dicũt olim urbẽ thonã fuiſſe:eodem noĩe quo rex:q; Mene/
laum & Helenam hoſpitio ſuſcepit: unde de medicamentis helenæ:ſic
Poeta inquit.

Quæ polydamna dedit:thonis cariſſima coniunx.

Canopus Centũ ac uigĩti ſtadiis diſtat ab Alexãdria: pedeſtri itinere ua/
dẽtibus:dicta de nomĩe canopi: qui Menelai claſſem gubernabat: & ibi
mortuus eſt.In ea eſt Sarapidis tẽplũ:& cultu & religiõe excellẽs:ut etiã
doctiſſimi uiri credãt:& ꝓ ſe uel ꝓ aliis ĩſomnia ibi captẽt.Sunt q; curas
cõſcribãt:quidã uero uirtutes eorꝝ:quæ ibi reſpõdentꝫ.Sed ante omnia í
gens eſt eorꝝ turba:qui ad ſollẽnia ꝓ foſſam ex Alexandria deſcẽdũt.Nã
die ac nocte nauiculis plena eſt uirorꝝ:ac mulierꝝ impudẽter canentiũ:ac
ſaltantiũ cũ omni diſſolutione & iis præterea:qui diuerſoria habẽt foſſæ
ĩpoſita ad huiuſmodi relaxationẽ & celebritatẽ idonea.poſt canopũ ẽ he
racliũ:qđ Herculis tẽplũ habet:poſtea ẽ canopicũ hoſtiũ:& ipſius delta
initiũ.Ad dextrã canopicæ foſſæ:elaitica præfectura a fratre primi prole
mæi appellata:& nõ mehercule ab heroe(ut qdã uolũt)e q̃bus ẽ Artemi
dorus.Poſt canopicũ hoſtiũ ẽ Bolbiticũ.poſtea Sebeniticũ & phatnicũ:
qđ magnitudĩe tertiũ ẽ:prærer pria duo:q̃bus delta termiaꝫ.Nã nec pro
cul a uertice ſcinditꝫ í pte ipſius delta ĩteriore.Pharnico uero cõiungitur
mẽdeſium.poſtea taniticũ & ultimum peluſiacum. Sunt inter hæc alia
quædã h oſtiola ignobiliora:falſa hoſtiorꝝ appellatione:habent enim hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hostia ingressus nō tamē aptus magnis nauigiis:sed Schaphis ꝓpterea q breuia:ac paludes loca obtineāt:sed præcipue canopico hostio utebant: tāq̄ emporio:occlusis Alexādriæ portubus(ut ante dictū est) Post Bolbi ticū hostium arenosū quoddā:& humile ꝓmōtoriū ualde expositū ē:qđ agni cornu appellat.postea est persei specula:& milesiox murus.Nā mi lesii ꝑ Cyaxaris tēpora:qui medox Rex fuit.xxx.nauibus contra Psam mitichū nauigantes:in Bolbiticū hostiū tenuerūt.Postea egressi dictum opus condiderūt. Tēpore post i Saiticā præfecturā nauigates:Inaris na uali prælio supatis:naucratim urbē nō multo supra Schediā posuerūt. post milesiox opus i Sebenniticū hostiū ꝓcedēti sut lacus.quox alter Bu ticus:a Buto urbe nominat.Itē Sebennitica ciuitas & Sais:iferioris regio nis metropolis.In hac mineruā colūt:i cuius tēplo Psāmitichi sepultura ē. Circa Butū hermopolis est.In īsula buti est latonæ oraculū. In mediter ranea supra Sebenniticū:& phatnicū hostiū est Xois īsula:& ciuitas in Se bennitica præfectura & Hermopolis & Mendes:ubi Pan colit:& hircus animal:&(ut Pindarus ait)hoc i loco Hirci cū mulieribus coeūt.ut Mē deta:ꝓximū mari præcipitium.

Vltimūq; nili cornu:capraxꝑ pascunt greges.

Et lasciui mulieribus admiscent hirci.

Prope Mendetē ē Diospolis:& lacus ei ꝓximi:& Leontopolis:ulterius ī Busiritica præfectura:ē Busiris ciuitas: & cynospolis: Autor ē Eratosthe nes cōmunē Barbaris omnibus cōsuetudmē esse:ut hospites pellāt. Ae gyptios uero accusari.ꝓpter ea q̄ i fabulis de busiride:& busiritica præ fectura dicta sūt. Volentibus posteris loci huius ihospitalitatē calūniari: cū mediussidius nullus busiris:nec rex fuerit:nec tyrānus:illud quoque uulgatum esse.

Durū iter ac longū ægypti perducit ad oras.

Atq; illud permultū ad hoc facit : quod locus est importuosus: & quāq̄ portum habeat is tamen qui pharo proximus est:nequaq̄ patet : sed a bubulcis custoditur:hominibus prædatoriis. Qui applicantes quousq; adoriāt.Carthaginēses uero demergūt ꝓgrios : q i Sardiniā uł herculis colūnas adnauigāt:& ꝓpterea pleraq; occidētaliū nō credunt:& ꝑ se pu tāt id iter suis esse difficillimū.postea seqt Athribitica præfectura:& A thribes ciuitas.Itē ꝓsopitica præfectura:i q̄ ē ueneris ciuitas supra mēde siū:ac Taniticū hostiū:ē īgēs lacus:& mēdesia præfectura:& leōtopolita na:& ueneris ciuitas:& pharbetica præfectura:postea tāniticū hostiū:qđ nōnulli Saiticū uocāt:& Tanis maxia i eo ciuitas.Inter taniticū Pelusia cūq; hostiū sūt lacus:& maxiæ & cōtinuæ paludes:i qbus crebri sūt uici pelusiū quoq; circūcirca paludes habet:quas nonnulli Barathra uocant.

Atq; etiam loca cenosa habitat ad mare:ad stadia supra.xx.muri ambi tū habet stadiox.xx.a luto ac ceno dictū ē.Ex hac parte ægyprus diffici lem īgressum habet.Ex oriētalibus partibus phœnicia:ac iudæa.Item ex Arabia Nabatea:quæ continua est:aditus i ægyptum patet. Arabia iter nilum iacet:& Arabicū sinum:& in extremis eius partibus situm est pe lusium: uerum tota deserta est & exercitui inuia.Isthmus qui inter pelu sium est: atq; recessum:qui ad heroū urbē pertendit:nungentox ē stadi orū(ut uero Possidonius putat)ad mille & quingenta nō peruenit:& ad id quod siccus est & arenosus multos serpentes habet:qui latitant in are na.Ex Schedia memphim nauiganti:ad dextrā sūt uici plurimi usq; i la cum mariam:e quibus est is:qui chabriæ uicus appellat. Ad flumen est hermopilis: deinde Gynecopolis & Gynecopolitana præfectura.deiceps Momemphis & momemphitica præfectura.Inter hæc sūt fossæ pluriæ: i mareotim emittētes:momemphitæ Venerē colunt:& sactā uaccā alūt: quēadmodum mēphitæ apim:& Heliopoltani Mneiū. Ii enim dii apđ eos putant:alii uero apud alios.Nā multi:& i delta & extra delta:Alii ma rem:alii fœminā bouē alunt:qui tamen non putant dei:sed sacri. Vltra Momemphim sūt nitrariæ duæ:quæ nitrū plurimū ferūt:unde nitrioti ca præfectura est.Hic Sarapis colitur: & apud hos solum i ægypto ouis mactatur:nō procul hinc est ciuitas nomīe Menelaus. Ad sinistram ue ro in ipso delta flumen est naucratis:duobus schoenis a flumīe distat Sa is:& paulo supra eam est Osiridis Asylū:in quo Osirim iacere arbitrāt. quāq̄ multi de hoc ambigūt:ii præsertim qui supra Syenem & elephan tinam habitāt:fabulant enim Isim multis in locis sub terrā osiridis alue olū posuisse:sed unus tamen osirim habebat:quē uero sciebat id fecit:la tere uolens typhonē:ne ueniēs corpus ex sepulchro erueret:atq; ab Ale xandria quidem ad ipsius delta uerticē hæc peragratio ē. Artemidorus dicit octo ac uigīti schoenox ad nauigationē esse id ē octogīta & q̄dragī ta stadia tricenū stadiox schoenū faciēs.nobis aūt nauigantibus alia atq; alia Schoenox mensura distātias reddiderūt:ut quibusdam in locis qua dragenū stadiorū schoenū:ac pluriū esse cōcederent:quod autem etiam apud ægyptios inconstās sit schoenorū mensura.Ipse Artemidorus dein ceps declarat a memphi enim usq; i thebaidē schoēos singulos facit.c.ac xx.stadiorū. A thebaide usq; i Syenem.lx. A pelusio ad eundem uerticē nauigantibus schoenos.v.ac.xx.dicit stadia septingenta &.l.eadem men sura usus.Dicit insuper eam esse primam fossam a pelusiæ ꝓcedēti:quæ lacus eos implet:qui ad paludes uocant. Atq; ii quidē duo sūt:& ad ini stram magni fluminis iacent. Supra pelusium in arabia dicit esse alios quosdam lacus:& fossas in eisdem ꝓtibus extra delta:secus altex lacū est

Universidad de Deusto
Biblioteca

præfectura Sethotica: quæ una ex.x.numerat̃:quæ ī delta sūt.In hos la/
cus aliæ duæ fossæ conueniūt: est alia quæ ī rubrū mare & arabicū sinū
emittit:& ī urbē arsinoē quā nōnulli Cleopatridē uocāt: atq; ꝓ eos lacus
fluit:qui amari uocāt̃:qui quidē prius amari erāt:sed facta fossa & admi
sto flumine sunt imutati. Ac nūc quidē amæni sūt: & aquatilibus uolu/
cribus pleni:fossa primū a Sesostri icisa est:āte res troianas: nōnulli eā a
Psammiticho puero:morte itercipiēte:solū ichoatā putāt.Postea a Dario
primo eius rei successore:falsa opinione persuaso:pene perfectū opus de
relictū esse:ꝑsuasus est enim rubꝝ mare ægypto sublimius. Vnde si iter
medius Isthmus icideret̃:ægyptū a mari obrutū iri.Ptolemaici quidē re
ges eū icidētes:euripū clausum fecerūt:ut quū uellēt ī exterius mare na
uigarēt:ac rursū sine periculo reuerterent̃.De aquaꝝ autē effusiōe ī sup
ioribus cōmētariis dictū est.Arsinoe ꝓxima est heroū ciuitas:& Cleopa
tris:ī Arabici sinus recessu:qui ē ægyptū uersus.Itē portus & habitatio/
nes:& fossæ cōplures:& lacus iis uicini.hoc ī loco est Phagroriopolitana
præfectura:& Phagroriopolis ciuitas:fossæ autē ī mare rubꝝ emittentis
initium ē:a uico Phaccusa:cui cōtinuus est philonis uicus. Fossa latitudi
nē habet cubitoꝝ.c.ꝓfundū quātū nauigio saris sit.x.millia ferēti.Hæc
loca ipsius delta uertici ꝓxima sunt.Ibi est Bubastus ciuitas:& bubastica
præfectura:supra quā est regio heliopolitana:ubi Solis ciuitas ē ī aggere
īgēti posita:quæ solis tēplū habet et mneuim bouē:q in septo quodā nu
trit̃:& ab Heliopolitanis ꝓ deo habet̃: quēadmodū & Apis mēphitis.
Ante agger lacus iacēt:ī quos ꝓpinquæ fossæ refundunt̃. Nunc omnio
urbs deserta ē.In ea ē puetustū teplū:ægyptio more structū:qđ multis ī
ditiis cābysis īsaniā:ac sacrilegiū ostētat.Cābyses.n.tēpla ꝓtim igni:ꝓtim
ferro deuastabat:mutilās: excindēs:amburēs. quēadmodū & obeliscos:
quoꝝ duo Romani delati sunt:nō omnino deleti.Alii adhuc ibi & Tri
hebis sunt:quæ nūc Diospolis nominat̃. Alii stātes aciē igni exesi: alii ia/
centes. Tēploꝝ fabrica sic se habet.In ingressu fani ē pauimētū:latitudi
ne quidē iugeri:aut paulo minus:longitudine uero tripla:quadruplaue:
& quibusdā in locis etiam magis:atque hoc quidem Dromus dicitur: ut
Callimachus inquit.

Dromus hic sacer est anubidis.

Per totā longitudinē ꝓtinus ex utraq; latitudinis parte:sunt positæ lapi/
deæ spinges:uigenis cubitis:uel paulo pluribus inter se distātes: & alter
spingū ordo est a dextra:alter a sinistra.Post Spīges est uestibulū ingēs:
ꝓcedēti ulterius aliud uestibulū.postea aliud & neq; uestibuloꝝ: neque
spingū diffinitus est numerus.In aliis uero tēplis alia: quemadmodū &
longitudines:& latitudines.dromoꝝ post uestibula est templū qđ ingēs
protemplum habet:ac memoratu dignū:& septū commensuratū: simu/
lachrū uero nullū:aut nō in hominis formā:sed bruti alicuius. Ex utraq;
ꝑte ꝓtēpli prætacēt eæ quæ pinnæ appellant̃.Ii sunt duo parietes æquæ
alti:atque tēplū ī initio iter se distātes paulo plus:q̄ sit lata tēpli crepido.
Postea ī āteriorē ꝑtē ꝓcedūt ad iclinātes lineas: usq; ad.l.aut.lx.cubitos.
Hi parietes ingētiū simulachroꝝ sculpturas habēt:ætruscis & ātiqs Græ
ciæ opibus ꝓsimiliū.Est etiā domus quædā:mīris columnis structa:sicu
ti mēphi:barbarica fabrica.Nā præter q̄:qđ columnæ multæ sunt & in/
gentes:& multiplici ordine constitutæ:nihil pictū aut elegans habet:sed
potius uanū quēdā laborē præ se fert. Heliopoli domos amplas uidius:
in qbus sacerdotes habitabāt.Immo dicūt hāc olim sacerdotum habitati
onē fuisse:hominū Philosophiæ:& Astronomiæ deditoꝝ Nunc is ordo
ac studiū defecit:nec quisq̄ nobis tali exercitio preesse ostēdebat̃:sed ho
mines tātum:q sacrificia curarent:atq; ritus eos ꝑgrinis cōmonstrarent.
Secutus uero est Emiliū Gallum ducē ex Alexādria nauigātē ī ægyptū:
quidā noie Cheremon:q eiusmodi scientiam tenere se simulabat:sed ut
ignarus:& ostētator:plurimū deridebat̃:ostēdebāt̃ itaq; ibi sacerdotum
dōicilia & loca: ubi Eudoxus & Plato habitauerāt.Nā Eudoxus cū Plato
ne eo ꝓfectus est:& ābo cū sacerdotibus annos.xiii.sunt uersati(ut qdā
uolūt)nā cum sacerdotes illi & in reꝝ cælestiū scientia præstarēt: essent/
que mystici & īcommunicabiles:tamē & tēpore & obsequio exorati:nō/
nulla præcepta commonstrarūt:plurima enim barbari occultabant.Ii ex
currentes diei ac noctis ꝑticulas.ccc.&.lxv.diebus in āni cōplemētū tra/
diderūt.Ignorabat̃ annus eo tēpore apud græcos:quēadmodū & alia ꝑ/
multa:quousq; iuniores Astrologi ab iis ea acceperūt qui sacerdotū mo/
numenta in græcam linguā trāstulerūt & adhuc tū ab illis:tū a chaldæ/
is accipiūt Hinc iā Nilus supra Delta est:cuius dextra:sursum uersus na
uigādo:libyā uocant quēadmodum ea quæ Alexādriæ & mareotidi pro
xima sunt:Sinistra uero: Arabiā quare heliopolis in Arabia est. In libya
uero Cercesura ciuitas:ad eudoxi speculas sita:Nā ante Heliopolim spe
cula quædā ostēdit̃:quemadmodum & ante gnidū:ad quā ille cælestiū
motus adnotabat:atq; præfectura hæc latopolitana nominatur. Vlterius
adnauigāti est Babylon: castellum natura munitū:a babylōiis quibusdā
conditum:qui huc secedentes:hoc in loco habitationem a regibus impe/
trarunt.Nunc in ea collocata est una ex tribus legionibus:quæ ægyptū
custodiūt. Ab hoc loco usq; ad nilum iugū quoddam descendit:per qđ
aqua rotis & cochliis a flumine trahit̃.c.&.l.hominibus captiuis cōtinue
operantibus. Hinc Pyramides quæ apud memphī sunt in ulteriore re/
gione manifeste apparent:quæ quidem propinquæ sunt:propinqua est

etiã memphis ipſa ægyptioꝝ regia:tribus enim ſchoenis diſtat a delta.ea apidis tẽplum habet:qui idẽ eſt quod oſiris.Ibi bos apis in ſepto quodã alitur &(ut diximus)apd eos ꝓ deo habet. Albus frontem & quaſdã par uas corporis partes.Cætera uero niger: quibus ſignis iudicant:qui ſit ad ſucceſſionem idoneus:alio uita functo Ante id ſeptũ aula quædã iacet: ĩ qua eſt aliud ſeptũ matris eius.In hanc aulã nonnunq̃ apis emittit:præ ſertim ut peregrinus oſtẽdat:uidet enim per feneſtrã quãdã ĩ ſepto: & extra etiã ſi uelint:ubi uero paululũ laſciuerit:rurſum ĩ ꝓpriam manſio/ nem recipit. Apidis templum uulcanio adiacet:ædis ac cæteraꝝ regꝝ ma gnitudine ſumptuoſe ſtructo.In fronte Dromi Coloſſus iacet:ex ĩtegro lapide.In hoc dromo tauroꝝ certamina fieri ſolẽt:ĩter ſe pugnãtiũ: quos nõnulli dedita opera ad hoc ipſum alunt:quẽadmodum nõnulli equos. Nã dimiſſi ĩter ſe pugnã committũt:qui uictor iudicat: premiũ habet. Memphi eſt ueneris fanũ:quæ Græca dea cenſet:quidã lunæ id dicũt. Eſt etiã Serapiũ ĩ loco ualde arenoſo:adeo ut arenæ cumuli a uẽtis exag gerent.In iis ſpinges erãt:quaꝝ aliæ uſq; ad caput obrutæ uidebantur: aliæ ex dimidio apparebãt:quibus ex rebus periculũ conſiderari poteſt: ſi ad tẽplũ eunti turbo incidiſſet. Vrbs magna eſt:& populoſa:& ſecun/ da poſt Alexãdriã miſtis homibus referta: q eo cõmigrarũt. Iacẽt lacus ĩ frõte urbis:& regiaꝝ q̃ nũc dirutæ ſũt & deſertæ.Sitæ erãt ĩ loco ædito: & uſq; ad ĩferiorẽ urbis ptẽ deſcẽdebãt: ubi lacus & lucus iungebat.xl. ſtadiis ab urbe progrediẽti: ẽ mõtanũ quoddam ſupercilium:ĩ quo ſtãt multæ Pyramides regũ ſepulturæ.Eaꝝ tres eximiæ ſunt: ſed duæ ĩter ſe ptẽ ſpectacula adnumerãt ſingulæ altitudĩe ſtadii figura q̃drata : altitu/ dinẽ habentes paulo maiorẽ quolibet latere:& paulo altera:altera maior. In media fere lateꝝ altitudĩe ingẽs lapis extat:ĩ quo cochlius ẽ obliquus: uſq; ad ſepulturã. Atq; eæ ĩter ſe ꝓximæ ĩ eodẽ ſunt plano. Vlterius in maiore montis altitudine:eſt tertia:multo primis duabus minor:maiore tamẽ impẽſa ſtructa.Nã ab ipſis fere fundamẽtis: uſq; ad mediũ cõſtat ex nigro lapide:ex quo mortaria faciũt. Ab extremis æthiopiæ mõtibus delato:q cũ & durus ſit:& operatu difficilis: reddidit opus ſũptuoſum. hæc dicit meretricis ſepultura: ab amãtibus effecta.eã mulierẽ Sappho carminũ poetria:dorichã uocat:& fratris ſui Charaxi amicã:quũ Leſbiũ uinũ negociator naucratim comportaret. Alii eam Rhodopẽ nominãt: atq; fabulã q̃ndam narrãt:quod ea dum lauaret:aquila alteꝝ ex calceis e manu ãcillæ correptum Memphim deportarit: & in ſublimæ ſupra re gis uerticẽ iura dãtis elata:calceũ ĩ illius gremium demiſerit:& q; ille cal cei cõcinnitate:& rei miraculo ꝓmotus:ꝓ totã regionẽ miſit ad eã ĩquiren dã:quæ huiuſmodi calceũ ferret:& qd ea ĩ urbe naucraticaꝝ iuẽta atq;

adduct i:& regis uxor fuerit. Poſt mortẽ uero hanc ſepulturã habuerit: ſed unũ ex miraculis a nobis ĩ Pyramidibus uiſum:haud quaq̃ prætere/ undũ eſt. Acerui quidã ex tritura lapidũ:ante Pyramides iacẽt. In qbus lapilli & forma:& magnitudine lentis iueniunt:quidam ut ordei grana: quæ ſemiexpoliata excurrũt.Dicũt reliquias ciboꝝ qui operantibus ſu/ perãt:in lapidẽ induratas:quod quidẽ ſatis uidet uerisimile Nã & apud nos collis quidã eſt oblongus:ĩ cãpo ſitus:qui tofi calculis ĩ modũ lentis plẽus ẽ: maritimi quoq; & fluuiales calculi eãdẽ fere ãbiguitatẽ præſtãt: ſed ii ꝓpter motũ:qui ĩ aqua fit rationẽ aliquã habẽt. In illis uero cõſide ratio dubia eſt:dictũ eſt quod circa ea loca:ubi lapides effodiunt:ex qui bus pyramides factæ ſunt:mõs quidã eſt nomie Troicus:ſatis petrolus & ſpeluncæ ſub eo:& uicus iis & flumini ꝓximus nomie Troia:antiqua Troianoꝝ habitatio eoꝝ:qui captiui Menelaum ſecuti ſunt & ibi remã ſere. Poſt Memphim ẽ Acãthus ciuitas in libya & oſiridis:& acãthi the baici lucus:ex qua gummi fit.Poſtea eſt Athroditopolitana præfectura: & ciuitas eodẽ noĩe ĩ Arabia:ĩ qua Bos alba ſacra alit.poſtea heracleotica præfectura:in ĩſula magna iuxta quã ad dextrã ĩ Libyã:ad Arſinoiticam præfecturã foſſa eſt:ut & duo ora habeat:cũ ꝑs quædã inſulæ intercidat: arq; præfectura hæc cæteras oẽs:& aſpectu & uirtute & ædificiis antecel lit.Sola enim & oleis & perfectis & fructiferis arboribus cõſita eſt. Ac ſi quis bene excolat etiã oleũ optimũ gignit.Id enim negligentes:etſi mĩ/ tum odore tamẽ malũ habent. Aegyptus reliqua oleo caret exceptis hor tis:qui circa Alexãdriã ſunt:qui oleas quidẽ ferre poſſunt:oleũ uero mi/ nime. At uini non paꝝ fert:frumẽtum quoq; legumina:& alia ſemĩa ab undãter.Habet etiã lacũ admirabilẽ:muridos appellatã pelagi magnitu dine:& marino colore:unde & littora uidere eſt maris littoribus perſimi lia:ut idẽ de hoc loco atq; iis qui ſunt circa ãmonẽ:exiſtimari poſſit. Nã nec multũ inter ſe diſtãt.nec a paratonio & ut ex multis deprehendi cõ/ iecturis poteſt:tẽplum illud prius ĩ littore ſtabat: atq; hæc loca prius ad mare erãt.Inferior uero ægyptus:& quæ uſq; ad Sirboniticũ lacum ten dunt:pelagus obtinebat cõiũctũ fortaſſe cũ mari rubro qd heroũ ubi: & elanitico receſſui ꝓximũ eſt.Sed de his ĩ primo geographiæ uolumĩe pluribus dictũ eſt.Nũc illud paululum cõmonefaciemus:naturæ ſimul atq; prouidẽtiæ opus in unũ conferẽtes.Naturæ quidẽ quia reꝝ omniũ ad unum uergẽtiũ:qd uniuerſi mediũ eſt:& qd circa id poſitũ eſt:medi um atq; dẽſiſſimũ eſt terra:qd non minus hoc habet aqua eſt:atq; utrũ/ que ſpericũ:ſed altera qdẽ ſolida:altera cõcaua ĩter ſeſe terrã cõplectẽs: ꝓuidẽtiæ uero quia cũ ea uariatrix quædã ſit & plurimoꝝ operũ condi/ trix:ĩ primis animalia creauit:quæ longe cæteris præſtarent:atq; horum

præſtãtiſſima deos:atq; homíes quoꝝ gratia cætera ſũt cõſtituta:diis ita/
que cælũ,homíbus uero terrã ícolẽdã dedit:quæ duo mũdi extrema ſũt.
Nã ſperæ extrema ſũt:mediũ ipſũ:& id qđ extimũ ẽ.Sed qm̃ aqua terrã
circundat: hõ nõ eſt aquatile animal:ſed terræſtre:& aerẽ:& cũ mꝰtis lu
men commune habet.Fecit enim multas in terra eminẽtias: ac receſſus:
ut í hiis tota aqua:uel maxima eius pars contineret:& terrã ſub ſe occul/
taret:in illis uero terra extaret:atq; ab aqua detegeret:niſi quãtum homi
nũ generi cæteriſq; animalibus:ac ſtirpibus neceſſariũ uidebat.Sed quo
niã oía cõtinue mouent:& trãſmutant.Aliter enim talia ac tãta recte ad
miniſtrari non poſſent.Exiſtimãdũ eſt:nec terrã ſẽp ita ꝓmanere ut ſem
per tanta ſit ne quicq̃ ſibi addat aut adimat:ſed nec aquã:nec eandẽ ſe/
dẽ ſemp ab ipſis obtineri:præſertim cũ trãſmutatio eis cognata ſit:& na
turalis quinimo terræ multũ í aquã cõuertit:& aquæ multũ í terrã trãſ/
mutat:& quẽadmodũ í terra hæ differẽtiæ íueniũt:ut alia ẽ fragilis: alia
ſolida: & petroſa & ferrea:& ſic deíceps eodẽ mõ í hũida eſſentia:nã alia
ẽ ſalſa:alia dulcis:& poculẽta alia ſalubris:& medicã uim habet:alia ꝓni/
cioſa:& frigida & calida:quare minime mirãdũ ẽ:ſíquas terræ ꝓtes: quæ
nũc habitant:olim mare occupabat:& quæ nũc pelagus ſũt:prius habita
bant:& quẽadmodũ de fontibus:alios deficere contingit: alios relaxari.
Irem & flumina: & lacus:ſic mõtes:& campos par eſt inuicẽ cõmutari:
de quibus etſi í ſuperioribus dictũ eſt:nũc tamẽ multa dicẽda uidebãt
Muridis itaq; lacus in nili íncremẽtis ad excipiẽdam íundationẽ ſatis ẽ ita
ut in ſata:& habitationes nõ exunder:poſtea decreſcẽte nilo:abundãtem
í eo aquã eidẽ foſſæ reddit:reliquã uero aquã ex utroq; oræ utilẽ habet:
ad irrigatiões:& ipſe & foſſa atq; hæc qdẽ naturalia ſunt.Vtriſq; aũt foſ
ſæ hoſtiis clauſtra ípoſita ſũt qbus architecti:& ífluẽtẽ & effluentẽ aquã
conſeruãt.Poſt hæc eſt labyrinthi fabrica:opus haud imꝑ Pyramidibus
& adiacẽs regis ſepultura eius:qui labyrinthũ conſtruxit.Locus aũt í pri
mo foſſæ ígreſſu ad.xxx.xl.ue ſtadia ꝓcedẽti eſt planities quædã ædita:
quæ uicũ habet:& multoꝝ regũ regiã:quot prius præfecturæ erant. Nã
totidẽ aulæ ſunt:cũ circũcolũniis inuicẽ cõtinuæ:quæ omẽs uno ordine:
& uno pariete tãq̃ ꝓuo quodã muro:præiacentes aulas habẽt. Vice uero
quæ ad eas tẽdunt ex aduerſo ſunt ipſius muri: ãte ígreſſus criptæ quæ
dã multæ ac longe:quæ íter ſe uias flexuoſas habent: ut nemo ꝑegrinus
ingredi aulã ullã poſſit:nec egredi ſine duce:& quod admirãdũ ſit:cuiuſ
que domus tabulata:ac etiã criptaꝝ latitudíes:ex lapideis pluteis íntegris:
& magnitudine excellentibus confectæ ſunt:nulla uſq̃ nec ligni: nec ali/
us materiæ admiſtione.Ac ſi quis in tabulatum aſcẽdat:quod nõ admo/
dum altum eſt, utpote unum uidere poteſt lapideũ campum eiuſmodi

lapidibus inſtratũ.Híc iã í aulas egreſſus:uidebit deíceps eas.xx.&. vii.
ordine poſitas:& ab íntegris columnis ſuſtẽtatas. parietes quoq; ipſos ex
lapidibus nõ minoribus cõpoſitos.In fine huius ædificii qđ plus ſtadio
occupat:eſt ſepultura quædã pyramis quadrata: cuius quodlibet latus
quadriiugeꝝ fere eſt:& altitudo par ſepulti nomẽ eſt Imandes. dicũt tot
aulas ibi factas eſſe:quod mos eſſet omẽs præfecturas eo conuenire:atq;
epulum quoddã:cũ ſacris uiris ac mulieribus fiebat:ſacrificii gratia: deo
reddẽdi & iuris dicẽdi:de rebus maximis:& quæq; præfectura í ſuã aulã
ꝓcedebat.præternauiganti hæc ad.c.ſtadia eſt ciuitas Arſinoe:quæ pri/
us Crocodeloꝝ ciuitas dicebat.In hac præfectura miꝝ in modum colit
crocodelus:& eſt ſacer apud eos in lacu quodã ſeorſum nutritus:& ſacer
dotibus mãſuetus: & Suchus uocat.Nutrit aũt pane:carne & uío:quæ
a peregrinis afferũt ad eiuſmodi ſpectaculum uenientibus: hoſpes itaq;
uir:inter alios honoratiſſimus:qui nobis ſacra cõmonſtrabat:ad lacũ ue/
niẽs placẽtulã:& carnẽ aſſam:& quoddã mulſi uaſculum ex coena attu/
lit:bæluã in ripa lacus íuenimus:ex ſacerdotibus alii eius os aperuerunt:
alius bellaria ípoſuit:poſtea carnẽ deinde mulſum iniecit.Ille í lacũ exíli
ens in ulteriorẽ ptẽ traiecit. Sed quũ alius hoſpes aduenißet:& ſimiliter
primitias attuliſſet:curſu lacum circũeuntes itidẽ inuẽto Crocodelo:ob/
tulerũt Poſt arſinoiticã heracleoticãque præfecturã:eſt herculis ciuitas:í
qua colit Ichneumon:contra quã faciãt Arſinoitæ.hi enim Crocodelos
colunt:& ꝓpterea foſſam habẽt Crocodelis plenã & muridis lacũ: nã &
eos colunt & ab eis abſtinẽt. Arſinoitæ uero Ichneumones:qui Crocode
lis & aſpidibus ꝓniciem inferũt.eas enim & eaꝝ oua delẽt luto ícruſtati.
Inuoluũt enim í eo poſtea ad ſolẽ ſiccati aſpides per caput:uel caudam
capiẽtes:in flumẽ trahunt atq; occidũt. Crocodelis uero apricantibus in
ſidiantes í oris hiatum intrãt:& excæſis uiſceribus:e uẽtre mortuoꝝ egre
diũt.Deíceps eſt Cynopolitana præfectura:& canũ ciuitas í qua Anubis
colit:& honor & ſacer qdã cibus canibus eſt cõſtitutus.In ulteriore regi/
one eſt Oxyrynchus ciuitas & præfectura eodẽ nomíe.Hic oxyrynchus
colit & oxyrynchi tẽplũ eſt.enimuero & cæteri ægyptii omnes oxyryn/
chũ piſcẽ colunt.Nã quædã animalia ſunt:quæ ægyptii uniuerſi colunt:
quẽadmodũ ex terræſtribus tria:Bouẽ.Canẽ.Felẽ.Ex uolatilibus: Acci/
pittẽ:atq; Ibim.Ex aquatilibus duo Lepidotũ piſcẽ ex oxyrynchũ.Sunt
alia quæ quiſq; ſeorſum colit.ut Saitæ & Thebani:ouẽ. Latũ uero q pi/
ſcis quidã eſt in nilo:latopolitani.lupũ Licopolitani. Gynocephalũ Her/
mopolitani:Cepũ Babylonii q ſũt iuxta mẽphim.Cepus facié habet:Sa
tyro ſimilẽ.Cætera íter canẽ: atq; urſum & í æthiopia naſcit Aquilam.
Thebani Leonẽ leõtopolitani,Caprã:& hircũ Nendeſii:Murrẽ araneũ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Athribitæ.Itē alii aliud Cauſas uero afferūt:haud quāq̄ cōſentaneas.De
inceps eſt hermopolitana cuſtodia:ubi uectigal exigit earū rerū:quæ ex
thebaide deferunt:hinc ſexagenū ſtadiorꝫ Schoeni incipiunt:uſqꝫ i Sye
nē:& elephantinā.Poſtea Thebaica cuſtodia:& foſſa: quæ tanim defert.
poſtea lupoꝫ ciuitas.& ueneris Panopolis ātiqua habitatio hominū: qui
linū & lapides operātur.Poſtea Ptolemaica ciuitas omniū maxima quæ i
thebaide ſunt & mēphi nō minor.Ea græco more ciuilitatē habet.ſupra
hanc eſt Abydus i qua eſt mēnonis regia mirifice ſtructa:tota ex lapide:
quēadmodū diximus de Labyrintho:ſed ea nō multiplex eſt.Itē fons q/
dā i ꝓfundo poſitus in quē ꝑ fornices deſcendit:i forcipē flexos:ex inte
gris lapidibus:& magnitudine:& ſtructura excellentibus. Eſt etiā foſſa:
quæ ex magno flumine in hunc locū deducit. Circa foſſam eſt ægyptia/
rū achātoꝫ lucus Apollini Sacer: Abydus olim ciuitas maxima uidetur
fuiſſe:ſecunda poſt thebas:nūc i paruā habitationē redacta eſt.& ſi(ut q
dā uolunt)memnon ab ægyptiis Iſmādes dicit: etiā Labyrinthus mem/
nonū erit:& eiuſdē opus cuius Abydēſia:& thebana.Nā & ibi quædam
mēnonia dicunt:ſecūdum Abydū eſt prima Auaſis ex tribus:quæ ſunt
i libya diſtās itinere dieꝫ.vii.ubi habitatio eſt aquis & uino abundans &
cæteris rebus ſatis copioſa Secūda eſt iuxta Muridis lacū Tertia eſt am
monis oraculo ꝓxima. Atqꝫ hæ optimæ habitationes ſunt.Cū mīta a no
bis de ammone dicta ſunt hoc etiā addendū uidet:qđ antiqui & diuina
tionē & oracula plurimū uenerabāt. Nūc eaꝫ reꝫ maxima negligētia ē:
Nā Romanis Sibyllæ reſponſa ſatiſfaciūt:& etruſca diuīatio ꝑ auguria
ꝑ exta:& Iouis ſigna Quapropter Ammonis oraculū quaſi ex toto defi/
cit:prius i honore maximo habebat:qđ ii in primis declarāt:qui Alexā/
dri geſta conſcripſerūt:qui quāq̄ adulādi gratia nō pauca adiecerunt:In
dicāt tamē quæ credēda ſint:Calliſthenes dicit: Alexandrū ābitiōe qua/
dā contēdiſſe:ut ad id oraculū aſcenderet:cū intellīgeret perſeū & hercu
lem prius eo aſcendiſſe:atqꝫ ex paretonio digreſſum īcumbēte auſtro re
pulſum fuiſſe:quū uero per puluerē erraret:aduentu hymbris:& duoꝫ
coruoꝫ qui iter cōmōſtrarūt ſeruatū eſſe. Iā hæc adulatorie dicunt:ſimi
lia ſunt quæ ſecunt: qđ ſolū regi ſacerdos ꝓmiſerit:ut in tēplū ingredi/
ret cū ſtola conſueta:& qđ cæteri ueſtē mutarint & qđ omnes extrinſe/
cus oraculū audiuerit:præter Alexādrū qui iterius erat:& quod reſpon/
ſa non:ut apud delphos:& branchidas uerbis darent.Sed magna ex ꝑte
nutu & ſignis quemadmodū apud homerum.

Adnuit:& uultu pater illi clara ſereno.
Signa dedit.

Præſertim cū Antiſtes Iouē affingeret. Hoc ꝓfecto nihil aliud ē: q̄ apte
dicere Alexandrū fuiſſe iouis filiū.His Calliſthenes alias quaſdā:tragœ/
dias addit qd quum Apollo Branchidaꝫ oraculū deſeruiſſet:ex quo tē/
plum a Brāchidis cū xerxe ſentiētibus ſpoliatū ē:& quod quū fōs defe/
ciſſet tunc uero ortus fuerit & mileſioꝫ legati memphim ꝓfecti:multa
reſpōſa rettulerūt de futura apđ Arbela uictoria de Darii morte:de re/
bus i lacedæmōia innouatis:& qđ Alexander ex Ioue naſceret quāq̄ de
ea generis nobilitate:ferūt etiā ab erythrea athnaide prædictū fuiſſe quæ
erithreæ antiquæ Sibyllæ ſimilis fuit. atqꝫ hæc ſunt quæ a ſcriptoribus
tradūtur.Abydei oſirim colunt.In Oſiridis tēplo non licet:nec cantori
nec tibicini nec pſalte canere quēadmodū mos eſt aliis deis. Poſt Aby/
dum eſt parua dioſpolis poſtea Tēntyra ciuitas. Hic ꝓpter cæteros ægy
ptios ſupra modū Crocodelus dedecorat:& ex omībus bæluis inimiciſ/
ſimus habet.Nā cæteri quāq̄ eius animalis malicīā norīt:& humano ge/
neri pernitioſum exiſtimēt:uenerātur tamē & ab eo abſtinēt. Tentyrice
omnibus modis id perueſtigāt: atqꝫ occidūt.Sūt qui dicant quod quē/
admodū Pſylli apud cyrenaicā regionē naturalē quandā uim habēt con
tra ſerpētes:ſic & Tentyrice contra Crocodelos:ut nihil ab eis patiant:
ſed intrepide natēt & aquā tranēt:alio nemine audente.Cūqꝫ Crocodeli
Romā allati eſſent:ut uiderent Tēntyrice eos ſequebant facta eſt illis pi
ſcina quædā:& foramē i uno lateꝫ:ut ex aqua i apricum egredi poſſent.
Tēntyricæ aderāt:qui eos interdū rete educebant ad ſolē:ut a ſpectatori
bus uiderent.Interdū i aquā intrantes rurſum eos in piſcinā retrahebāt.
Colunt autē uenerē pone ueneris templum eſt Iſidis fanū: poſtea ſūt ea
quæ typhonia uocāt:& foſſa quæ coptū defert cōmunē & ægyptiorū &
Arabū urbē.Deinceps eſt Iſthmus in rubrum mare porrectus:iuxta be
renicē urbē:quæ quāq̄ ſine portu eſt:apta tamē diuerſoria habet. Dicūt
philadelphum:primo hanc uiā exercitu aperuiſſe:cū ſicca eſſet: ac māſi/
ones coſtituiſſe rā pedibus iter agētibus q̄ camelis. Idqꝫ effeciſſe:quoniā
rubrū mare difficulter nauigaret:præſertim ex Arabico receſſu nauigā/
tibus:Enimuero ex experientia utilitas maxima uiſa eſt:atqꝫ nūc totū in/
dicū:& Arabicū tributū & æthyopicū qđ Arabico ſinu aduehit: coptū
defert:quæ eiuſmodi mercium ēporiū eſt nō ꝓcul a berenice eſt muris
ſtatio:quæ ciuitas nauale habet.A copto quoqꝫ nō mīlū abeſt Apollinis
ciuitas:quare duæ urbes iſthmū terminantes utrinqꝫ ſunt.Sed coptus &
muris ſtatio nūc excellunt.nā iis nūc omnes utunt.Primū camelis uecti
ꝑ noctē iter agebāt ad aſtra reſpiciētes quēadmodū nautæ: & ita aquam
portabāt:nūc terra i ꝓfūdū effoſſa aq̄s pauerūt: & cæleſtibus quāq̄ raræ
ſint:ciſternas fecerūt:hoc ē.vi.vii.ue dieꝫ iter.In hoc iſthmo ſūt Smarag
di; & alioꝫ quorūdā precioſoꝫ lapidum metalla: ubi arabes profundos

quoſdam meatus effodiũt.Poſt Apollínis urbem ſunt thebæ:quæ nunc
dioſpolis uocatur ut.
Quis cẽtum portæ portaꝝ quanq; ducẽti.
Sublimes ĩ equis homines:& curribus errãt.
Sic enim Homerus inquit:addit etiã diuitias:ut
Nec quot diuitias ægyptia theba recõdit.
Sũt & alii qui eadem dicãt:hãc ægypti metropolim ponẽtes:nũc quoq;
nõnulla eius ueſtigia ſeruant:quæ magnitudinẽ declarant:lõgitudinẽ q
dẽ.lxxx.fere ſtadioꝝ.Sũt ĩ ea tẽpla q̃plurima:magna ex ꝑte a cãbyſe mu
tilata:nũc uicatim habitant:ac pars quædã ĩ Arabia:ubi ciuitas eſt. ꝑs etiã
ĩ ulteriore ubi mẽnoniũ Hic cũ duo coloſſi ſint:ex ĩtegris lapidibus iter
ſe ꝓpinqui:alter quidẽ ſeruat.alterius uero ſuperiores a ſede ꝑtes corru
erunt facta(ut fama eſt)terræmotu:creditꝫ etiã ſemel in die ſonitũ quẽdã
ictu haud magno effici a ꝑte quæ in ſede ac baſi eſt. Atq; quũ ego ibi cũ
Aelio gallo adeſſem:& cũ reliqua multitudine amicoꝝ ac militũ: qui cũ
eo erãt circiter horã primã: ſonitũ audiui ſiue a Baſi ſiue a Coloſſo ſiue
a circũſtãtibus de induſtria factũ.Id enim haud quaq̃ affirmarim:cũ pro
pter ĩcertã cauſam:oĩa magis ſubeãt:ut credã:q̃ ex lapidibus ſic cõpoſi/
tis crepitum edi.Supra mẽnonium ſunt regum ſepulturæ:inſpeluncis
quibuſdam in lapidem exciſæ : circiter.xl.mirum in modum ſtructæ:
quæ aſpectum quendam pulcherrimum præbeant. Thebis quoque in
obeliſcis quibuſdam litteræ ſunt:quæ regum illoꝝ diuitias:ac potẽtiam
declarant.atque imperium uſque in Scithiam: & Bactrianam& Indiã &
quæ nunc Ionia dicitꝫ:ꝓpagatum. Item tributoꝝ magnitudinem:& exer
citus circiter decies cẽtena millia Thebãi ſacerdotes aſtronomiã philo
ſophiãq; exercere dicũtꝫ.Hi nõ a luna ſed a ſole dies deducũt.xii. menſi
bus trecenoꝝ dieꝝ:quos dies ſingulis ãnis adiiciẽtes. Ad totius uero ãni
cõplemẽtũ:cũ quædã diei ꝑticula excurrat:ſpatium quoddã cõponunt
ex omnibus diebus & omnibus annis quot ꝑticulæ excurrẽtes:& coeun
tes diẽ cõficiũt.huiuſmodi ſapiẽtiã omnẽ Mercurio ĩ primis tribuũt:ac
Ioui quẽ præcipue colunt:uirgo q̃dã genere clariſſima:& ſpecie pulcher
rima ſacratꝫ:eas græci Palladas uocãt:uirgo pelicis more:cũ quibus uult
coit:uſq; ad naturalẽ corporis purgationẽ.Poſt purgationẽ uiro datꝫ ſed
prius q̃ nubat:poſt pelicatus tẽpus:ut mortua lugeatꝫ.Poſt Thebas ẽ her
mõtis ciuitas:ĩ q̃ Apollo & Iuppiter colũtꝫ:hic etiã bos alitꝫ.deĩde ẽ Cro/
codeloꝝ ciuitas:q̃ eã bæluã colit.deĩde Veneris ciuitas:& poſtea Latopo
lis: q̃ palladẽ & latũ colit.poſtea lucĩæ ciuitas:& eius tẽplũ.In ulteriore ẽ
accipitrũ ciuitas ubi accipiter colitꝫ.Deinde Apollinis ciuitas:q̃ etiã Cro
codelis ẽ inimica.Syenæ uero & Elephãtina. Altera ĩ finibus eſt Aethio/

piæ: Altera ẽ inſula ſpatio ſemiſtadii:ĩ qua ciuitas eſt:quæ Cnuphidis tẽ
plũ habet:& Nilometriũ quẽadmodũ mẽphis nilometriũ ẽ puteus qui/
dã:ĩ nili ripa ex ĩtegro lapide conſtructus:ĩ quo & maxĩa & minĩa:& me
diocria Nili ĩcremẽta adnotantꝫ. Nã putei aqua cũ nilo pariter creſcit:ac
decreſcit.Sũtq; ĩ putei pariete notæ quædã ĩcremẽtoꝝ omniũ mẽſuræ.
hæc itaq; obſeruantes cũ aliis notãt:ut ĩcremẽta cognoſcãt.Nã ex his ſi/
gnis:ac diebus multo ante futurã nili excreſcentiã cognoſcũt idq; omni/
bus prædicũt:quæ res ꝑfecto agriculis ad aquaꝝ cõſeruationẽ: & aggeꝝ
& cãnaliũ effoſſionẽ:prĩcipibus uero ad prouẽtus ultiſſima eſt . Maiora
enim incremẽta:maiores ꝑuẽtus denunciãt.In Syene puteus quidã eſt:
qui æſtiuũ ĩdicat ſolſtitiũ:quoniã hæc loca circulo tropico ſunt ſubiecta:
& ĩ meridie umbilicos faciunt:ſine umbra:a noſtris enim locis: hoc eſt a
Græcis in meridiẽ ꝓcedẽtibus:hic primũ ſol nobis ſupra uerticẽ fit:& ĩ
meridie umbilicos efficit:ſine umbra: neceſſe enim eſt quũ nobis ſupra
uerticẽ fuerit:in puteos quãq̃ ꝓfundiſſimos uſq; ad aquã radios iaci:nã
& nos perpẽdiculariter ſtamus:& puteoꝝ effuſiones:ad ꝑpendiculũ ſũt
factæ.Hoc ĩ loco tres Romanoꝝ cohortes collocatæ ſunt præſidii gratia
paulo ſupra elephantinã eſt puus catarractes:ĩ quo Schapharii ſpectacu
lũ quoddã principibus exhibẽt.Catarractes eſt ad mediũ fere flumẽ ꝑe
troſum quoddã ſupciliũ ĩ ſupiore ꝑte planũ:ut flumẽ recipe poſſit:deſi
nẽs uero ĩ præcipitiũ:ex aqua præcipitatꝫ.Vtrinq; ſecus terrã alueus ẽ:q
facile adnauigari põt.Hac itaq; adnauigãtes defluunt ĩ Catarractẽ:& cũ
ſchapha ĩ præcipitiũ detrudunt:& ipſi & ſchaphæ illæſi: paulo ſupra ca
tarractẽ ſũt phĩlæ cõmũis æthiopũ & ægyptioꝝ habitatio:ſtructa quẽad
modũ elephãtina & pari magnitudie. Hæc tẽpla ægyptia habet: ubi A/
les colitꝫ:quẽ accipitrẽ uocãt:qui nec noſtris ſimile quicq̃ habet:nec ægy
ptiis:nã & magnitudine excedit:& uarietate lõge diuerſus ẽ. dicũt eum
æthiopicũ eſſe:& inde afferri:cũ alter deficit:ac etiã multo ante:& tũc no
bis oſtẽſus ẽ:quũ iã morbo deficeret:Nos phĩlas ex Syene plauſtro ue
nimus ꝑ cãpum ualde planũ.c.ſtadioꝝ ſpatio ꝑ totam fere uiam uidere
erat utrinque multis in locis quaſi ſcopulos petram arduam rotundam
politam:ꝓpe modum ſpericam:nigri ac duri lapidis ex quo mortaria fi
unt:ſuper maiore petra poſitam:ac rurſum ſup ea aliam nonnullæ ꝑ ſeſe
iacebant earum maxima erat non minore xii.pedũ diametro: atq; omẽs
maiores q̃ hoꝝ dimidiæ. Traiecimus ĩ inſulam ſup pactione delati. Pa/
cton ẽ ſchaphæ genus:ex uirgis ita cõpoſitus:ut textilæ quiddã uideatꝫ:
ſtãtes itaq; ĩ aqua:uel ĩ aſſeribus ſedẽtes facile tranſmiſimus nihil omnio
metuẽtes.Sũt enim ſine periculo:niſi ſchapha nimis ĩpleatur. Cum ĩ to
ta ægypto palma ſterilis ſit:uel fructũ afferat nõ eſculentũ:tamẽ in locis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Delta & Alexādriæ ꝓximis thebaica palma optima eſt:quare admiratio
ne dignū eſt quomodo qui eādē plagā habitāt:quā Iudæi & finitimi:qui
circa delta ſunt & Alexandriā tātū ab illa differant:quæ ultra aliā palmā:
etiā Cariotā gignit nō mlto meliorē:q̄ babylonia:i thebaide:& in Iudæa
duplex eſt palma Cariota ſcilicet arq; reliqua ac Thebaica quidē quanq̄
durior ſit:guſtatu tamē ſuauior.Eſt etiā iſula quædā quæ palmā optimā
fert:& ꝓuētū maximū principibus pēdit regis enim erat & priuatus ne/
mo in ea ꝓtem habebat nunc pricipū ē.Sed multa cū cæteris:tū herodo/
tus garrit:ut cātū uel modū:uel iocūditatē quādā orationi monſtra adhi/
bētes:ut illud eſt quod de iſulis dicūt iuxta ſyenē:& elephātinā: nli fon
tes cōplures eſſe:& ad eū locū flumē:ꝓfundū immēſum habere. Nilus
quidē inſulas ſperſas q̄plurimas habet:alias quæ ex toto creſcēte flumíe
obruūt:alias ex ꝓte.loca uero quæ ualde ſublimia ſunt cochlis irrigāt.
In initio itaq; ægyptus ualde tranquilla erat:tū ꝓpter regionis ubertatē:
tū ꝓpterea quod nō facile externis gentibus pateret. Nā a ſeptētriōe ma
ritima importuoſa & ægyptio pelago cingebat.Ab ortu & occaſu deſer
tis & mōtibus libycis:& arabicis(ut diximus)tuta erat Auſtrū uerſus tro
glodytæ:& Blēmyes & nube:& megabari erāt:qui æthiopes ſupra Sye/
nē habitāt.Suntq; ii nomades nō tamē multi:nec bellicoſi quāq̄ olim ui
derent.ꝓpterea quod ſæpe latronū more incautos adoriebant.æthiopes
quoq; qui ad meridiē meroēq; ꝓtendūt: nec ipſi ualde mlti ſunt:nec cō
gregati.quippe q fluuialē regionē longā anguſtāq; habitāt:qualē añdixi
mus nec ad bellum nec ad aliā uitæ ratiōnē bene iſtructi: qnetiā nūc eo/
dē modo tota regio ſe habet.Cuius rei iudiciū ē:qđ a tribus Romanoꝝ
cohortibus:nec iis ſatis plenis ea cuſtodit:quūq; aliq̄ndo æthiopes aggre
di noſtros auſi eſſent:cū tota regione cōtigit piclitari:ſed nec reliquæ co/
piæ i ægypto tantæ erant:nec omnibus unq̄ Romāi uſi ſunt:nā nec ægy
pții ipſi ſunt admodū bellicoſi:quāq̄ multi ſint:nec etiam finitimæ gen/
tes.Gallus Cornelius cui primum ꝓuintia a Cæſare commiſſa eſt hero/
um urbem quæ defecerat cū paucis recepit:rurſum quū i Thebaide ſe/
ditio:propter tributa exorta eſſet:facile eā compoſuit. Deinde Petrōius:
multis millibus Alexandrinorum in eum irruentibus:iactu lapidū cum
militibus ſuis obſtitit:& non nullis eorum interemptis: cæteros facile re
preſſit.Gallus Aelius cū pte præſidii:quod erat i ægypto:i Arabiā īgreſ
ſus dictū ē:quomō eos ībelles oſtēdit & niſi Syleus eū ꝓdidiſſet: felicē
arabiā totā ſubegiſſet.Cūq; æthiopes noſtros cōtēnerent:ꝓpterea cđ ps
quædā copiaꝝ:quæ in ægypto erāt:cum Gallo ælio diſtracta eſſet:bellū
in Arabia gerente:ingruentes i thebaidem:& in tris cohortes quæ Sye/
nes præſidio erāt:ſyenē & elphantinā:& philas repētino impetu cꝰpūt

& captiuos duxerūt:& Cæſaris ſtatuas euerterūt:quūq; Petronius aduē/
tāſſet:cū paucioribus q̄.x.millibus peditū:& equitibus octingētis:aduer
ſus.xxx.hominū millia primū eos cōpulit:ut pſelchā fugerent:æthiopi/
ā urbē:miſſiſq; ad eos legatis:repetiit quæ capta erāt:& cauſas q̄obrē
bellū mouiſſent:quū uero ſe iniuria affectos a principibus dicerēt:reſpō
dit nō illos eſſe regiōis domios:ſed cæſarē petētibus tres dies ad delibe
randū:& nihil tandē efficientibus eoꝝ quæ oportebat mouēs contra eos
i pugnā ꝓcedere coegit.Ac ſubito i fugā uertit cū male armati eſſent &
inordinati.nā ſcuta īgētia:& ex bouis tergore cōfecta habebant,arma:q/
bus offenderent ſecures erāt:alii ſudes nonnulli gladios gerabant:fuere
q in urbe latitarēt:alii per deſerta fugā cœperūt:alios ꝓxima inſula exce
pit ſeſe in flumē imittentes.Nā hoc i loco ꝓpter aquæ fluxū Crocodeli
pauci ſunt:ex iis erāt īperatores reginæ Cādaces:quæ ꝓ noſtra tempora
æthiopibus īperauit:uirilis ſane mulier:ſed altero oculo capta.Hos itaq;
omnes cœpit traiecto ratibus ac nauibus flumine:& extēplo Alexandriā
miſit:atq; Pſelchā ꝓfectus eā cœpit:unde adnumerata captiuis multitu
dine eoꝝ qui i prœlio ceciderūt:pauci omnino euaſere.Ex pſelcha prem
nā uenit urbē natura munitā:cumulos trāſgreſſus in quibus Cambyſis
exercitus obrutus eſt uēto īcidēte.Eā adortus primo impetu cœpit.Inde
Napata ꝓgreſſus eſt:quæ cādaces regia erat:ubi eius filius īmorabatur:
Ipſa uero cū i loco ꝓximo eſſet:legatos miſit:qui de pace tractarēt:reddi
ris ſtatuis:& captiuis qui capti fuerāt i Syene.Ille īgruēs napata capit ac
diruit puero fugiēte:ratuſq; ulteriora inuia eſſe cū ſpoliis regredit.Præ/
mia & mœnibus & præſidio & quadrigentoꝝ hominū cibariis i bienni/
um firmata abiit Alexādriā.Ex captiuis autē cæteris uenūdatis:mille ad
Cæſarē mittit:nuper ex cātabris reuerſum.Nonnulli uero ex iis morbo
cōſumpti ſunt.Interea Candacē cū multis hominū millibus præſidium
aggreſſam. Petronius cū auxilo ātеuortit: & caſtellū ingreſſus multo ap
paratu cōfirmauit:& cū illi legatos ad eū mitterent:iuſſit ſiquid uellent
ad Cæſarē ꝓficiſcerēt: quibus negātibus ſcire ſe:qs Cæſar eſſet:& qua
ad eū iret:dedit qui eos ducerēt.In ſamū itaq; ꝓfecti Cæſarē īuenerunt:
i Syria ꝓgredi parantē & Tyberiū i harmeniā.Ab eo facile:q̄ uolebant
īpetrauere.Nā & tributa eis remiſſa ſūt ſed de æthiopicis rebus ſatis i ſu
piotibus dictū ē q̄re & hæc cū ægypto ꝓgrata ſit ut autē ſic dicendū ſit
extremas habitāti mundi partes:quæ intemperate & īhabitabili regioni
adiacent:ꝓpter frigus:aut æſtū eſſe quaſi aberrata quædā ac defectus tē
perate:neceſſe eſt quod ex uita & eaꝝ reꝝ inopia:quæ ad humanū uſum
attinēt:perſpici poteſt.Hi enim magna ex parte nudi īcedēres paſtoralē
ac duram uitam degunt:eoꝝ pecora parua ſunt ut oues:capræ:& boues

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canes quoq; puſilli:aſpi tamē ac pugnaces:& fortaſſe ad hoꝝ ꝓuitatem pygmei conficti ſunt. Nam nemo fide dignus id ex uſu narrat uiuūt:ex milio & ordeo:ex quibus etiā potū conficiunt:Butyꝝ & adipem ꝓ oleo habēt. Poma nō habēt præter palmulas:atq; eas ꝑpaucas ī hortis regiis. Nonnulli hærba ueſcūt:& ramis tenellis & loto & calami radice. Carnibus & lacte & caſeo:& ſanguine utunt. Reges colunt ut deos:qui plerū que tēporis clauſi domi ſedēt. Regni caput eſt meroe:ciuitas eodē nomine quo & inſula. Hanc īſulā clipei figurā habere dicunt. Cuius magnitudo fortaſſe ſupra ueꝝ dicta eſt: lōgitudine triū milium fere ſtadioꝝ āpli/tudine mille:ea mōtes frequētes habet:& nemora īmodica habitāt ꝓtim paſtores ꝓtim uenatores:ꝓtim agricolæ. Sūt ī ea ærariæ:ferrariæ:& aurariæ:& precioſoꝝ lapidū genera:libyā uerſus magnis quibuſdā arenæ cumulis ābit. Arabiā uerſus cōtiuis præcipitiis: Auſtꝝ uerſus flāmū cōcurſu: Aſtabora Aſtapode & Aſtaſoba. A ſeptētrione eſt nili decurſus:uſq; ī ægyptū ſecūdum antedictā fluminis obliquitatē. Ciuitatum domus ex palmaceis ſtrigmētis ſunt contextæ:parietes etiā ex lateribus: Sales apd eos foſſiles ſunt:quēadmodū & ī Arabia: Abundāt arboribus palma:pſi co:ebeno:& Siliquaſtro. Venant elephātes:leones & pardales Dracones habent qui cū elephātis pugnāt:& mltas alias feras:quæ a toſtis & aridis locis:ad paluſtria & aquoſa cōfugiūt. Supra meroē ē Pſeboa lacus īgēs: qui inſulā habet ſatis habitatā. Sed quū citeriorem nili regionē libes habeāt. Vlteriorē uero æthiopes:cōtingit eos īſulæ & fluuiali regiōi īpare: quibus uictoribus alii expulſi cedāt:æthiopes arcubus q̄dricubitalibus ligneis ac preuſtis utunt. Armant etiā mulieres: quaꝝ pleræq; oris labium æneo circulo traiectū habent:& cū uellēribus careāt pelliti ſūt. Nam oues apud eos caprinā lanā habent:nonnulli nudi īcedunt aut breuibus pellibus īcincti:aut texturas quaſdā īduūt:ex pilis bene contextis. Deum putāt alteꝝ immortalē:alteꝝ mortalē. Immortalē quidē eū q̄ reꝝ ōnium cauſa ſit. Mortalis uero apud eos incertus eſt:& noīe caret ſed frequentius eos a quibus beneficiū acceperūt & reges ꝓ deis habēt. Putant præterea reges ſuos cōmunes omniū cōſeruatores & cuſtodes eſſe. Cæteros uero priuatos:eoꝝ eſſe quibus benefecerūt ex iis qui ad torridā habitāt: nonnulli ſunt qui deos non colūt quos etiam ſoli dicunt infenſos eſſe:& deteſtari cum eum exoriri uident ꝓpterea q; eos ardeat & oppugnet atque ob id ī paludes fugere. Meroitæ ultra aliū quendā barbaꝝ deū etiā herculem:Pana & Iſim colūt. Mortuos alii in flumen præcipitāt:alii circūfuſo uitro domi ſeruāt:alii ifictibilis alueolis eos circū tēpla defodiūt. Iuſiurandū per eos exigunt:& omnes ꝓ ſanctis habent. Regē conſtituūt eum:qui uel forma uel alendoꝝ pecorum uirtute uel robore uel opibus excellat. In meroe olim primū ordinē ſacerdotes obtinebāt:qui tātam auctoritatē habebāt:ut nōnūq̄ miſſo nūtio morte regi ipārēt:& ꝓ eo aliū faciebāt Poſtea rex quidē cōſuetudinē hanc aboleuit:cū armis ī fanū irruens:ubi aureū ſacellū erat:& ſacerdotes oēs iugulauit. Atq; hic etiā æthiopum mos ē ubi rex aliqua ꝑte corporis orbat:familiares idē quoq̄ō paritūt:& cū eo moriūt idcirco maxima regi cuſtodia adhibet ac de æthiopicis quidem hactenus ægyptiacis uero ea adiiciēda ſunt:quæ illoꝝ propria dicunt:ut ægyptia faba ex qua ciboriū fit. Itē biblus:hæc enim ſolū ibi ſūt & ī India:ꝓſicus uero ibi & ī æthiopica ſolū: Arbor magna:fructu dulci:& grādi. Itē morus quæ fructū fert qui Sycomoꝝ dicit. Nā ficui ꝓ ſimilis eſt:guſtatu uero malus. Naſcit etiam Corſiū fructus pipi ſimilis: aliquātō tamē maior piſces ī nilo ꝓmulti ſunt: ac diuerſi q; ꝓpriā quādā & ſuā formā habēt:ſed maxime noti ſunt oxyrynchus:& lepidotus:& latus & alabes & Coracinus & porcus & phagorius:quē etiā phagꝝ uocāt. Item Silurus & Citharus & Aloſa:& Mugil ex teſtaceis dilichnus: Phiſa Bos. Itē cochliæ īgētes:q uocē ululatui ſimilē edūt. Animalia quoq; ſua habet. Ichneumonē & ægyptiā aſpidē:quæ ꝓpriū q̄ddā habet:præter alias aliꝝ locoꝝ. Ea duplex eſt. Altera palmaris quæ celerius īterficit. Altera paſſus fere longitudīe(ut Nicāder ait)q de ſerpentibus cōſcripſit: ex/auibus eſt Ibis & accipiter ægyptius q mitis eſt:præter alios qui alibi ſūt: quēadmodū & felis:bubo quoq; aliuſmodi ibi eſt. nā apd nos aq̄læ magnitudinē habet:& graue canit. In ægypto uero graculi magnitudinē uocē autē diuerſam. Sed mitiſſima eſt ibis:magnitudīe & figura ciconiæ ꝓ ſimilis:colore autē duplex:nā altera ciconiæ ſimilis. Altera tota nigra:& nullū Alexādriæ triuiū:nō eis plenū eſt:ꝓtim utiliter:ꝓtim īutiliter. Vtiliter quidem quia omnē ſerpētem:& omnes macelli immunditias colligit. Inutiliter uero quia immunda eſt:& omnia comedit:nec facile a mū/dorum coīquinatione arceri poteſt. Verūque illud herodoti eſt:ægyptiorū eſſe lutum manibus tractare:maſſam uero ex qua panis fit pedibus. Caces quoque apud eos ē ꝓpriū quoddam panis genus quod uentrem ſiſtit:& cici ex quo oleum exprimit:& in aruis ſerit:eo omnes fere īdigenæ ad lucernam utunt:pauperiores uero & operarii ad unctionem:tum uiri:tum mulieres Item rubra contexta ægyptiaca ſunt:ex ſtirpe quadā conficiunt iunceis uel palmaceis ſimilia. Ceruiſia quāq̄ ꝓprie apud illos fiat:tamen communis eſt:& apud quenque diuerſo modo cōficit. atque hoc quoq; peculiare apud eos ē:oēs filios educare:& cicūcidere:& fœminas excidere:qd Iudæi ex lege habēt q(ut ſupradiximus)cū de eis loquemur:ab ātiquo ſūt ægyptii. Autor eſt Ariſtobulus:nullū piſcē ex mari ī Nilū aſcēdere præter mugilē:aloſam:& delphinum: ꝓpter crocodelos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Delphinos:quia præſtãtiores ſũt:Mugiles quia a porcis ſecus terrã ducã/
tur:ob quandã naturalẽ cõuenientiam.Crocodeli enim a porcis abſtinẽt:
qui cũ rotũdi ſint:& ſpinas ad caput habeãt:periculum bæluis afferunt.
Aſcẽdũt itaq; mugiles(ut ille inquit)i uere quũ prægnãtes ſunt:deſcen/
dũt autẽ paulo ante pleadis occaſum una oes paritum. Tũc etiam i ſepta
icidẽtes capiunt'.Idẽ de Aloſa licet cõiectare.Ac de ægypto quidem ha
ctenus.De Libya deiceps dicẽdum eſt:quæ totius geographiæ pars reli/
qua eſt.Quare cũ multa de ea dicta ſint:quæ nũc maxime ad rem uidẽt'
ptinere cõmemorãda ſũt.In quo ſiqua prius dicta nõ fuerit ea adiiciẽs.
Qui itaq; terrarũ orbẽ i cõtinẽtes diuiſere:iæqualiter diuiſerũt:qd' autẽ i
tria æqualia diuiſerit:tripartita diuiſio ĩdicat.Sed tãtum abeſt libyã ter/
tiã eſſe orbis ptem:ut etiam poſita cũ europa.Aſiæ nõ coæquet':& fortaſ
ſe minor eſt q̃ Europa:uiribus ꝓfecto multo eſt ĩpar.Nã maxia mediter
raneæ pars & regio circa oceanu deſerta ẽ:puis præterea habitationibus:
& ſparſis & magna ex parte paſtoralibus diſtincta eſt:ad ſolitudinẽ acce/
dit:qd' multa loca quæ habitari poſſent:nõ habitãt' ꝓpter feras.Multũ
quoq; torrida zona occupat.Ora uero quæ ex aduerſo nobis ẽ:tota bene
habitat':quæcũq; inter nilum atq; herculis columnas iacet: præſertim ea
quæ ſub carthaginẽſibus eſt:quaq̃ & ibi loca quædã intercidũt ſiti;uaſta
qualia circa ſyrtes:& marmaridas:& catabathmũ ſũt:eius figura ẽ: ſiquis
i plano cõſideret:rectangula:triquetra.Cuius baſis eſt ora nobis aduerſa
ab ægypto atq; nilo uſq; in mauritaniam: & herculis colũnas.Rectũ ue/
ro ãgulũ hæc efficit & latus a nilo uſq; i æthiopiam ductũ ĩtrãtibus uſq;
ad oceanũ. latus uero recto ãgulo ſubtẽtum ẽ:regio tota:quæ ſecus oce
anũ iacet:inter æthiopes alios:atq; mauritaniã:quare loca quæ circa ipſũ
dictæ figuræ uerticẽ:iam torride ſubiacẽt:ex coniectura quadã dicimus:
ꝓpterea quod inacceſſa ſint.unde nec maximã regiõis huius latitudinẽ
dicere promptũ ẽ.In ſuperioribus tamẽ hoc diximus:ex Alexãdria i me
roẽ æthiopici regni caput:eunti Auſtrũ uerſus eſſe ſtadiorũ fere.x.millia
Inde recta:i exuſtæ fines:& habitabilis ſunt alia tria millia:maxima itaq;
libyæ latitudo ponẽda eſt.xiii.xiiii.ue milliũ ſtadiorũ.lõgitudo uero pau
lo minor q̃ dupla.atque hæc de libya i uniuerſum dicta ſunt:pticulatim
uero dicemus.Ab occidẽtalibus clarioribuſque ptibus ĩcipiẽtes.Hoc in
loco ii habitãt:qui a græcis maureſii appellãt' libycũ genus:& magnũ &
opulẽtũ:eos Romani & idigenæ mauros uocãt & Iberiæ ſũt oppoſiti.Iu
xta hos etiã ẽ colũnarũ fretũ:de quo iã mꝫta dicta ſũt extra colũnarũ fretũ
ꝓcedẽti ad ſiniſtrã:mons eſt i libya:quem græci Atlãtem uocãt:Barbari
uero Dyrim.Hinc iugum quoddã expoſitum eſt:extrema mauritaniæ
pars:occidentem uerſus & cotes appellat';ꝓximum eſt oppidũ quoddã
paruũ ſupra mare.Id barbari Tinga uocãt.Artemidorus lingua.Erato/
ſthenes lixum appellauit: & contra gades ẽ octingentorũ ſtadiorũ tranſi/
tu direptum:quãtũ utraq; etiã diſtãt a fretu colũnarũ lixo:& cotibus ad
auſtrũ ſinus iacet:qui emporicus uocat':& habitatiões mercatorias habet
ex palma confectas. Tota ora huic ſinui cõtinua ſinuoſa eſt:detractis au
tem ſinibus & eminẽtiis:quæ ſunt i triquetra libyæ figura:a nobis deſcri
pta:intelligẽdũ eſt continentẽ plurimum ad meridiẽ atq; oriẽtem excre
ſcere.Mõs qui a cotibus uſq; in ſyrtes:ꝑ mediã mauritaniã tẽdit & ipſe
& montes qui cũ eo pariter ꝓcedũt ſatis habitant'.In initio quidẽ a mau/
ruſiis.In ipſo uero regionis ſeceſſu:a maxima libyæ natione:q̃ getuli ap/
pellant'.Sed multa figmẽta ore exterioribus libyæ rerũ ſcriptores cõmẽ
ti ſunt.Ab ophelæ circũnauigatione incipientes de quibus etſi ſupra mẽ
tionẽ fecimus:nũc tamẽ nõ nihil dicẽdũ uidet'.Petita narrãdorũ mõſtro
rũ uenia:ſicubi in talia ĩcidere cogemur:nolumus enim omĩa ſilẽtio præ
terire:ſimul & hiſtoriã quoqũo implere cupimus.Dicũt itaq; i emporico
ſinu antrũ eſſe:quod iterius ſuſcipit uſq; ad.vii.ſtadia.In eius autẽ fron/
te locũ eſſe humilẽ & planũ:i quo Herculis ara ſit.eamq; minime obrui
ab influxu:qd' ego unũ ex figmentis puto. Huic ꝓximũ illud eſt:quod
i ſequẽtibus ſinibus tradũt:antiquas ſcilicet tyriorũ habitatiões quæ nũc
deſertæ ſunt:urbes nõ pauciores.ccc.quas Pharuſii:ac Nigretes fuerint
depopulati.Dicũt hos a linge diſtare itinere dierũ.xxx.Mauritaniã feracẽ
eſſe parte tamẽ excepta:quæ deſerta eſt & fluminibus:ac lacubus abun/
dare ab omnibus conceſſum ẽ.Arbores ꝓfecto & mꝫtas & magnas ha/
bet:& omnia fert.Atq; & ea mẽſas ex uno ĩtegroq; ligno:ac uarias roma/
nis ſuppeditat.Eius flumina Crocodelos & alia animaliũ genera habere
ꝓditũ eſt:iis ſimilia quæ ſũt i nilo.Sunt qui credãt nili ortum extremis
Mauritaniæ ptibus ꝓximũ eſſe.In quodã flumĩe hirũdines gigni ſepte/
nũ cubitorũ: quæ gulã ꝑforatam habeãt:ꝑ quam reſpirẽt.Item in ea regi
one uitẽ naſci:cuius craſſitudinẽ uix duo homĩes complecti queãt:race/
mũ eſſe cubitalẽ & omnẽ hærbã altã:& olus recẽs:& dracõtiũ Staphyli/
norũ:Hippomarathri.& carduorũ Scapos duodenũ cubitorũ:craſſitudine
palmorũ quaternũ.Alit hæc regio Dracones:Elephãtos:capreas:bubalos:
& ſimilia animalia.Itẽ Leones:ac Pardales:fert etiã muſtelas:felibus pa/
res ac ſimiles excepta rictus eminentia.Simiarũ quoq; maximam multi/
tudinẽ.Refert Poſſidonius ſe quum ex gadibus in italiam nauigaret:in
libyæ oram delatũ eſſe.Ac ſiluã quandã ſecus mare uidiſſe ſimiis plenã:
quarũ aliæ ſuper arboribus:aliæ i terra ſederẽt.nõnullæ catulos haberẽt:
& ubera depẽdẽtia.riſiſſe itaq; cũ eas uberibus graues cerneret nõnullas
etiã Caluas:nõnullas ernioſas:& alia quædã huiuſmodi detrimenta præ

Universidad de Deusto
Biblioteca

